I 2a

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main



Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

A

SUMM
ET PRI

FRIDE

Ad diem

A

Imprimebat

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO

DOMINO CHRISTIANO IV.

COMITI PALATINO RHENI, DUCI BAVARIÆ, COMITI VELDENTIARUM, SPONHEMII PETROCHSPOLETI,

DOMINO HOHENACII,

PRINCIPI AC DOMINO CLEMENTISSIMO.

SERENISSIME PRINCEPS,

Domine Clementissime!

HAbent hoc boni Principes proprium, ut, quo majorem subditorum venerationem atque amorem, exterorum vero admirationem, sibi conciliaverunt, eo tristius sui desiderium post mortem relinquant. Exemplo est, si quis alius, CELSISSIMUS PARENS TUUS, SERENISSIME PRINCEPS, immortale quondam Germaniæ decus, Ducatus Bipontini insigne præsidium ac deliciæ; CUJUS decessu tantus civibus dolor inustus est, ut, nisi

pruden-

prudentissima rerum administratione CLEMENTISSIMÆ MATRIS TUÆ denuo refocillati, & spe illa certissima tam digni Successoris, paternarum virtutum æmuli atque statoris, in exemplum omnium Principum Juvenum nati jamque formati erecti fuissent, omnino jam adhucdum langueſcerent. Aſt, cum fortes creentur fortibus; ſic non niſi Titus ex Veſpaſiano naſci potuit. Ex TE igitur, SERENISSIME PRINCEPS, omnis nunc ſpes & unica ſalus Bipontinis TUIS pendet: TE ſuſpiciunt & in oculis ferunt, TE ſalvum ſibique diu ſuperſtitem eſſe, ardentiſſimis votis atque ſuſpiriis exoptant, quotquot habes ſanctiſſima devoti cultus religione TIBI obſtrictos ſubditos. In quorum numero quum & ego nomen meum profiteri auſim, patere obſecro, DUX CLEMENTISSIME, ut hanc TIBI Diſſertatiunculam inauguralem, ceu ſolenne ac publicum meæ in TE pietatis monumentum, ea, qua par eſt, animi ſubmiſſione, ad pedes devolvam. Faxit DEUS, ut non tantum tam pretioſum corporis, animi ac fortunæ theſaurum indies

adaugeas, ſed & ad ſeram usque ſenectutem integre conſerves: Sic enim antiquum DOMUS PALATINÆ decus glorioſe tueberis, & ſimul fideliſſimorum ſubditorum TUORUM ſpem & exſpectationem ex aſſe adimplebis. Vale, SERENISSIME PRINCEPS, & vitam, cum AUGUSTA FAMILIA TUA, proſpere age! Ita vovet

SERENISSIME PRINCEPS,
Domine Clementiſſime!

TUUS humillimus & ſubjectiſſimus
ſervus ac ſubditus

FRIDERICUS DANIEL BRUCH.

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

§. I.

NAturam ſimplicitate gaudere, & ratione conſtat & experientia. Rationem ſi ſpectemus, in aperto eſt, Naturæ ad corporis conſervationem ſimpliciſſimum victum ſufficere, econtrario multiplici cibi potusque adparatu & abuſu digeſtioni offici, ex chylo nimis copioſo & minus concocto plethoram, ſpiſſitudinem & cacochymiam ſanguinis, plerorumque omnium morborum matrem, excludi; ita ut, intemperantiam medicorum nutriculam eſſe, etiam in vulgus notum ſit. Experientiam conſulentes ad antiquitatis juxta & recentioris ætatis deducimur ſimplicitatem.

§. II.

Quæ, quæſo, cauſa Patriarcharum vitæ ſeros in annos cum ſanitate protractæ adferri poteſt, niſi decantata illa, cui in omni vita ſtuduerunt, ſimplicitas ac temperan-

perantia? à qua cum ſenſim deficeret humanum genus, exterorum aromatum atque lautitiarum illecebris irretitum, gulæ ventrique unice obediens, in mollitiem vertit antiquum corporis robur, innumeris morbis mortem accelerantibus poſtea labefactatum.

§. III.

Neque tamen idcirco commune luxuriantis adpetentiæ vitium ita invaſit, ut nullum amplius antiquæ ſimplicitatis veſtigium adpareat. Sunt, qui, procul ab urbanis deliciis in Tuguriis deliteſcentes, duriter ac parce vivunt, ruſticisque operibus unice intenti, corpus confirmant, ab omni ferè morborum inſultu ſartum tectumque conſervantes. Hi ipſi vernalibus atque autumnalibus purgationibus, miſſioni ſanguinis, aliive remediorum farragini facile ſuperſedent, niſi poſtea opibus aucti ad effrenatam libidinem luxumque adſpirent: Quorum ſtatus ita comparatus eſt, ut, quo magis a ſimplici majorum ſemita deflectunt, eo pluribus ſanitatis tuendæ difficultatibus adficiantur.

§. IV.

En tibi, Lector, funeſtos proſcriptæ ſimplicitatis fructus! qui, cum ad omnes fere mortales ſeſe extendant, illos tamen quam maxime reſpiciunt, quos divitiis oneravit aut in excelſo collocavit fortuna loco. Delectantur hi quidem inprimis proſperæ valetudinis vitæque longioris ſtudio, ſed recta via, qua ad eam ducimur, vix quemquam incedere reperies.

§. V.

§. V.

Plerique corporis voluptatibus dediti per luxum atque ignaviam ætatem agunt, splendidissimo adparatu utuntur, & multiplici exquisitarum dapum genere ventrem quotidie implentes, animum virilem effœminant, corporisque motu deficiente, sanguinem alunt spissiorem, quibusvis morbis gignendis opportunum.

§. VI.

Ad hos arcendos depellendosve, quamvis ex omnibus fere mundi angulis tincturæ, pulveres & cujuscunque generis medicamina conquirantur, singulis anni vicibus, imo diebus & horis, usurpanda, celari tamen minime debet, abjecti mercenarii victu cultuque rustico contenti vigorem sexcenties præstare splendidæ lautissimi comessatoris conditioni, pretiosissimis idemtidem remediis valetudini subvenientis. His equidem laboriosa paupertas facile caret, solis naturæ viribus, domesticis quandoque remediis confirmatæ, ægritudini resistens.

§. VII.

Interim hæc non ita intellecta cupio, ac si ab exteris regionibus allata medicamenta proscribenda existimem: Nemo enim, nisi mente captus, de vario atque egregio illorum usu in omni morborum genere dubitabit: Sed vero tamen est simile, in singularibus semper singularum terrarum proventibus, incolis quidquam, ad proprios ipsorum morbos profligandos, esse præsidii.

Etenim, quum SAPIENTISSIMUM NUMEN, quod creaturas suas in hac ipsa adhuc corporis machina summa felicitate frui cupit, singulis regionibus ad incolentium vitam largiter tribuerit omnia, quis dubitet, Idem etiam ad tuendam resarciendamque valetudinem abunde illis omnia concessisse?

§. VIII.

Confirmare videntur hanc opinionem animalia bruta, quæ, utut ratione curaque humana destituta, in omni morborum genere, quibus tamen rarius corripiuntur, solo naturæ instinctu, salutaribus sibi remediis, ex ipsis mansionis suæ regionibus petitis, consulunt; ita ut ne una quidem fera naturali morbo consumta a quoquam observata fuerit. Hinc Exp. D. D. Carl in Medicina morbi- & mortifera notitiam virtutum variarum herbarum bestiis tribuit.

§. IX.

Hæc igitur remedia, ex vegetabili præprimis uniuscujusque patriæ regno petita, illibatæ integræque incolarum naturæ multo aptiora, gratiora ac salubriora sint oportet, quam peregre, ex regno præsertim minerali, reportata; cum alioquin de nationum, quoad sanguinem & animum, varietate inter omnes constet; cujus sufficiens, procul dubio, ratio in varietate climatis, cibi, aëris ac potus sita est. Unde animadvertimus, ex valentissimis vix unum esse, qui non, patrio solo mutato, varias etiam, pro cœli varietate, valetudinis subierit mutationes.

§. X.

§. X.

Dubitandum igitur non est, remedia simplicissima, quæ singulis locis natura profert, eorundem cultoribus ad valetudinem tuendam restituendamve, esse convenientissima. Subscribit huic sententiæ Exc. in aula Anglicana medicus HAMILTON in Tractatu, quem de regulis praxeos in lucem edidit.

§. XI.

Quæ cum ita sint, quid exoptatius nobis, quid commodis nostris aptius contingere posset, quam si intelligentissimi quique viri, publicis sumptibus adjuti, in singulos singularum regionum proventus inquirerent, atque adhibitis in auxilium rusticæ gentis observationibus ac remediis, ex olfactu, gustu externaque herbarum signatura, salubres earum effectus eruerent. Sic sane spes adfulgeret, fore, ut multa pedetentim specifica, ab universo adhuc medicorum choro desiderata, in lucem protrahantur: cum minutissimi graminis, sine salutari quadam virtute, procreatio, a providi NUMINIS sapientia aliena esse videatur.

§. XII.

Mihi equidem, in omni meo medicinæ faciendæ cursu, ad peculiarem trivialium remediorum usum animum intendenti, multiplex inprimis decocti radicis arbusculi juniperi effectus adrisit; quem in præsentia, ex morbis feliciter eodem superatis, fusius expositurus, de-

monstrabo, naturam simplicibus, majorem sæpenumero spe & opinione vim atque utilitatem habentibus gaudere.

§. XIII.

Descriptionem autem ampliorem de junipero, ejus ligno, fructu, gummate variisque inde compositis chymicis & factis experimentis physicis aliis relinquo, paucis simplicem præparationem, usum atque eximiam virtutem decocti ex ejusdem radice, experientia satis probatam, exhibiturus; quæ quidem ex casibus mox proponendis quam clarissime elucescet.

§. XIV.

Ipsum nostrum decoctum exhibet juniperus vulgaris fructuosa C.B.Pin. (Germ. Wachholder-Staud/Weckholder-Staud) ubique satis nota & præcipue in Germania passim copiose germinans. Lignum ejus seu potius radix fragrans ex subtilibus terreis, sulphureis cum aliqua mucilagine temperatis partibus constat (adserente Exp. D.D. Junckero in Consp. Therap. gen.) quæ quidem gaudet vi præcipue balsamica, ex sententia Exc. Etmulleri (vid. ejus Comment. in Schroed. pharm.) moderate calefacit, resolvit, aperit, attenuat atque propterea effectum in corpore nostro edit diaphoreticum & diureticum.

§. XV.

Decoctum vero, in quo unico omnis disputationis meæ

Lambrecht
bolan Gum.
D. Dkb

meæ cardo vertitur, tali modo paratur: Concoque radicis menſe Martio collectæ & probe conciſæ e. gr. drachmas ſex in duabus menſuris aquæ ſimplicis, donec una menſura exhalarit. Huic interdum quoque, pro caſuum varietate, lignum pini addi poteſt: Sub finem coctionis injice aliquid, pro ratione ſymptomatum ac temperamenti, radicis pimpinellæ albæ, herbæ hederæ terreſtris, lamii Plinii, ægrimoniæ &c. & ſemper fere tartari vitriolati Tackenii aliquot drachmas. Poſtea, facta adhuc aliqua ebullitione, cola & ad uſum ſerva.

§. XVI.

Anſam altiori indagini ſimplicis hujus remedii præbuit caſus ſequens: Fœmina quædam XLV. annorum, variis iisdemque moleſtiſſimis adflicta adfectibus, fœtidis quoque poſtremo ulceribus miſere vexata, per viginti integros annos lecto alligata erat. Omnibus fruſtra tentatis, carne & viribus deſertæ neſcio quis paſtor venit obvius, haud infauſtus decocti noſtri adhibendi auctor; cujus per hebdomadas ſex adſiduus uſus ſaluti omnino fuit optime jam valenti mulieri, ulcera interim lixivio ex combuſtarum juniperi ſummitatum cineribus confecto quotidie abluenti. Inde in variis lymphæ ac ſeri vitiis ſumptum ſalutares identidem habuit effectus.

§. XVII.

Neque minus ſuam nobis virtutem probavit in adfectibus paralyticis, nephriticis, calculoſis renum cruciatibus

tibus, motibus hæmorrhoidalibus irregularibus & turbatis, variis uteri impuritatibus chronicis, hydrope nondum consummato, præsertim vero in arthritide & podagra, imo in omnibus fere adfectibus chronicis ex restrictione sanguinis ad nobiliora viscera ortis. In adfectibus catarrhalibus senes potissimum adfligentibus ac primis viis inhærescentibus singularem illi jam vim tribuit Celeb. ETMULLERUS.

§. XVIII.

In morbis autem venereis ejus usus est plane singularis & palmam facile præripit illi decocto, quod fit ex ligno sancto seu sassafras; etsi Excell. D. D. JUNCKER in Consp. Ther. gen. hoc adsertum in dubium vocet, dicendo: *Verum tamen fida satis & crebra documenta, quibus hæc efficacia in venereis adfectibus evinci debuisset, nondum allata sunt.* Ego vero afferam ea, quæ eximium ejus effectum omnium facile oculis subjicient. Neque enim in debellanda solum lue venerea atque aliis ulceribus chronicis tam decantato lignorum decocto, bono cum successu, substitui potest; sed & in gonorrhœa male sanata & sæpius recurrente, interne & externe adhibitum, mirabilia, nisi malum altiores jam radices egerit, præstat.

§. XIX.

Quod dum adsero, non equidem nitor auctoritatibus Excell. ETMULLERI, hoc lignum in potionibus antivenereis ligno sassafras, bono cum fructu, substitui posse,

posse, contendentis, nec Em. Koenigii, qui in regno veget. quadrip. refert: Felicem Platerum hoc decocto ipsam luem veneream sanavisse. Sed, quæ experientia comperta habeo, testor.

§. XX.

Vir quidam, XL. circiter annos natus, gonorrhœa maligna laborans plurium aliquamdiu medicorum consilio usus, quæ in his casibus præscribi solent, adhibuit omnia, non eo tamen successu, quin malum, per intervalla recurrens, funditus profligaretur. Purulenta enim materia, inter continuam virgæ flaccidatem, per urethram quotidie excreta non parum excitavit doloris, hæmorrhoidum fluxu, renum subinde ac vesicæ calculo horrendum in modum exasperatis. Hic externus juxta & internus decocti nostri usus homini miserrimo, cum organorum genitalium integritate, pristinam restituit sanitatem. Hauriebat is aliquamdiu, & satis quidem large, decoctum juniperi cum herba saponariæ præparatum: idem decoctum quoque, cui in principio, omissa saponaria, herbam agorimoniæ & hyperici, ac facta demum mundificatione, loco herbarum, essentiam succini addere, è re videbatur, per virgam quotidie bis vel ter injiciebatur. Sic, mitescente paulatim profluvio, deficiebant diversi generis dolores imo & calculi cruciatus, multos per annos nunc constanter cessantes.

§. XXI.

§. XXI.

Alius, suppressa gonorrhœa virulenta, imminutionem urinæ, cum doloribus acerrimis, magis in dies sensit. Medicus equidem, coagulum mucosum in renibus occultum esse ratus, hanc inivit medendi rationem: dedit primo pulveres resolventes & incidentes, cum mixtura leniſſima diuretica, & tandem decoctum radicis nostræ: quæ quidem remedia, mense superato, sanitatem illi restituerunt.

XXII.

Quidam, non sine singularis observantiæ cultu mihi nominandus, singulis annis bis terve podagra & motibus spasmodico-arthriticis per plures hebdomadas, acerbissimos inter dolores, excruciatus, per usum decocti nostri, quotannis bis sumti, ita levatus est, ut paroxysmi, jam raro incidentes, durationis sint breviſſimæ.

§. XXIII.

Artifex quidam, diætæ vinosæ deditus, doloribus ischiadicis chronicis per annos aliquot agitatus, in tantam postremo incidit calamitatem, ut, cum & standi & progrediendi facultate destitueretur, nec lecto uti posset, integrum omnino semestre, per intervalla vix tamen horæ quadrantem explentia, in scamno, nullo plane pulvinari substrato, decumbere necesse haberet. Multis frustra adhibitis, balneo ex decocto radicis juniperi satis diluto præparato bis usus, acriores multo sensit dolores;

qui

qui, cum mox minuerentur, ad balneum regreſſus, decocto itidem interne continuo ſumto, intra quatuordecim dies, præter omnium exſpectationem, ita convaluit, ut pluribus abhinc annis, prioris calamitatis recurſu prorſus immunis ſit, plures, procul dubio, exacturus, ſi in poſterum quotannis, per aliquas hebdomadas, decocto hoc juniperino uti perget.

XXIV.

In adfectibus atque impuritatibus uteri chronicis raro ſpem fefellit decoctum noſtrum. Fœmina XXX. annorum, obſtetricis culpa in puerperio prolapſum vaginæ uteri experta, temere hoc neglecto, varias fluxus menſium anomalias, aliaque ſanitatem turbantia imo plane pervertentia ſymptomata fuit paſſa; ſentiebat dolores circa ſphincterem ani & partes genitales acerbiſſimos, cum colicis cruciatibus aliisque periculoſis moleſtiis conjunctos. Ceſſantibus ex parte gravioribus ſymptomatibus, quæ tamen plurimum adhuc medico faceſſiverunt negotii, mulier, quæ malum ex intempeſtivo pudore antea celaverat, tandem prolapſum uteri confitebatur. Inde, poſt accuratiorem inſpectionem, compertum eſt, non modo ipſum orificium uteri extra labia prominuiſſe, ſed & per hoc ipſum continenter materiam impuram ac fœtidam effluxiſſe. Hærebat aliquamdiu aqua in caſu tam difficili, neque facile, quæ medendi ratio ineunda ſit, reperiebatur, donec clyſterem ex decocto noſtro, bis terve ſingulis diebus, in uterum, uti alias per alvum, injicere placeret. Facta aliquoties hac injectione, opi-

 nione

nione citius convaluit, atque ita utero mundificato, vagina in priſtinum locum repoſita, alias conſuetis peſſariis facile caruit, ad muliebre quodvis negotium obeundum jam apta. Sicque ſimplex hoc remedium magna pretioſorum medicaminum farragine non raro majorem præſtitit virtutem.

§. XXV.

Decoctum noſtrum in adfectibus quoque ſcabioſis commendatione quavis eſt dignum: Quippe humores ita diluit & depurat, ut ne laxantibus quidem, nec aliis remediis externis, alias in his caſibus uſitatis, opus ſit. Hoc enim decoctum per quatuordecim circiter dies, loco infuſi thee, mane ac veſperi ſumptum, omnes brevi excreſcentias, ut innumeris mihi exemplis conſtat, abſtergit.

§. XXVI.

In Ozœna internus & externus ejus uſus exſpectationem noſtram ſuperavit. Mulier quædam natalium ſplendore inſignis, multos annos hoc malo vexata huic potiſſimum radici ſalutem acceptam refert: Quippe decoctum ejus ſatis ſaturatum, bis terve ſingulis diebus, naribus attraxit, atque interne etiam, præmiſſo laxante, loco infuſi theiformis, hebdomadas aliquot, ſumſit: Hinc ulcus mundificatum facile & conſolidatum fuit.

§. XXVII.

§. XXVII.

In incipiente Cataracta, quam remediis internis sanari posse, HEISTERUS (vid. ejus Tract. Chirurg.) cum aliis dubitat, sequens mihi exemplum occurrit: Puer quidam XV. annorum, a teneris unguiculis ab omni scabiosa in capite excretione liber, sæpius debilitatem visus, cum aliis incommodis conqueſtus, visus tandem læsionem, ex opacitate humoris crystallini, paullatim sensit; cumque ex variis indiciis, & imprimis macula in pupilla emergente, colligeretur, veram cataractam haud abfuturam, implorabatur medici studium atque auxilium, quod ita præstitit, ut ei 1.) vinum medicatum laxans & sanguinem, præcipue vero serum, purificans 2.) Collyrium quoddam conveniens & tandem 3.) decoctum radicis juniperi præscriberet, cujus usu per VI. vel VIII. hebdomadas continuato, malum depulsum fuit.

§. XXVIII.

Quid in aliis, iisque variis, inprimis adfectibus hæmorrhoidalibus, præstiterit, silentio prætereo, unicum tantum casum adlaturus: Vir XXXV. circiter annorum, in febribus intermittentibus, quotidiana, tertiana & quartana, febrifugis consuetis defatigatus, suppressis hæmorrhoidibus, regurgitationem sanguinis in regionem venæ portæ, cum variis molestiis conjunctam, expertus est. Pressiones in hypochondrio dextro, angustiæ, virium prostratio & adpetitus, accedentibus præterea febre lenta &

ta & rejectionibus quotidianis per vomitum materiæ cujusdam cruento-mucosæ, id efficiebant, ut nihil viro ad summum miseriarum complementum deesse videretur. Hoc malo multos per annos inter acerrimos dolores agitatus, acidulis aliquoties ac plurimis aliis remediis frustra adhibitis, ad decoctum nostrum juniperinum confugit, quod ipsi post aliquot hebdomadas non mediocre levamen attulit: Vomitus enim non tantum cessarunt, sed & vires ac pristinus faciei color in dies redierunt, unde injectis hactenus quoque, bono cum effectu, quotidie enematibus non nisi humectantibus, spem de pristina mox reditura plenaria valetudine certissime concipio.

FINIS.

COROL-

COROLLARIA.

I.

Quantitas ciborum nimia plus corpori nostro damni affert, quam qualitas.

II.

Specificum ad præservandos multos & curandos plures morbos commendatur inedia.

III.

Potus sufficiens, simulque conveniens, uti & motus continuatus ac moderatus, multis arcanis & specificis medicamentis adeo decantatis præferendi sunt.

IV.

Non datur remedium universale, pauca quoque specifica, vere sic dicta, nobis suppetunt.

V. *Meden-*

V.

Medendi methodus naturæ una eademque est, nempe secretiones & excretiones, quibus in statu naturali, pariter ac præternaturali, in corpore nostro, noxium a massa sanguinea sequestratur & expellitur.

VI.

Fallaciæ non caussæ, ut caussæ, & in Theoria & in praxi medica, toto die committuntur.

VIII.

Optimum quandoque medicamentum est, nullo uti.

IX.

Multi curant, sed non sanant.

X.

Facilius est è medicamentis aurum, quam medicamenta ex auro parare.

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

EXCUSATIO RESPONDENS EXAMINI,

Pulſuum Celeris & Frequentis, eorumque conſtans diſtinctio,

Quâ demonſtratur,

Quod argumenta adverſus illam, iterum publico ſcripto prolata,

Theſin non feriant.

Literis Henckelianis.

CAP. I.

Occasio scribendi, ad Hypotheseos suæ præcipuæ salvationem.

Um studiorum meorum initia, in illa tempora incidissent, ubi dissidia opinionum, tã physicarum quam medicarum, cum majore contentione suscipi incipiebant: Et hoc præcipuè in illis locis, ubi studiis meis operam navare, sub divina Directione charissimorum Parentum voluntas tulerat: Non poterat fieri, quin mihi, indolis quadam propensione & prisca germana Francica animi firmitudine, ad solidum, verum, atque constans, perpetuo respicienti, hæc sententiarum, deductionum, tractationum disparitas, non tam tædium, aut indignationem, crearet, quam stimulum potius incuteret, ad pervestigandum, pro viribus, cuinam parti, tanquam firmius fundatæ, ita me addicere possem, ut alienissima a mea mente versipellis fluctuatio, & sane plusquam servilis, ab uno opinandi latibulo, ad alterum perreptandi, & diffugiendi, levitas, tantundem, â me abesset, quam stupida illa adhæsio atque emancipatio unius hominis opinionibus præstanda, cui propterea maxime

quia ipse dixerit, infallibilitatem inesse, firmiter credendum sit: Factum hinc est, ut in harum rerum vera fundamenta, nempe hypothesium argumenta atque documenta inspicere, quanto per vires licebat studio, incumberem.

Subsidia, quæ ad hoc negotium, favente divina clementia, mihi subveniebant, erant (1) respectuum atque nexuum causalium, non quidem scholastica, sed magis adusum cui debentur, practicum realem instrumentalem, adaptata notitia & promptitudo; (2.) Matheseos, & partium ejus practicarum præcipuarum, Geometriæ, Mechanicæ generalis, Staticæ, Hydraulicæ, scientia & experientia non superficiaria: In quibus rebus, post experimenta, in hydrostaticis, & hydraulicis, in ipsa mea patria, & inde a pueritia mea, varia, ita nota atque perspecta, utquæcunque de hac materia in Scoti Technica Curiosa comprehenduntur, adolescens septendecim annorum, e fundamentis suis (nempe utique simplicissimis) familiariter perspectissima haberem, plurimum sane debui sinceriissimo ductui B. Dn. Weigelii (3.) Chymiæ experimentalis apparatus, utique pro temporum conditione talis, ut, cum nemo Medicus, Chymicus, Doctor aut Professor, in hoc negotio demonstratione una sola, quantumlibet etiam levissima, me instruxisse asseverare possit, juvenis nulli ad huic gradui admotus, non dubitaverim, mechanico-physicam Chymiæ perlustrationem polliceri, schediasmate sub titulo prodromi, de indagatione physico-chymica: Et octo forte post mensibus, ejus rei specimen, nuperrime promotus in Doctorem præstare, habito collegio, non ad vulgatum morem, imperitis juvenibus linguæ promptitudine objiciendi, quæ assequi non valeant, sed ad memoriæ subsidium, & ut esset documentum, bene an male tempus & sumptus collocarent, ad calamum dictato: Cujus scripti hodieque per DEI gratiam non est quod me pudeat. (4) Anatomiæ atque Zootomiæ studium indefessum, & longe certe magis assiduum atque scrupulosum, quam hodie, utpote supervacuum in hoc genere, cuiquam suscipere svaserim.

His

His adminiculis instructus, pervolvi atque expendi, (1) opiniones Veteri physicæ atque medicinæ propiores (2) Novas, tam in physicis, quàm medicis, speculationes; Præcipuè vero è physicis in rem medicam transsumptiones, (3) Tentatas alicubi horum veterum & recentiorum inter se, modo conciliationes, modo copulationes, aut subordinationes.

His rebus ita investigatis, deprehendi constantissime, quod veterum labores, in theoria, & sine quidem ad intellectum practicum necessaria, graviter defecerint, in attendenda expendenda, & ad usum suum comparanda, organica ratione corporis, ad animæ usus, & sui ipsius conservationem.

Recentiores verò gravissimè implicatos sensi, in neglectu originis atque moderaminis motus, ut in genere in tota republica corporum antiquitus dictorum viventium, ita tanto gravius, in negotio administrationis corporis humani, medicinæ ejusque theoriæ atque praxeos objecti.

Interim habebant veteres, etiam abundantem, & nimis quam scrupulosum respectum atque cultum, sed tanquam absoluti, pure activi, organizantis actus: Ejusque efficaciæ, imò vero effectuum, præsertim ad vindicationem periclitantis corporis: Quem naturam appellarunt.

Moderni perspexerant hinc inde, varias mechanicas partium corporis, singularum atque sociarum, exactas habitudines, quibus varii effectus materialiter ita produci atque perpetrari valeant, modo hæc habilitas a motu, quasi formali hujus potentiæ in actum deducente, actuetur.

Ubi quidem utique, sicuti veteres cum incoërcibilibus suis Facultatibus, numerosa ἀλλότριαι & steriles respectus coacervabant; Ita recentiorum plerique, ineptissima confusione habitus mechanici particularum, figuræ minimorum singularium, cum habitu mechanico-organico & structura complexorum organicorum corporum, quæ etiamsi a nullo destinato dirigente, determinatis temporibus, & ad certum fi-

nem temporarium intentionibus, animarentur, tamen solo motu, undecunque tandem nato, actuata, organa dici merentur: Utrique, inquam, utique ab orbita solidæ considerationis ita deflexerunt, ut nulla pars bono jure, quod alteri magnopere exprobret, allegare possit.

Nisi quod sub his omnibus, fatendum omni modo est, quod recentior solertia, utique operose plurima investigando, & nullam corporis organici particulam negligendo, longe plus laboris devoraverit, & longe plures corporaliter reales veritates invenerit, quam vel in mentem veteribus venissent: Qui utique mirificis illis Facultatibus excogitandis atque enumerandis, neglecto interim omni usu materialis organismi, ejusque respectu ad materiam cui adhibetur, & ad effectū qui per ipsum præstatur, longe otiosiorem theoriam habuerunt.

Si tamen paulo severius examinetur, quantum utique recentiores attendere, imò deprehendere, agnoscere, intelligere, non potuerint, cum organicos usus, mutuas necessitates, certos fines, actionum organorum corporis, quatenus organa sunt, non agnoscunt; Non potest, quin illis obiiciatur, quod in hoc negotio, adhuc adeo parum profecerint, imò ex hoc errore plus proficere non potuerint; Ut non solum Veteres, varias in hoc genere veritates effectuum, longe melius annotaverint: Sed hi ipsi nostri Recentiores his præjudiciis etiam ad negandos atque rejiciendos istos, illorumque, quantumlibet sensibus obviam veritatem, propterea prolabi necesse habuerint: Addito insuper, inauditæ ἀσυλλογιστίας, illo medio termino: Quia ex hisce suis novis principiis, harum rerum successum deducere non valerent. Hæc me etiam illo tempore ita satis perspexisse, juvenem adhuc, annorum 25., & non heri aut nudius tertius, sed illo ipso tempore hæc pensitatione solicita mihi sufficienter animversa fuisse, testatur illo tempore, mense Januario 1685. in Dissertatione de Febre petechiali, pag. B. 2. & B. 3., quam:

vis

vis utique illo tempore modeſte, allata ſententiæ meæ de febribus adumbratio. Sicut etiam uno poſtea anno, in Collegio pathologico, non ſolum ſub hiſtoria febrium, prolixe ibidem tractata, hanc ſententiam exquiſititius, 20. philyris preſſius deduxi; Sed etiam tum ibi, tum ſub inflammationis & hæmorrhagiarum doctrina, negotium certæ atque deſtinatæ organicæ directionis, per ſolideſcentium partium motum tonicum, detexi; Et ſpeciali capite, eoque fundamentali, nempe totius tractationis partis primæ, de morbis univerſalioribus, Sectionem primam formavi: De Naturæ Erroribus. Sicut hæc tractatio, ut omnia, in hodiernum diem, ſub Divina Benedictione Collegia & Diſſertationes ſine odioſis lucubrationibus & tenebricoſis ſpeculationibus, ultra primam pro viribus attente factam penſitationem, ex ore dictantis atque diſcurrentis, peregrinæ manus calamo excepepta, & mihi ipſi, pro teſtimonio in futurum, a ſimili manu deſcripta atque reſtituta eſt.

Non eſt, cur plura dicam, cum hæc dixerim; Præter illud unicum quod hac conſideratione non aliter, quam clave deſideratiſſima, imò vero clavo invento, pro regenda rate in procelloſo & vorticoſo pelago jactata, gaviſus ſim, & hac ipſa cynoſura, inſuper habitis opinionum temere fluctuantium ſirenibus, ipſemet polum deſideratum reſpicere, & curſum meum dirigere non veritus ſim.

Docuit hoc inquam & phyſiologica, & anatomica, multas ad medicum ſcopum ſuperfluitates indicantes, & pathologica (ante dicto tempore, annis 1684, 85, 86, deinceps inſtituta), tractatio, & illius non tam memoria, quam hinc inde adhuc reſtitantia, non monumenta ſed fragmenta.

Illud affirmare confidenter poſſum, hac methodo perveniſſe me ad formandas atque ſtatuminandus illas theſes atque deductiones, quarum firmitatem atque ſolidam certitudinem, non ſolum hodieque tueri, iisque inniti poſſum; Sed etiam in latè patentes illarum nexus, teſtibus allegatis

documentis, jam illo ipso tempore, sub Divino Præsidio, ita dispexisse, ut illis uberius excolendis atque illustrandis, per 16. annorum, & quod excurrit, attentam atque sollicitam observationem Practicam, operam dare potuerim: Repudiare aliquid ex illis, retractare, aut pœnitentia ejus affici, non necesse habuerim.

Tanto confidentius provoco quoscunque mearum à propioribus annis assertionum censores, ut mihi ex assertionibus meis, thesium aut hypothesium mearum, ἀντιλογίας, aut nexus inter se deficientis hiatus, sistant; Argumentorum ἀλογίας, petitiones principii, suppositionum omissam, vel demonstrativam, vel probabilissimam confirmationem, commonstrent & indicent: Gratuitarum ullarum, nedum difficillimarum, & universæ speculationi ponderosissimum momentum subtrahentium, suppositionum, vel unicam imputent: Ἀνισοφίαν practicam, aut ullius, à me allegatæ historiæ practicæ, essentialem aliquam circumstantiam prætermissam, exigant: Arroganter jactatæ alicujus inventionis, nedum fœdi quæstus gratia, turpi mendacio, ebuccinatorum, falsissimorum atque deceptoriorum fucorum, circa futiles impostoras remediorum fictorum, notam inurere possint: Aut e fluxa aliqua hypothesi, in praxi pessime cedentis frivoli tentaminis, opprobrium obiicere.

Non possum vitio vertere cordato Lectori, si ignarus occasionis, quæ mihi hæc postulata & asserta extundit, minus æquum de modestia mea judicium formare, vix se contineat. Certè enim continentissimus quisque cordatus vir, sine dubio ita secum reputaverit: Sint hæc ita; Quid opus est ita in publicum, ostendere an ostentare?

Certe, si rebus integris hæc ita mihi imputare suscipe-rem, primo mei ipsius judicio, non modo, ut scitè loqvuntur Galli, impertinenter, sed ut antiqua fide loqvuntur Germani, stolidè facerem. Sed si probaverim, aut ad minimum innuerim, me non in ostentationem, sed in vindicationem ve-

veritatis, atque mihi propriarum Hypotheſium aſſertionem hæc ſcribere atque condocere compelli; Certus ſum, Viros temporum gnaros, in meliorem partem accepturos eſſe, quod candidæ atque illibatæ veritatis robur, in concuſſa animi conſtantia machinationibus talibus opponam.

Dudum eſt, cum inter otia ſcholaſtica, adoleſcens ingenuus honeſto loco natus, commilito tunc temporis meus, e nomine meo, puro anagrammate hunc ſenſum elicuit: *Turges livor? heus! tange ſis.* Quod ſane ab illo tempore, ita mihi animo inſidit, ac ſi certitudine quadam frui liceret, obliquos livores confidenter contemnendi, iisque audacter contra obſiſtendi.

Videlicet, cum in ſummo defectu connectendi, quem in medicina, ad placita phyſicæ corpuſcularis formata, deprehendebam, dicta modo viâ melius actiones cum ſuis effectibus comparandos ſeſe obtuliſſent; Et conceptus hinc formatus, ad fidem hiſtoriæ morborum, juxta antiquorum experientiam, propria practica experientia, adſiſtente Altiſſimo, indies exquiſitè confirmaretur: Concepi animo, hanc meam conſiderationem etiam publico exponere, non dubitans fore, ut inter multos, qui ſane illotis manibus ad medicinam irrumpunt, non ita pauci etiam intercedant, qui rerum quas gerunt cordatiùs ſatagantes, meminerint illius, de qua non erubeſcunt quiritari, ἀζυγίας ſolitæ Theoriæ cum praxi: Adeoque illum, qui per hos labyrinthos progreſſum nihil aberrantem polliceri audeat, non aſpernaturos. Rem enim ipſam talium judicio libero commendatam relinquere, minime omnium verebar.

Profecto enim hoc, ab ipſis ſtudii hujus mei primis annis, perſpectiſſimum ſemper habui, quod illi, qui novis iſtis rebus, ut pueri crepundiis ſuis, enixe gaudent, iisque inſolenter oblectantur; Veterum e contrà univerſos labores increpant, dedignantur, proculcant: Quod inquam, tales, ipſis ad judicandum mediis deſtituti, non poſſint niſi odioſiſſimo la-

labore, in semitam reduci. Ubi denuo, ab uno extremo ad alterum prolapsi, imò vero, inter extrema reciprocè jactati, Veteres, quos modò stupidos & ignaros homines pronunciaverant, parvo tempore post, pro unice sapientibus, & rerum omnium, quæ recentius observatæ creduntur, callentissimis, extollunt. Qui verò numerosos illos hiatûs, à defectu solidarum considerationum, in Physicæ atque Medicinæ recentius formatis dogmatibus, perspiciunt, sane aurea illa catena, qua verum e profundo Democriti puteo trahendum esse, non destitui, re ipsa comprobant.

Ante omnia sollicitam habebat mentem, & agitabat convictum veritatis animum, horribilis illa confusio, quæ in Febrium ratione reddenda, & aliis quoque rarioribus morbis causas ita plane generāliſſimas & quotidianas assignando, instrui videbatur.

Interpretabar enim utique meritò, ita, in Febribus quidem, motuum activorum, secretoriorum & excretoriorum, utilissimorum pro re nata, imò necessariorum, circumstantias, directe pro meris passionibus, & partim quidem pro ipso morbo, partim pro symptomatibus ejus nudis, venditari; In aliis vero morbis, potentias illas salinas, e quotidiano victu immenso numero hominum familiares & innoxias, ut paucis eximiæ nocentes redderentur, per individualem deformitatem pororum, & hic illic e nefastis insidiis, imò ἀπὸ μηχανῆς prosilientia fermenta, seduci.

Neque verò multo minus movebat fastidium, summum illud artificium, ab Omnipotente Creatore corpori animali insertum, postquam optima fortuna ex improviso detectum erat, ita improvide negligi, ut ejus mechanico-organica efficacia, si modo in actum deducatur, & recte regatur atque dirigatur, sinè ullo necessario ulteriore adminiculo ad omnes actus vitales mechanico organice perficiendos absolutissima, in solidum ignoretur.

Adeo quidem, ut etiam cum obtestatione reclamantes patientes, & totum corpus suum, manus, faciem, repentinis stri-

ſtricturis, & ſanguinis e partibus atque vaſis repreſſionibus, compreſſum, inanitum, pallidiſſimum, frigidiſſimum, tenſionibus rigidum, tractionibus tremens, Medico cum gemitu oſtendentes: Nihil præter obliquum aut ſtupidum obtutum, ab illo impetrare poſſint: Nullam vero fidem, quod ſanguis non ſolo nudo *pulſu* ut in partes, ita per partes & ex partibus, pellatur, transpellatur, repellatur.

Quod profecto evidens factum, ſolum & unum momentum mechanicæ directionis circulationis ſanguinis, ad ſecretiones & excretiones certas atque deſtinatas, conſtituit, & ſolerti penſitationi ſiſtit.

His, ſi manifeſtiſſimæ illæ circumſtantiæ, 1.) quantitatis, 2.) qualitatis 3.) Corruptibilitatis 4.) & ſpeciei hujus, adjiciatur 5.) Nota verò ſit eſſentialis ſed phyſico-mechanica, ratio putredinis: 6.) Et habitus perpetuæ ſubductionis agiliſſimarum portionum: 7.) Et cujus indolis inde ſit illud, quod in reſiduo manet &c. Hæc omnia inquam, ſi una conjungantur, (quamvis ſanè & ſcire hæc oportet, & intelligere, & recte inter ſe comparare poſſe,) quam evidens tunc *mechanica* horum effectuum diſpaleſcat ratio, neminem attentum & peritum, poterit ſubterfugere.

Exercuerunt hæc animum meum, ſeptem illis & quod excurrit, annis, quibus a ſtrepitu πολυμόθων opinionum alienior, officio t. t. Medici aulici atque practici vacavi. Ubi certe dum Principum oblectamentis, venationibus, itinerum, aliisque quaſi concatenatis, excurſionibus, per ſylvas, per campos, per montes, ad lacus, aprications, æſtivis, profectionibus, individuus advocor comes; ubi me rerum ſemper earundem facilè ſatietas ceperat, animo talia negotia atque ſpeculationes in omne latus volutare, excutere, expendere, comparare, combinare, non ſolum erat mea occupatio; Sed etiam, ubi conſtantem omnium reſpectuum, & ipſius rerum veritatis ſeu experientiæ nexum, deprehendebam, eumque forte uno documento locupletaveram aut obſtaculo

exoneraveram, erat hoc fatigationum corporis per animum hilariorem ac ſereniorem compenſatio.

Propoſueram tandem animo, ex hoc meo ſeceſſu aliquid in publicum proferre. Ordiebar hoc ab indigitatione obſervationis & commendationis Motus Tonici, & ab hoc pendentis directionis particularis humorum, imprimis autem ipſius ſanguinis.

Intendebam, ſub concluſionem iſtius ſchediasmatis, eminus digitum, in vaſtum campum pathologiæ, multos & uberes fructus hujus ſtirpis, undiquaque oſtendentem; Et læta fœcunditate activorum effectuum, a ſteriliſſimis & odioſis ſpinetis paſſivorum ſymptomatum, eximiè diſcernendos: Et vacua atque inculta ſpatia, inter vaſtiores ſtirpes, amœna interpolatione explentes.

Tandem vivam & gratam veluti ſepem, circa lucum illum ſacrum hactenus, & horrida religione inacceſſum, tenebricoſum, & quia ramorum extrema ferè inter ſe contigua porriguntur altæ ſtirpes, pro inextricabili plexu impeditiſſimo hactenus eminus æſtimatum: Febrium æſtiva intelligo. Ubi certe cum non aliter, quam in *Zona torrida*, antiqua conjectura, nihil vivi durare putabatur: Ita hic etiam, nihil niſi acerrima, præcipitia, intemperantia, incoërcibilia, rebellia, *pathemata* & *ſymptomata*, *venenorum* ſatellites, *interitus* feciales, *mortis* carnifices, humanæ carnis voraces *Læſtrygones* atque diræ peſtes, fremere atque ululare nunciabantur.

Ut autem, miſſis coloribus, in hoc imprimis diffuſo *Febrium* negotio, *mechanico-organicas* fœcundiſſimas energias luci ſiſterem; Eoque ipſo, illi *fundamento* ſolidiſſimo, *activorum* affectuum, a *paſſivis* diſcretioni, ædificium juſtum ſuperſtruerem: Sufficiebat indicare, quod tota Febris, *multis* illis ſuis, & ut apparent, *variis circumſtantiis*, non ita *tumultuariè*, & undiquaque *adverſa* ſorte, ſtipata ſit, ut perpetua indagine opus ſit, pro ſcopulis atque Syrtibus rebellium *ſymptomatum*, ab *utilibus* intentionibus & *actionibus febrilibus ſalutaribus*, dignoſcendis.

Huic

Huic usui serviebat unice demonstratio, quod, *cum secretionibus Febrilibus*, utilis, imo necessaria *exoneratio*, & quidem *brevis circuitus, perpetranda sit; Motus utique secretioni destinatus*, nempe sanguinis circulus, *in hunc finem intendi debeat.*

Dum verò hic *motus*, utique ex illo suo, quo celebratur, modo *mechanico*, absolvatur impulsione cordis, sive *pulsu*; Et pressione partium, sive *tono*: Et præsertim hujus *posterioris* justa modificatione, *Febrilis directio* ad partes *laborantes*, ad organa certæ *secretioni* & excretioni *specierum* febrilium, & *interceptioni* à certis *nobilioribus* & tenerioribus partibus, unicè subserviat: Necesse hinc maximo utique opere mihi fuit, est, & manet, horum actuum, tam hos immediatos effectus, quam alios mediatos eventus, sollicite denotare, distinguere, denudare & indicare.

Omnium vero hominum, qui vel ullam unquam opinionum de Febribus audivit, nemo unus aliter quam pro vecorde me habere posset, si Febrilis illius *circumstantiæ*, tam insignis & eminentis, ut a plerisque pro *ipsa Febre* eminenter & formaliter haberetur, CALORIS FEBRILIS, causam reddere, vel non valerem, & tamen *Pathologiam* Febris aggredi ausus essem; Vel, crassissima *negligentia*, non meminissem, aut quocunque tandem respectu, dissimulassem.

Quam *Caloris* theoriam veteres habuerint, quorum ad nos pervenerunt documenta, notum est; Quid in hac re, ratione veri ejus subjecti, instrumenti, & formalis rationis, comminiscantur nonnulli recentiores, monstrant exempla omnium oculis exposita: Plerosque tamen post *Cartesium*, ex illius mente, præter *materiei* internas conditiones, *motuum* etiam respectus solerter æstimantes, notissimum est calorem interpretari pro *corpusculorũ tenuissimorum, celerrimo motu verticillari*, circa sui axem, adeoque *situali*, non locali; immanente, non *progressivo*.

Huic inquam motui, *celerrimo, circa sui axem*, cum exquisitissimè velificetur *afflictus progressorius* celerrimus, peripheriæ

riæ talium corpusculorum, ad aliud quiddam, sive *rigidum*, sive in simili aliquo *motu* constitutum: Horum *prioris* vero generis exemplar, nobis exhibeat, *pulsus*, sub calore febrili infallibiliter *celer*: attribuimus hinc evidentissima, non tam *probabilitate*, quam *demonstratione*, *hujus pulsus* efficaciæ, *caloris* consecutionem.

Cum suprà dicto jam satis remoto tempore Anno 1684. exercitationem collegialem *physiologicam*, frequenti studiosorum coronæ adornarem, novatoriam ex aliquorum mente, sententiam proposui, *quod sanguis per respirationem mechanice incalescat*. Causam adscripsi, *celerrimo* ejus transitui, quem hic longè præter *pulsus* energiam, à *pressione* distensoria aeris & pulmonum, experiatur; & modum *motus calidi* simul pro confirmatione *theoretica* adhibui: sicuti *practicam* rei veritatem, exemplo omnibus hominibus familiari, *motibus* porosarum partium *incalescendi*, illustravi.

Ex his potest affatim dilucescere, quod hanc sententiam, *calorem in sanguine promoveri* motu *ejus* locali, quem *intestinus citatus* sequatur, perpetuo & aluerim, & prosecutus sim. Monstrant illud verò tantò magis scripta, a me, in Illustrissima hac Academia, mox ab accessu meo edita; Ubi quidem, quod hanc *caloris* ætiologiam attinet, imprimis in Dissertatione de *Mechanismo motus sanguinis*, speciali thesi hanc rem egi; In illa vero, quæ inscribitur de *Æstu maris microcosmici*, ultima thesi hanc rem similiter indigitavi.

Tradidi etiam hoc prolixiùs, discursibus privatis,' atque thesibus M. S. S. quas tam in *Physiologia*, quam *Pathologia*, pro memoria Auditoribus meis proponere, atque discursu ulterius exponere hactenus consvevi.

Verbo: *Est* hæc mea, *fuit*, & *erit* sane constans atque, perpetua, thesis, quod *motu* sanguinis *locali* concitetur motus ejusdem *intestinus*; Non solum *fluiditatis*, verum etiam *caloris*: Et ex hac sententia deduco demonstrativè *necessitatem* caloris *febrilis*: non aliam tamen, quam *consequentiæ*, i. e. quod motum san-

sanguinis directe *Febrilem localem* secretorium & excretorium *auctum*, non possit non subsequi auctior motus *intestinus calefaciens*: Interim, cum ille *localis* auctior, ad *bonum* finem tendat, moneo proinde, nec ipsum etiam *calorem* pro morbo aliquo, aut speciali, *directo* effectu *materiæ febrilis* haberi atque explicari debere; Quod nempe demonstrandum erat, contra omnes vulgo receptas opiniones, contrarium statuentes.

CAP. II.

Causa scribendi; veritatis Practicæ, à priori & posteriori assertio.

MOnui capite procedente, quod maxime & quæsiverim, & hactenùs secutus sim in Theoria *Medica*, demonstrationes *respectuum mechanico-organicorum*; i. e. quod omnia, in corpore humano, quæ in *Medici* considerationem cadunt, fiant per membra atque *partes*, tàm ipsa sua *consistentia*, quàm *structura*, *physico-mechanicè* hujusmodi actionibus præstandis habiles; Sed quod hi actus (nempè uno verbo meri *Motus*) ita *dirigi* soleant atque debeant, quemadmodum tàm ad *conservationem* corporis, quam ad *sensum* atque *motum* voluntarium, expeditè subeundum & præstandum, *necessarium* est.

Hoc respectu, cum negotium *Circulationis sanguinis* expenderem, exhibuerunt se se intellectui variæ veritates, quarum pleræque seorsim quidem *cognitæ*, sed apud neminem unum adhuc inter se *connexæ* occurrebant. Præcipuæ erant sequentes. I. *Sanguinem* esse humorem universalem; II. Consistentiæ *crassiusculæ*: III. *Coagulascentis* vel *grumescentis*: IV. Præterea in *resolutionem* seu corruptionem *putredinosam* pronissimæ: V. Quæ cum *fermentativa* sit, i.e. ipsis suis

intermediis effectibus, nova & magna augmenta capiat: VI. Necesse proinde esse, ut & occasio, & fomites ejusmodi, ipsi perpetuo *subducantur*. VII. Ejusdem consistentiæ *corruptibilis*, gradibus tantùm differentibus, deprehendebam etiam esse omnes *partes* corporis solidas; Inprimis *molles*. VIII. Post hanc materialem constitutionem, comparebat porrò circumstantia, quod sangvis *moveatur*; Et quidem *localiter* seu progressivè. IX. *Pulsu* cordis per arterias: X. Ex his, per summè *tenues* canaliculos, in *poros* partium, & ex his iterum in *venas*. XI. Sub hoc *transitu* dilabi *fluores*, tàm à sangvine *tenuitate* differentes XII. Quam à se invicem pari respectu distinctos. XIII. *Motum* hunc pulsorium, pro transpressione per tam exiguos meatus, esse utique *fortem*: XIV. Juvari tamen à partium ipsarum conveniente *Tono*; i. e. non solùm proportionato *rigore*: XV. Sed etiam *motu* hujus Toni veluti *fremebundo*, transpresionem magis immediatè prosequente. XVI. Constabat porrò, à posteriori, sangvinem motibus corporis *voluntariis* admodum *fluxilem* reddi; XVII. Sicut à priori illud declarat *conquassatio* rerum coagulascentium, transpressione per *spongiam*. XVIII. Rationi verò consonum erat, quò vegetiùs *impulsus* transpressorius celebretur, eo majorem fore, & *promptiorem*, hujusmodi conquassationem: XIX. Imò, simul eò *penitiorem* pressoriam *dispulsionem*, tenuitate majore ad secessionem aptorum aliorum fluorum. XX. Tandem comparebat attentiori pensitationi, quod etiam ipsius sangvinis consistentia atque *mixtio*, *continuato* ejusmodi conquassatorio motu, ita resolvatur, ut ille hinc in *tenerum* atque denuò *diaphanum* liquorem reducatur, qui vulgò *serum* dicitur. XXI. Qui, cum tenerioribus assumptorum portionibus, *aqueo-salino-sulphureis* atque *mucidis*, per varia *emunctoria* è corpore penitùs & ultimò ejicitur.

Harum rerum ita fientium, & quidem *physico-mechanicâ* habitudine sic procedentium, considerabam *respectus organicos*, i. e. quem *usum*, imo *necessitatem* habeant, in respectu ad

cor-

corpus animale, in specie humanum, *vivum* & *victurum*? Sub hac consideratione diluceſcebat, quod, ſicuti totum corpus unicè eſt *propter* animam, & ejus *uſus*; & quidem animæ abſolutè *neceſſarium*: Ita utique omnes hi actus, ad conſervationem Corporis pertinentes, propriè & ultimò, fiant in *uſum* ipſius *animæ*: Cum verò etiam dicti hi univerſi actus, propriè nihil quidquam aliud ſint, niſi *motus*; *Motus* verò res *incorporea*: Videbatur nulla *cauſa efficiens* ipſi commodius aſſignari poſſe, quam pariter *incorporea*. Specialiùs autem comparebat habitus horum actuum, ſive *motuum* magis *immediatus*, talem *organicam* rationem, ad ſupra dictas illas *phyſico-mechanicas* neceſſitudines habere, ut, cum illæ dicto modo conſtitutæ ſint, hic talis *Motus* illas & recte *poſſit* ſublevare; Et *debeat* etiam hoc facere; Cum utique *neceſſe* ſit, ut totum corpus *conſervetur*, nempe in *uſus animæ*.

Hunc itaq; *ſcopum*, nempè PROPTER quem omnes illi actus in corpore fiant, dixi eſſe *reſpectum moralem*, *propter* quem agens illud, quodcunque omnes actus (reverà tamen genericè non niſi *unum*, *Motum*) perpetrat, hæc omnia agat. Interim omne illud, *quod* agens hoc agit, *ubi* agit, *media* quibus agit, *res* in quas agit, *effectus* medii qui hinc inde ex his actibus reſultant, quid aliud ſunt, quam meræ res *phyſico-mechanicæ*, nempè materiæ & *motus*?

Itaque cavendum ſanè eſt, ne ex alio ſenſu, quàm illo, quem tota mea tractatio infert, aſſertio mea pro *Metaphyſicâ*, *abſtractâ*, *inſulsâ* ſermonibus differatur: Quod nempè unice prognaſcitur, ex inſufficiente diſtinctione vocùm *Cauſæ* & *reſpectus*. Quando enim *causa*, pro re valdè *activa* mentis fictione aſſumitur; & cognomen *impulſivæ* cauſæ, tantò magis pro *niſu* quodam corporeo explicatur: Naſcuntur hinc illi, à mea certè acceptione alieni, metus, quaſi res *Metaphyſica*, pro primo & primario *Agente* ſupponatur, quod totam *Machinam* Corpoream, quaſi primus *motor*, agitet atque impellat.

Cer

Certè enim, si utique *Metaphysicæ* cultores hoc loco appellandi essent, inculcarent illi statim, severo illo suo, & irrevocabili decernendi genere, quod *Finis remotissima* sit causa *externa*: Quo ipso ab omnibus *actionibus* immediatis *in organa*, nedum in *materiam*, in perpetuum exulat.

Quemadmodum vero propter hanc dubitationem fortè nulla prolixa provocatione opus esset, quia non nisi in Scholasticas disciplinas offendit: Ita latet nihilo secius sub illa, *fundamentum* Veritatis *Practicæ* longe ponderosissimæ, videlicet: *Quod omnes illi actus, qui vulgo* Vitales *dicuntur, non fiant singularibus quibuscunque, & inter se parum, aut nihil, commune habentibus actionibus: Sed quod omnes & singuli*, sociam *quandam* connexam *operam mutuam præstent, ad unum* scopum, *nempe totius Corporis* in sua Mixtione *conservationem: Et quod hoc totum opus absolvatur* Physico-mechanicis *aptitudinibus, Materiæ*, structuræ, atque motus: *Sed in illo respectu, ad illum scopum, & quidem proportionibus, illi* scopo *examussim quadrantibus*. Id est, *propter* illum *finem*, *& justis mediis* ad illum finem quadrantibus.

Cum enim hoc fundamentum negligitur, non potest ullo modo agnosci illa Medico-Practica Veritas: *Quod illi actus, qui ad* Conservationem Corporis *ordinariè moderatè fiunt, ingruente aliqua* majore *conservationis hujus* necessitate *proportionate* augeri *debeant*: *Ut videlicet* extra ordinem augescenti *periculo* corruptionis, conservatoriorum *actuum* augmentum *ultra communem ordinem exæquandum sit.*

Quemadmodum itaque in Thesi, hanc considerationem minime negligi posse, satis apparet; Ita diluescit illud tanto magis ex Hypothesi: Quando videlicet *modum* hujus conservationis *ordinarium* & *extraordinarium* recte consideramus atque perpendimus: Eosque non *genere* neque *specie*, sed solo *gradu* differre, recordamur. Diximus superius, quod, rem omnem accurate inter sese comparando atque connectendo, ACTUS VITALES, sint *Motus humorum per partes*

tes, qui consistentiam illorum debitam, secretione atque excretione alienorum perpetua, conservant.

Quotiescunque itaque *aliena* talia, *consistentiam* humorum temerare atque vitiare apta, in humores, *copia* extra ordinem *auctiore* ingruunt; Necesse utique erit, *Motus* illos *secretorios* & excretorios proportionatè intendere atque *augere*. Ut nempe hac ratione, (hoc inquam, *Mechanico* medio, *Motus* secernentis & excernentis) conservatio debita præstetur.

Cum vero totus ille *Motus*, quo secretiones atque Excretiones, etiam *ordinariæ*, perpetrantur, nullus alius sit, quam *Circulatio Sanguinis*; Id est, *Pulsus* & *Tonus*: Certè *augere* Secretiones atque Excretiones Humorales, nihil aliud erit, quam *augere Pulsum* atque *Tonum*.

Suppositis his atque deductis ita *à priori*, facilè hinc patet transitus & applicatio, ad negotium *Febrium*, & quidem vel κατ' ἄνθρωπον solum considerando, *à posteriori* 1.) Fit utiquè in Febribus Motus *Circulatorius* ad sensum *auctior*; 2.) Sequuntur in Febribus, ad sensum Secretiones & *Excretiones auctiores*.

Quis crederet hæc in dubium vocari posse? Et tamen vocatur in dubium, quod *Motus Circulatorius* in Febribus *fiat auctior*.

Mihi certe postquam *Motus Tonici* energiam in lucem protraxi, non adeo *à priori* necessarius est, *Pulsus* & circularis progressûs, æquè absolutus concursus ad omnes & singulas *secretiones* auctiores: Sed quemadmodum hodieque, vix pauci sunt, quos noverim, qui illam rem satis perspiciant: Ita manet nihilosecius mihi *à posteriori* quam verissimum quod maximam partem *Secretiones* illæ auctiores, *febriles*, non minus *Pulsus* augmento, quam Toni moderamine peculiari, reverà perpetrentur: Cum videlicet utiquè tale *pulsus* augmentum in illis

 per-

perpetuò occurrat, quoties & quando cunque Secretiones *recte* procedunt.

Consistit verò hoc *Pulsus augmentum* in ejusdem *Celeritate*. Quæ nempè nihil aliud est, quam *impulsus* Sanguinis in partes earumque meatus, *citata* admodum Cordis *Systole*, adeò *Vegetè* atque *intimè* factus; ut non solum Corpuscula Sanguinis in *intestinum* motum citatiorem hinc agitentur; Sed etiam *tenuiora* ipsis interspersa *heterogenea*, tantò *altius* & *penitius* in *intimiores* atque teneriores meatus colatorios, eo ipso adigantur, adeoque secessionis & secretionis tempus omnimodo abbrevietur.

Experientia magis, quam conceptus aut intellectus quocunquè modo impeditior, reddunt rem clarissimam. Certè enim vel infantibus notum est, quod è *Siphone*, si *repentinus emboli* fiat impulsus, ejectio liquoris fiat longè *altior*, quam *tardo* ejus motu. Adeoque comprehendi facillimè potest, quod, quò præsentior sit pulsus *impulsus*, eo penitius etiam debeat sequi *impressio* tenuiorum secessioni aptorum Corpusculorum, in meatus ipsis recipiendis proportionatos.

Cum enim non *præterlapsus*, sed introitus atque strictè loquendo *Transitus*, propriè præstet secretionem; Certè solus *frequens appulsus* minimè hic satisfaceret: Si non ipse *celer impulsus*, nisu quodam *obtrudens* Sanguinem, *discessionem* hanc *tenuiorum* portionum, sub luctante quasi & coacto, per *brevitatem* temporis, crassiore sanguine, eo ipso inferret.

Quemadmodum autem hæc *Celeritas impulsus* Sanguinis, ita *à priori* considerando, apta utique est, tam 1.) ad producendum *Motum* intestinum *attritorium* celerem; qui immediate *fluiditatis* & *Caloris*, mediatè etiam *resolutionis* in serum, Autor existit: quam 2.) ad intimiorem penetrationem secessionis, tenuiorum partium, Sanguini interspersarum: Cui effectui utrique primario, & reliquis secundariis, nuda *frequentia appulsus* longè minus satisfacere posset: Ita confirmat tantò magis veritatem facti ipsius, Experientia ipsa, *à posteriori*; quæ

in illis casibus, ubi *fluxilitate, resolutione* Sanguinis, & *secessione* è Sanguine, opus est, *Celerem* pulsum fieri, ipsi tactui deprehendendum offert.

Jam cum in Febribus omnibus *Secretio* atque *excretio* agitetur; & in plerisque quidem è Sanguine: aut per Sanguinem: *Fluxilitate* ejusdem benè sufficiente opus esse, res ipsa monstrat. Imò verò non hac solum; Sed *penetratione* quoque majore rerum secernendarum, in arctiores atque profundiores meatus:

Porrò, cum in Febribus benè multis, & *restitutio fluxilitatis* Sanguinis (diuturna congestione circà capaciſſimos sui alveos spissescentis) necessaria sit; Et *resolutio* portionis ejusdem *abundantis*, subinde non incongrua videatur: Utrique verò solus & nudus *frequentior* sanguinis circuitus, sine vegetiore insigni intensione *impulsus* ipsius, *affrictoria, attritoria, conquassatoria*, minime sufficeret: Propterea convenit utique his omnibus respectibus *Celer* impulsus.

Dum verò ita suscipitur atque celebratur, propter *utiles* illos, imò multos *necessarios*, fines, *directè*: Consequitur per *indirectum, incalescentia* major: Nempè tam Sanguinis ipsius, quam partium tenerrimarum, *celeri illo allisu, affrictu, transpulsu, fremitu*, affectarum.

Ut hac ratione *Calor Febrilis*, sit quidem *consequens* necessarium *Motus* Febrilis, sed non *ultimi actus* Febrilis, nempè *actualis* secretionis atque Excretionis.

Adeoque neque ipse *Calor* sit Febris; neque *directus* & immediatus *effectus materiæ* Febrem provocantis: Neque a nudo, *proprio* & *absoluto* intestino Sanguinis Motu pendeat: Sed ab illio *respectivo, dependente, subalterno*, qui *progressivum* Motum sequitur: Adeoquè, quod palmarium est, hujus, *progressivi*, inquam, hujus *Motus, proportionem* purè sequatur; hoc *augescente, augescat*; *mitescente, mitescat*.

Quam necessaria verò hæc demonstratio, ad meam Febrium evolutionem mihi sit, intelligent omnes prudentes æ-

ſtimatores; quibus nempè nota ſatis fuerit illa Fundamentalis *adverſitas omnium* Hypotheſium de Febribus, ergà meam collatarum, nempè: *quod Calor Febrilis ſit Motus* inteſtinus, purus & abſolutus, *à materiâ Febrili immediatè inductus, & per irritationem peculiarem cordis, provocans demum Motus progreſſivi ſeu pulſus augmentum*: Cum mea ſententia aſſerat: *Quod Pulſus augmentum ſit unicum utile inſtrumentum quo aliquid, Sanguini, aut pârtium Vitalium conſiſtentiæ, corruptionem intentans, aſſiduè & tempeſtivè ſecernatur, & denique, imo ſucceſſivè, excernatur:* Cujus tam utilis actus *leve incommodum, ſit illa accidentaliter* (ad hos ſcopos) *conſequens agitatio inteſtina, calorifica*: cum reliqua *attritoria atque conquaſſatoria*, etiam pariter *modo utilis, modo neceſſaria*, exiſtat.

Tanto magis verò neceſſaria eſt mihi hæc deductio, cum ſemper laborem, veras *Mechanicas* rationes actuum *organicorum* enucleare; ut adeò rectè innoteſcat, quid *Materiæ*, quid *Motui*, quid *directioni* ejus, quid hujus quoque energiæ *in relatione* ad materiæ *conditiones*, competat; Adeoque hac ratione tam *à priori*, quam *à poſteriori* diluceſcat: *Quod talia non modo fieri, ſed talibus modis præcipuè fieri, utique ſemper utile ſit, aliquando etiam neceſſarium.*

Hoc ipſum itaque, *Mechanicam*, inquam, talem rationem *Caloris* Febrilis, ex *aucto* Motu ſanguinis, & quidem admodum *celeriter* fiente, indigitavi; *Organicam* vero ejus rationem monſtravi, in neceſſario, talibus temporibus, tali motu, propter *Secretionis*, & *Excretionis* neceſſarium *augmentum*,

CAP. III.

Modus ſcribendi; pro Theſeos confirmatione, & Antitheſeos declinatione.

Circa

CIrcà modum, res utiles, imò vero maximo opere necessarias, proponendi, tria soleo observare, quin ab aliis jure meritoque exigere. I. Veritatem; II. Claritatem: III. Firmitatem.

I. VERITAS, complectitur certè sub se plurima, nempè in ordine ad ejus evolutionem & deductionem.

Poscit enim 1.) ejus qui illam tractare in se suscipit, sufficientem *Scientiam.* Hæc iterum poscit, & solertiam, seu *cupiditatem* sciendi; & patientiam, seu *industriam* perveſtigandi: & perspicaciam, seu *capacitatem* pervidendi atque percipiendi.

Poscit 2.) illius, qui illam asserere cupit, rectam *Conscientiam*; Quæ nempe respiciat, partim *seriam* & constantem *intentionem*; Partim *utilitatis* alicujus promotionem, *communis* magis, quam *privatæ.* Hæc verò certè poscit *animi* simul firmam atque ingenuam *libertatem, fiduciam, constantiam*; ut intrepidè agere, multitudinem aut magnitudinem obstaculorum non vereri, sed rebus rectis inconcusso animo insistere liceat.

Poscit 3.) *Prudentiam.* Ne quis temere pro Veritate venditare properet, quod non satis verum habeat & perspectum. Ne temere deprehensus, quod hodiè *verum* esse contenderat, cras ipse repudiet; aut inanibus certè & in hoc genere contemtis artificiis, *colorare*, planè aliter torquere, & persvasionibus *à verace* alienis, niti & uti necesse habeat: E quibus rebus omnium *Veritatis* amatorum, *veram* & *justam* censuram, vel experiatur, vel certè mereatur.

Poscit 4.) *Fidem.* Ut *bona fide* agere, subsidia ab aliis suppeditata, non quidem ebuccinare, aut ineptè *deprædicare*, sed longè minus *maligne dissimulare, diffiteri, abnegare*, laboret. Qua certè ratione *Veritas mala* fide tractata, non cessat despicere atque detestari violationem sui, & seriùs ocyus seipsam, in confusionem abutentium, detegere atque manifestare.

II. CLARITAS; Hæc poscit *Rationem*, *Ratiocinationem*, *connexionem*. *Ratio* supponit *principia*, è quibus res declaranda percipi possit, *nota*, *evidentia*, *vera*. *Ratiocinatio*, deducit ex his prioribus & *notioribus*, *explicando*, & *applicando*; i. e. monstrat veritatem *generaliter* notam, in *specialibus* rebus & circumstantiis, facilè & justa subsumtione seu *applicatione*. Quod ipsum tamen, quando ita magis *sigillatim* perfecit, colligit *plurium* quoque rerum & respectuum, mutuos *nexus*, ut inde veram *sociam* conspirationem, atque *unitam* denique efficaciam, demonstret.

Hæc omnia si ita rectè & ordine peracta sunt, nullus est metus ne qua difficultas nova evidentiæ demonstrationis umbram offundat: Sed manet facilè, res vera, ita deducta atque declarata, constans, invicta, & inconcussa.

III. FIRMITAS tamen in propositione, tractatione, atque asseveratione, rerum verarum, seriarum, utilium, omni modò conservari debet. Quando enim res & in se *vera* & *utilis*, & *clarè* satis indigitata atque deducta est; interest tam publicæ rei, quam privatæ, illius à quo profecta est, ne temere *Veritas* & *Veracitas* labefactetur, adeoquè tam res in dubium, quam *fides*, *circumspectio*, *intentio*, *dexteritas*, assertoris, in suspicionem vocetur.

Unde omni apud me caret dubio, quin dubitationes, tantò magis verò *incusationes*, *reprobationes*, *reformationes*, rerum à se pro veris, seriis, evidentibus, publicè declaratarum, confirmatione adversus dubia, & defensione adversus judicia contraria firmare atque fuclire debeat, quisquis ingenue Veritatem, Claritatemque assertionum suarum, & quæsivit & stabilivit.

Quemadmodum autem omnia hæc, unicuique de Veritatis indagatione sollicito, antiquissima esse debere, pro certo habeo; Ita incumbere prorsùs judico atque censeo, illi, qui DOCERE; & rei *veræ*, *utilis*, *necessariæ*, alios compotes reddere, in se suscipit.

Quid

Quid enim *Docere* est? An fluxas *opiniones*, incertas & inconsideratas *speculationes*, temerè auditas *traditiones*, nihil condignè examinatas *experientias*, nihil inter se connexas aut comparatas *observationes*, aliis communicare? Non Oratoriis, sed stentoreis expressionibus, omnia in *admirationem* & *stuporem* trahere? à timidis & fugitivis suppositionibus, *videtur*, *verisimile est*, *putandum est*, *fortassis* &c. ad conclusiones *luculentissimè* & *clarissimè patescentes*, procedere? Quæ uno die dicuntur, &, cum *indignatione* in alios *imperitos*, *negligentes* &c. pro melioribus atque evidentibus commendantur, altero *deserere* atque omittere? Modò hoc, modò illud, imo inter se *pugnantia uno eodemque tempore*, arripere atque propugnare? Rebus nondum cognitis statim directè contradicere, diu resistere, tandem convictum ἀπό μηχανῆς præposteris laudibus efferre?

Nullo modo *docere* hoc est, sed *nocere* veritati, ubicunq; fiat.

Ego, quisquis de reliquo esse possim, talis esse minimè mihi conscius sum; sed sicut hæc omnia Viro, imò homini, de veritate locuturo, incumbere, non heri aut nudius tertius, agnovi, pensitavi, memini; Ita confidentissimè omnes meas *assertiones*, *scripta*, *Theses* & *hypotheses*, sisto atque profero, ut horum vel *pro me*, vel si possint *contrà me*, testimonium perhibeant.

Antè omnia *Veritatis*, summum mihi & perpetuum est pretium; *Medicæ* verò veritatis *anxia* profectò & summè *sollicita* æstimatio: quippe quæ ad *sanitatis* atque *vitæ* tot hominum, & *Conscientiæ* Medici periculum, directè pertineat, si contemnatur aut negligatur.

Hanc sane *Medicam Veritatem*, sive ignavâ *considerandi* atq; *pensitandi* negligentiâ; sive cæcâ & inconsideratâ *Empiriæ credulitate* atque *securitate*: Sive ambiguorum *eventuum* pro directis *effectibus* interpretatione, & inde debitorum *sostrorum* avarâ exactione; sive reperire, sive stabilire, nunquam confisus sum.

Fa-

Facilitatem illam, imò *luculentissimam evidentiam* Artis hujus, imprimis è receptis *Hypothesibus*, semper negavi; *defectibus* laborare gravissimis, tàm circà τὸ ὅτι quam τὸ διὸτι, *Historiam*, *ætiologiâ*, *Experientiam*, indesinenter inclamavi: *Latentes* has difficultates, hinc inde detexi atque indicavi: *semitam* per invia hæc evadendi, speculatus sum, & *indigitavi*.

Multa, vel planè non prolata ab aliis, vel sine ullo scopo obiter designata, vel alienis subsumptionibus adhibita, in hunc usum congessi, produxi, collegi, coordinavi: Confeci hinc varias *deductiones*, quas, si veritatis studium pro arrogantiâ mihi non imputetur, *demonstrationes* appellare non dubito.

Egi hoc semper, cum illa curâ, intentione, atque circumspectione, ut nihil frivolè, temerè, atque præcipitanter, sive producerem, sive subsumerem, aut concluderem.

Obtinui, hâc intentione, & illi conveniente methodo agendi, hoc *veritatis*, sub divinâ Benedictione, documentum, ut nihil eorum, quæ vel ipse in usum produxi, vel notiora, usui Theoriæ Medicæ adhibui, explicationibus, applicationibus, connexionibus, illustravi, adeoque peculiari planè ratione mea feci, *nihil*, inquam, horum, in hunc usque diem, *retractare*, *deserere*, *alia*, nedum *contraria* pristinæ meæ sententiæ, assumere, aut variis operosis distorsionibus, *aliam* verbis meis *mentem* affingere, opus habuerim.

Ταυτολογίας commissi plurimas; sed non stricto sensu, nempè in ordine & serie probandi, unâ eademque: Feci vero illud, id est, dixi sæpiùs, aliis aliisque occasionibus, rem unam eandemque, ut sub variis aspectibus, variis respectibus, tandem fortè perciperetur. Cramben recoctam dixeris; meritissimè: Sed illis apponebatur, qui digni erant his ferculis: Imò ne quid, cum Comico illo, obiicere possent, neque allio parcebam, neque Sali.

Αντιλογίας qui commonstrare possit, eum & audire gestio, & videre: Pudori meritò tunc erit, Veritatis, non tàm *inquisitionem*, quàm *demonstrationem*, *docendo* utiq;, professum, mihi

bi ipsi suisque sententiis leviter contradicere. Provoco, ut horum quidquam mihi commonstretur.

Petitiones principii, ego scio quid sint; & paratus sum, exemplis hinc inde in ipsa Medicinâ modernâ occurrentibus hoc monstrare. Ex *meis* autem scriptis, velim ut mihi proferantur talia, ubi *per illud ipsum, quod in quæstione sit, probationem perpetrare* susceperim.

An unquam quidquam *alienum*, nedum quod ab altero, suo jure atque optima fide, jam pro *suo* propositum esse novissem, pro *meo*, *publicè* aut privatim, *expressis verbis*, aut tacitè solum, gesserim aut produxerim, cupio insimulari.

Ita profecto, per divinam gratiam, in negotio *Veritatis in Doctrina Medica*, nemini nisi demonstranti concedo, quod quicquam, *neglecto* tantæ rei *pondere*, præcipitanter, *leviter*, *improvidè*, *negligenter*, egerim; Multò minus alios aspernatus hodiè, cras sectatus sim: Sententias meas, contentioseè prolatas, tacite repudiaverim: Adeoquè contrà *Veritatem*, sive inquirendo, sive deducendo, sive docendo, impegerim.

Hac ratione *scripsi* hucusque, & *docui*, res *Medicas*; hanc methodum servavi, inquam, *à priori*, qua Thesin ipsam. *A posteriori*, & qua Hypotheses diversas, non tam a mea Thesi, quam a *veritate* alienas, quam Methodum servaverim, edisseram.

Dixi superius, & repeto, quod MEDICINAM habeam & agnoscam pro tali studio, quod non *negligenter*, *obiter*, *indifferenter*, considerari aut tractari debeat. Sed quod omni animi intentione, ad quantam potest ἀκρίβειαν perducere, quilibet allaborare debeat, qui nomen suum huic addixit.

Exigo in hoc negotio a quolibet, vigilantiam *Conscientiæ* suæ, ut in re non solum *Sanitatem*, sed subinde *vitam* hominum concernente, *serio* in illud conniti meminerit, quod huic scopo favere, eumque promovere possit.

Quicquid autem animi circa has res *levitatem*, *inconsiderantiam*, *imperitiam*, sapit, illud, ob tam *sonticos* eventus, qui fal-

sis suppositionibus necessariò succedunt, severè detegendum atque refellendum esse, omni modo censeo.

Libertatem sentiendi, imò *opinandi*, in rebus minoris momenti, nemini hominum dubiam facio: Nequè propterea etiam in hoc ipso, *tanti ponderis* negotio, cuiquam opinionem suam *eripere* laboro: Tantò minus, ullius personæ aut reliquis rebus, quidquam detrahere cogito.

Interim *liberam*, sententiarum *falsarum*, in *Medica* re venditationem; *veriorum* contemtum atque reprobationem, in *Doctrinæ Medicæ* continuandum detrimentum: omni modo molestè fero, eique rei non nisi coacto animo me submittere possum.

Arbitror autem ipsa *Conscientia* mea me impelli, ad hanc rem *ingenuè* atque *intrepidè* peragendam, cum non *liberè sentire*, atque opinionibus indulgere, sed *docere*, hactenus, volente DEO, meum tulerit *officium*.

In hoc officio, an *opiniones* vagas Auditoribus meis prædicare; ab *inutilibus*, contrà omnes regulas impingentibus *traditionibus*, designandis, omni studio abstinere: *Veritates* istis necessariò adversantes, propterea *reticere*: aut secus *obtrectationis*, & *suppressionis* famæ alienæ, notam in me admittere, debeam, tantum abest, ut quæstionem moveam, ut potius,

Hæc mihi si Delos Dodonaque diceret ipsa,
Esse videretur vanus uterquè locus.

Ita enim omninò *Docenti* incumbere, quilibet intelligit, ut non solum *Thesin*, sed etiam *Antithesin*, Auditoribus suis, non otiosè audire solum *narrationes*, sed discere atque comprehendere *Doctrinas*, cupidis, tradat; *Thesin* firmet, *Antithesin* evolvat atque refellat.

Interim negare non possum, quod varias causas atque circumstantias, quas utique prudens & harum rerum peritus quisque facile æstimaverit, me hactenus remorari passus sim, ut magis *Thesi* meæ proponendæ, quam *Antithesi* excutiendæ operam dederim.

Licet

Licet enim *Antitheſis* ſit valdè communis *magno* ſententium *numero*; Reſpectibus tamen privatioribus plurimum ab eius iuſtis enucleationibus mihi temperavi: niſi ubi nimis quam craſſi, & in *Medicina* quidem, *errores*, tangendi erant, ubi brevibus ſane rem expedire conniſus ſum.

Cum vero & ipſæ *Antitheſes*, hinc inde manifeſto *experientiæ facto* refellerentur; Imò contra illam, planè craſſis modis impingerent: Et *deductiones*, contra *proponendi* atque *ſubſumendi* rationes, frequentiſſimè adeò evidenter offenderent, ut modo plane alienis *reſpectibus* ſumenda, imo ſumpta, pro *directis* concluſionibus formandis adhiberentur: modò è fugitivis, & non magis meritò, quam manifeſto ſibi ipſi diffidentibus ſuppoſitionibus, per *videtur*, *veriſimile eſt*, *probabile eſt*, introductis, tandem audacter *concluderetur*: Non potui ſemel iterumque, quin adeo illegitimam poſitionem, ſuppoſitionem, concluſionem, ubi locus ferebat, deſignarem atque leviter perſtringerem.

Ipſæ profecto tales gratuitæ ſuppoſitiones ſunt ſæpiſſime ejus indolis, ut ſi verè expendantur, aut juſtis atque debitis *ſubſumptionibus* examinentur, & inter ſe comparentur, adeò *ineptas* ſententias conficiant, ut ſine ullo additamento ridiculum quiddam ſiſtant. Interim apud omnes revera recti judicii Viros, & practicam Philoſophiam tam intelligentes, quam exercentes, certus ſum, longè humanius ſemper haberi, ineptas res ridere potius modeſtè, quam caperata fronte & Cenſoria ſeveritate, triſtibus indignationibus caſtigare. Sicut etiam, qui ſaltem terminos intelligunt, ſtatim docebunt, quid inter, ſit inter odioſos atque contumelioſos *ſacraſmos*, & leves *ineptiarum* alicujus rei *internarum* indigitationes.

Sicut autem profecto apud omnes recti animi atque conſcientiæ viros, non poterit non juſtiſſimam indignationem, mereri, ſi certum reddatur, rem, *vitam* atque *ſanitatem* hominum concernentem, non illa quanta utique debet, & animi intentione, & ſubſidiorum debitorum juſto apparatu, *ſerio*, &

indefesso labore perquiri; Ita justam omnino judicabunt, animadversionem, qua tales defectus cum omni moderatione, & si rem rectè æstimes verè superflua, ab illis, ferentibus occasionib9 hinc inde tangantur, qui ea, quæ asserunt, solidè statuminare atque probare, omni momento & promptissimi sunt per divinam gratiam, & paratissimi.

Quod vero in re *Medica* hodierno tempore hæc ita fiant, id est *nulla firma atque solida Doctrina ibidem vigeat, sed innumeræ fluctuantes atque inconstantes opiniones atque speculationes prævaluerint*, exemplo utique esse potest luculentissimo, non solum magnus numerus planè *discrepantium* hypothesium, in scriptis prostantium; Sed tanto magis illa in vulgus nota, *Medicorum* sigillatim *discordia* ad lectum patientis; Ubi alius hoc, alius aliud *morbi genus*; Alius hanc, alter aliam *causam*: Alter unam, alter diversam *methodum*: Alter hoc, alter aliud *medicamentum*: Alter clam, alter palam, supponunt, ponunt, urgent, defendunt. Aut denique alter ad medicamentum *universale*, alter ad *arcanum particulare*, totam suam spem dirigit.

An hic quoque sarcasmi sunt? An hic etiam effectibus indulgeo? An orationis vitio hæc ita male sonant, an ipsius rei? Vera hæc sunt an ficta?

Confirmat hoc, quod dixi de *incertitudine* Medicinæ, cujus emendationi omni modo insudare deceat, ipsa *hypothesium* medicarum *mutatio*, & aliarum assumptio. Res profecto omni laude digna, & si ingenue fiat, ingenuitatis animi documentum, quo nullum majus in hoc genere postulari queat. Interim omni modo irrefragabile *testimonium*, quod scientia nostra non debeat aspernari *admonitionem*; Non præceps *adversum* judicium, de rebus nondum perspectis, decernere: *Theses* non explodere, quarum *hypotheses*, solidis deductionibus rectè atque ordine ex illis deductæ, displicere non possunt: Tanto magis, si *mutata* sententia, atque sensus approbatæ alienæ, cum illa quæ merito deseritur, *è diametro differat*: Versetur præterea circà negotium longe *maximi* & plane præcipui in Medicina *ponderis*.

Quam-

Quamvis autem injustum minimè sit, de illo, quem in variis rebus, quibus nullo modo contradicere, neque velis, neq; quisquam alius possit, nunquam subleſtæ fidei obnoxium deprehensum scias, liberaliter præsumere, quod fortassis etiam, in illis, quæ nondum exquisitè perceperis, nihil *imprudenter* asseveraturus, & scientiam, aut qualemcunque de sua industria opinionem, frivole prostituturus sit; Nihilominus nemo hominum super hoc fundamentum purè *credulam* fidem ab ullo alio exegerit.

Sed hoc bono cuique viro enixissimè utiquè cavendum, est, ne, cum *promiscuè fidem nudam* adhibere, merito cavet, in pessimum *oppositum* abreptus, fidem positive *detrahat*: non dubitet, sed *neget*: non dissentiat, sed *contra sentiat*: non in medio relinquat, sed *refutet*: non pro incerto, sed *erroneo*, non tractet, sed *declaret* atque judicet.

Ego quanquam honorum & emolumentorum, vel usq; ad contemtum mihi hinc plus semel intentatum, de reliquo negligens sum, hujus tamen rei utique me profiteor tenacissimum, ut nihil temere dicere aut facere in me suscipiam, cujus non & ipse certus sim, & quèmlibet rectæ rationis atque, demonstrationis compotem, pariter certum reddere possim: Unde tanto constantiorem atque firmum reddit animum, quod ullius falsæ aut retractandæ sententiæ, conscius mihi nequaquam sim. Nec tamen quidquam humani, ita superbè a me alienum esse contendo, quin admittam, posse fieri, ut aliqua etiam meæ sententiæ laborent: Quod simul atque re ipsa commonstratum fuerit, me quoque reformationi illarum promitto paratissimum futurum.

Hanc itaque hactenùs servavi methodum, in re tam *seria*, Medica *Doctrina* non solum illustranda, sed etiam *docenda*. Opinionem ullam *privatam*, uni cuiquam propriam, rarò admodum tetigi; Cum tamen numerosissimæ occurrerent, quæ, nisi ingenui certe aliqui intuitus interceſſissent, non magis poterant, quam justis respectibus debebant evolvi, *quid*

& *quomodo* ponant, inferant, concludant, cohæreant, sibi constent, & quid usus aut abusus ad *Medicum* scopum afferant, commonstrari. Interim minime inficior, quod, quicquid in hoc negotio, tacendo atque abstinendo præstiti, solius *publici* commodi gratia, nullius verò privati commodi, [aut *personæ* respectu fecerim, nisi quantum humanitatis conditionem sæpe numero placidè perpendi, & fundum è quo talia fluunt satis agnoscens, huic etiam aliquid tribuere, necessarium duxi.

Ego sane neque jam ampliùs annis, neque observatione experientiæ Civilis, adeò jejunus sum, ut non optimè reminiscar & agnoscam, quod audacissimo hoc cœpto, immensum quantum invidiæ mihi non possim non conflare, quod *Doctrinam* Medicam æque atque *Praxin*, fundamento firmo destitui, imò loco illius nihil nisi *opinionibus* & *tentaminibus* indulgeri, monere atque asseverare non desistam; Quod *semitam* aliquam ex hisce tricis evadendi indigitem: Quod *Physicam*, quatenus corpora *inanimata* (eorumque *individualem* habitum, seu corpuscularem:) & *necessitatem materiæ* absolutam considerat; *Medicinæ*, quæ *structurarum* atque *organicorum* effectuum, *rationes*, longe plurimum attendere necesse habet, non modo parum prodesse, sed etiam, suppositâ illa efficacia *purè materialiter* necessaria, obesse posse, si justæ consecutiones formandæ sint, non tam asseram, sed demonstrem (videatur Dissertatio de *motu humorum spasmodico*, Cap. XIII. & Propemt. *quis bonus theoreticus malus practicus*) Quod receptissimas illas traditiones, quibus recentior medicina tota innititur, *pathologiam salsam*, *figuras determinatas pororum*, *tempora* morborum *fermentationibus* innixa, motus extraordinarios à stimulatione, imò *pulsione*, *materiarum* acuminatarum suscitatos, eosque ut purè *passivos*, *tumultuarios*, *impeditos*: Verbo, omnia nude *materialiter*, & ad corpus *passivè*, explicata, supervacua esse asseverem: &c. His omnibus inquam jamdudum utique prævidi; nihil aliud me reportaturum, quàm *odium* illorum, qui partim talibus delectantur,

par-

partim alia percipere non possunt; partim audire, atque in animum admittere non volunt: *Indignationem* (nam *invidiam* dicere indignarentur) illorum, qui in fundandis, ornandis, commendandis, locupletandis talibus, toti hactenùs fuerunt; hæc talia docuerunt & inculcarunt, imò indies firmiori constantia, inconcussa servare certum habent. Imò *dedignationem* universi chori illorum, qui in talium magistrorum verba juraverunt, & non nisi pro *temeritate* interpretantur, quod unus homo, tantis & talibus dictis atque factis in dubium vocandis, satis audaciæ habere possit.

Apud tales habent utique tantundem ponderis, quantum reliqua sancta autoritas, Censoriæ illæ, sed non *Romanæ*, nedum *Catonianæ*, expressiones: quod ausus unius hominis, tam pulchro consensui tot tantorùmque autorum, *incertitudinem* aut *defectum* aliquem imputandi, nihil aliud sint, quàm inciviles illorum *accusationes iguorantiæ, mendacii, imprudentiæ;* Quod *demonstrationes* contrà illas allatæ, & commonstrationes *absonarum* consequentiarum hinc pullulantium, nihil aliud sint, quam *sugillationes, traductiones, sarcasmi, contemptus, convitia:* Quod *theseos*, cum talibus *antithesibus*, etiam generalissimis, *comparationes*, sint irrequietæ *rixandi libidines, altercationes*, & affectus lacessendi: Quod demonstrationes & *rationes*, quibus *unius* hujus, qui omnes alios *contemnat*, opiniones nitantur, nihil sint, nisi *obscuræ ideæ, phantasia regnans, evagationes intellectus ultrà limites:* Tota denique *intentio* nihil aliud, quam omnium aliorum *contemtus, summa invidia, contradicendi studium, famæ aliorum supprimendæ machinamenta, philautia, arrogantia, fastus, ambitio.*

Interim, quicquid horum sit, habeo nihilominùs etiam hoc insuper perspectissimum, quod per Divinam gratiam supersint etiam, imò istorum numerum facilè superent, quibus *rerum* talium rectè considerandarum atque expendendarum, & voluntas & facultas, non paucis etiam *personarum* sufficiens notitia, morumque & indolis illarum cognitio, suppetat. Qui

sanè ab illis præconiis florentissimi hodierni statûs Medicinæ longè absunt, & circumspecta atque sollicita praxeos administratione, differentiam Pathologiæ *Clinicæ* & *Scholasticæ*, Therapiæ *Medicæ* & *Physicæ*, Praxeos *dogmaticæ & empiricæ*, satis compertam habent; Neque tàm de aliis, quam de propria sua experientia, cognitum atque perspectum habent, quid sit, & quanti momenti, & undè dependeat, illud à Practicis non imperitis profectum: *Negotii alicujus Therapeutici administrationem judicio Medici relinquerè.*

Hæc utique nota mihi atque comperta talium Virorum circumspectio, facit insuper habere omnes illas difficultates, & talibus, nempè bonis Viris, sanius judicium tam de *rebus* meis, quam *intentionibus*, earumque justissimis rationibus, promptè & liberaliter permittere.

CAP. IV.

Objectum scripti, theseos & antitheseos comparatio.

DIxi capite præcedente, iterumque dico, quod ab hypothesibus cuicunque uni propriis, non solùm in genere abstinuerim, ne illis directè examinandis aut refellendis operam darem; sed etiam, ubi occasione thesium mearum, aliquid tale tanquam *antithesin* aliquam attingere, res ipsa ferebat, breviter, & vix unquam juxta meritum, perstrinxerim: At meæ hypotheses non expertæ sunt idem fatum.

Fuerunt inter harũ præcipuas: 1) Quod sangvis, in genere *incalescat motu intestino attritorio*; 2) Quod calor hic *augescat* ab hujus intestini *motus intensione*. 3) Quod hic motus intestinus *calefactorius*, pendeat à motu sangvinis *locali seu progressivo*. 4) Quod, hujus caloris *augmentum*, pendeat etiam ab *augmento* illius *progressivi* motûs.

Duas

Duas primas harum Theſium communes habeo, cum omnibus Recentioribus: *Tertiam*, ad minimum *antè me* cum nemine, quantum ego quidem novi: *Quartam*, in terminis iisdem, dubito ſimiliter, an cum ullo communem habeam Licet in genere omnes illam concedant.

Theſis *prima* infert proprie: Quod calor ſit *motus inteſtinus*; ſeu corpuſculorum aggregati alicujus plurium, juxta ſe invicem, *motus Celerrimus*: & quidem, ex propria ſua indole, *immanens*, (ut corpuſcula *ſitum* quidem ſuum perpetim, *locum* verò non æque mutent) *progreſſivus* verò non niſi e reliquâ mutua habitudine *ſubjectorum* in quæ cadit.

Motum hunc concipiunt atque deſcribunt vulgò, tanquam *verticillarem*, i.e. talem, quo corpuſculum aliquod ſive ſphæricæ ſive cylindricæ figuræ particeps, circa axim ſui celerrime agitetur.

Huic *ſpeciei* motus, ex omnibus legibus motus, nulla promptior contingit incitatio, quam ſi contactus *movens*, fiat in *peripheria* corporis movendi.

Huic concitando, apprimè utique quadrat *affrictus cum progreſſu* locali, peripheriæ talium corporum, ad aliquid firmius alliſorum.

Tale quid ſunt, & præbent, meatus atque pori, *fibris rigidioribus* vallati, imo ab his ipſis efformati.

Quando verò, à tali *affrictorio* tranſitu quantumcunque *celeri*, calor ita naſci poteſt; Infallibilis utique eſt conſequentiæ, quod ſi tranſitus illius *celeritas augeri* poſſit, neceſſario calor ipſe, ſeu motus inteſtinus attritorius celer, tantundem *augeatur*.

Has theſes, vel potius hypotheſes ſuperiorum theſium, *à priori* ita certas, confirmat experientia *à poſteriori*; dum omnibus fortibus transpreſſionibus ſanguinis, *celeriore* inquam ordinarii progreſſus impulſu, *augeſcit* ſtatim ad ſenſum *calor* ſanguinis. Uti notum eſt ex motibus *totius* corporis, aut unius vel alterius *membri*, *rigidioribus* & *velocioribus*.

Imò, ex ipsa *Respiratione*. In qua quidem pariter, magis *mechanicum* actum, fortis, rigidæ atque *celeris* propulsionis, non verò *admixtionem* aliquam materialem demonstrabilem, cuiuscunque rei ex aëre, *causam* hujusmodi *caloris* esse, monstrat hæc ipsa incalescentia, tantundem *in aliis* corporis *membris*, quam in *pulmonibus* cooriens, si sanguis per ipsa pari vigore adigatur.

Cum itaque hæc thesium & hypothesium series, sibi rectè constare videretur; Subsumebam, legitima certe connexione, quod, *ubicunque transitus* sanguinis per meatus arctos præter solitum *augeatur*; ibi eadem proportione *augescat* etiam *calor*.

Cum autem in *Febribus*, *calor* utique notoriè ita augescat; Simul vero, pari manifesto sensu, *motus sanguinis* localis increbescat: applicui jure meritoque huc etiam, hanc mechanicam *augescentis caloris* rationem.

Notum videlicet, non solum ab antiquissimis usq; temporibus existit (certè enim primi febricitantis, eadem in hoc genere fuit conditio, quæ erit postremi) sed sciunt hoc etiam balneatores & fœminæ, quod *Febre* affectorum *pulsus*, longe magis *commotus* deprehendatur, quam sanorum hominum: sicut etiam ipsius *respirationis*, non quidem æque insignis, sensibilis tamen, præter solitum, increbescentia, una concurrere observatur.

Sicut autem hoc à nemine quod sciam in dubium vocatur; Excepto pauciſſimorum sensu, qui *pulsus augmento febrili* sanguinem tamen non moveri opinantur: Ita non percipiunt omnes, uno eodemque modo, veram illam indolem *augmenti* hujus, quo *pulsus* in Febribus afficitur.

Promiscue quidem omnes dicunt, *citatiorem*, *velociorem*, esse pulsum; Sed cum pulsus *duobus* modis *citatior* atque velocior contingere possit, quæ distinctio in omnes homines promiscue & immediate non æque cadit: Propterea non nisi peritiores, atque distinctionum talium intelligentes, rem hanc ac-

accuratius discernere in se susceperunt: *Medici* nempè, non magis nuda praxi atque *tactu*, quam theoria atque *judicio* de rebus sensualibus instructi.

Hi, *Medici* inquam, declaraverunt facilè *duplicem* in pulsu febrili *velocitatem*; Unam ipsius *actus* sive *motus*: Alteram *successus* plurium *motuum*. *Primam*, quando videlicet *pulsatio* repentino ictu absolvitur, vocabulo rectissimè congruo, appellaverunt *Celeritatem*. Alteram, quando *successus* numerosorum pulsuum, sine *mora* notabili inter singulos intercedente, perpetratur, nominaverunt *Frequentinm*.

Harum *velocitatis* in pulsu differentiarum exempla, in praxi deprehenderunt ita distincta, ut *Frequentiæ* quidem præsentiam, in variis casibus observarent, v. g. commotione *corporis*, *cursu*, aut *labore*; Commotione *animi*, *terrore*, *timore*, præsentaneo *gaudio*: Imò a causis minus manifestis coorientibus *Palpitationibus cordis*. *Celeritatem* vero ita *Febribus* familiarissimam animadverterunt, ut in his certissima atque individua præsto sit comes: Cujus rei manifestissimum exemplar sistunt moribundorum talium patientium pulsus *intermittentes*; Ubi, licet in *intermissione* unus integer pulsus desideretur; ille tamen, qui intermissionem post se admittit, nihilo *languidior*, aut *diuturnior* hinc observatur, quam singuli præcedentes, aut singuli denuo subsequentes. Quod idem etiam valet de pulsu saltem *inæquali*, in Febribus; Qui videlicet, solius *Frequentiæ* seu *successionis* ratione atque mensura, non vero pulsationis sigillatim modulo, inæqualis existit: Id est, pulsus quidem *singuli*, *celeri* impulsu fiunt; *Successus* vero ita variat, ut plurimum quidem pulsus pulsum, sine notabili *mora* intercedente, sequatur: Interdum tamen duo, tres quatuor pulsus, notabiliter variante *intervallo*, se invicem sequantur.

Imo, potest huius rei quilibet homo quantumcunque *sanus* experimentum statim in corpore suo facere, si, sive ita uti ordinarie pulsus ejus succedit, sive quando ab aliquo motu

pulsus increbuit, arteriam propriam tangens, tam pulsationis *durationem*, quam *intervalli* inter singulas mensuram, attendat, & hinc *profundam plenam respirationem* hauriat, eamque languide iterum exhalet: Ubi utique pulsationis ipsius nullam maiorem *tarditatem: Intervalli* vero inter tres quatuor pulsus deinceps, notabilem *moram*, seu *raritatem* facile deprehendet.

Imo vero, quem hominem poterit fallere diversitas, qui suum ipsius, & è contra Febricitantis pulsum, vel simul, vel statim deinceps, apprehendit; utrum uterque tantundem temporis inflatione arteriæ duret; An vero sanus *diutius* febrilis brevius?

Sed non libet, rem ita apertam prolixius in Thesi deducere, cum & argumenta, & experimenta in Dissertatione nupera de *Pathologia Febrium in genere*, abunde proposuerim, & in prægressa Disput. *de Historia Febrium ingenere*; Quæ, uno verbo, eo redeunt; quod *Celeritas unicè de tempore* seu *durationе*: *Frequentia* unicè *de numero*, strictè dicantur: *Celeritas* de *actu absolute sigillatim* considerato; *Frequentia* de *successu* actuum *inter se invicem*, intelligantur.

Totius rei irrefragabile argumentum præbet *pulsus inæqualis*, quomodocunque capiatur. Vel enim datur pulsus *inæqualis*, vel non datur; Si datur, versabitur *inæqualitas*, vel in *duratione* pulsuum *inter se invicem* comparatorum: Ubi alius *celerior* erit, seu *brevius tempus* durabit, alius ad sensum *tardior*: Aut versabitur in *intervallo* successus, ubi alius *alterum sequetur*, minore alius majore *intervallo*; Adeoque utroque modo tantò facilius æqualitas *durationis* singulorum, sive *celeritas* dilatationis, ipso tactu deprehendetur.

Declarabit verò cuilibet totam rem quàm præsentissimè, paulò antè commendatum *Experimentum* in seipso perpetrandum, per *respirationem profundiorem* institutam.

Ex hisce universis conficitur sententia mihi soli hactenùs propria, *Quod Febrilis Calor dependeat à Motu Sangvinis progres-*

gressivo aucto; & quidem *Specificè*, quà *Febrilis*, ab ejus *Celeritate* Et hoc *mechanicâ* ratione, propriè & strictè dictâ.

Cæterum semper, ego quidem, *Calorem* hunc, magis pro *necessario consequente* Febrilis motus, habeo; quàm pro necessario *concurrente*, & toti Febrili actui, (nempè à me pro salutari agnito) quicquam directæ efficaciæ *contribuente*. *Febrilis* verò actus veram & *essentialem* efficaciam, pono in proportionatâ, tempestivâ, & stricto sensu maturâ, *Resolutione*, *Secretione*, *Excretione*.

In quo quidem, ut breviter hoc moneam, mea de Febribus sententia, distat ab assertione illorum, qui generali assertione *utilis eventus* me utique antecesserunt, nempè *Campanellæ*, *Helmontii*, *Sydenhamii*.

Statuunt hi utique, quod Febris sit *bellum Naturæ adversus morbum*, *excandescentia Archæi*, *Spirituum*, &c. contrà *inimicum* Humorem. Sed de *causis* hujus inimicitiæ; de *habitu materiæ* morbosæ ad consistentiam & Physicam indolem *Corporis*, *Sanguinis*, *Vitæ*: De *Actuum Febrilium*, *Physico-mechanicâ* efficacia & proportione, ad hæc præoccupanda: De *modo* hujus negotii in effectum deducendi: De *temporibus* his rebus proportionatis: De harum rerum manifestâ *specificâ* habitudine, per *Species Febrium*: De his tantum abest, ut hi quidquam solidi, & quidem *Mechanici*, (*motus ad materiæ* directi proportione) vel suspicati solum sint, ut potius vel purè *Physicas* generalissimas *correctiones*, vel magis pure *tumultuarias* fortuitas *exturbationes*, vel *inorganicas electivas* nescio quas tractationes, hinc inde magis suspicarentur, quam prosequerentur deducerent, atque illustrarent.

Mansit hinc immedicabilis illa difficultas & confusio, ut nemo horum (quam tum vis etiam longissimè omnium progressus esset *Campanella*) discernere posset ullos *actus*, imò vix ullos immediatos *effectus*, reverà ita ACTIVOS; à reliquis *νοσηροῖς*, sive effectibus sive eventibus, *Passivis* Symptomaticis, morborum nempè *quà morborum* consequentibus. In

quo quidem Labyrintho, profundissimè omnium implicitus hæsit *Sydenham* dum è *fermentationibus* eluctari impos, nihil nisi id unum, sed generalissimè, & profecto magis purè *Empiricè* hinc confecit, quod *Excretiones* febriles, præsupponant certum tempus præparationis, seu *despumationis*. Unde etiam longè magis in *corrigendo* seu *alterando*, quam positivè, & cum *directis* regiminibus atque *intentionibus*, *evacuando*, totam suam Therapiam proprie ponit.

Hac, inquam, ratione, *propria* penitus mihi est hucusque sententia, quod non solum *Febris ingenere* tendat ad conservationem Corporis; sed quod hoc ipsum faciat *Motibus activis*, *Secretiones* & *Excretiones* convenientes, *Mechanico-organica* aptitudine partium, & directionum, *ordine congruo* perpetrantibus. Quod hi Motus sint *Pulsus & Tonus*: Quod horum anima quasi ad bonum eventum sit debita *directio* secundum *tempus*, & *locum* proportionatum: *Effectus* vero positivus, *Secretiones* & *Excretiones* magis, quam ullæ *Alterationes*, nisi in solo ordine ad secretionem & Excretionem.

Ad hunc censum reduco evidentissimè, omnes circumstantias, quæ vulgò *Symptomata* vocant, Febrium; Ostendo, quod nihil ibi *tumultuariè*, *impeditè*, (ex parte Febris ipsius,) *inæqualiter*, fiat: Verbo, omnes circumstantias Febrium *in genere & specie*, explico ex hoc, & applico huic, fundamento, evidentissimè.

Totum hoc propterea meritò moneo, ut intelligatur, quid propriè velint, & cujus valoris sint illæ observationes: *Jamdudum hoc dixit Campanella, quod Febris sit res utilis.* Dixit, sed quomodo probavit? Veteres in universum dixerunt, sapientius utique & peritius, quam omnes Theoretici Recentiores, quod in Febribus aliqua *pugna sit Naturæ cum morbo*. Sed quis inde aliquid profecit? Imò Rustici, & plebs ipsa, jamdudum æque observarunt, quam Medici, vix per Mortes experimenta attendentes, quod Febribus, *motibus* & vulgo dictis *Symptomatibus Febrilibus*, nefas sit directè & immediate resiste-

re

re, eaque præcipiti ausu exstinguere ; Sed quis inde prudentior evasit, circa *causas* hujus rei?

Quid verò magis intempestivè, si aliqua esset considerantia, dici poterat, quam ubi sermo est de *modo*, quo Febris Corpori *unicè* sit salutaris, *Secretione atque Excretione*, *Campanellam* Autorem citare : scilicet quia ille de hoc *unico modo* jamdudum ita locutus est. Neque ille solus, sed etiam *alii*, forte plurimi. Quis verò est, præter illum, cui alibi in hoc ipso negotio contradicitur, qui unquam dixerit, quod *nullus alius* modus, *indagari atque excogitari* possit, sanguinem præservandi, quam *Secretio & Excretio*. Dixitne hoc *Campanella?* Profecto, si *nullus alius* modus excogitari potest, nihil cogitant illi, qui non per *Secretionem* & *Excretionem* hic processum formant, sed per *alterationem*? Nempè per *Calorem*, quo mediante causæ morbosæ *subigantur*, *corrigantur*, *quantitate peccantes Calore expellantur :* Unde in omnibus morbis, ubicunque *motus in bonum finem â Natura institutus* concurrat, etiam *excessivus Calor* observetur: &c. Hæc sanè *Campanella*, quod ego abunde scio, pariter ita sentit, & *Calorem* pro primario organo *Correctionis* materiæ, & *unius*, nempè *transpiratoriæ*, excretionis, producit: Sed qui fit, quod his locis nulla ejus adhibeatur mentio : Illic verò, ubi non modo nihil *melius*, sed nihil *aliud*, excogitari poterat, quam (sine ulla mentione *Caloris*) *Secretiones & excretiones*, fiat ejus mentio?

Sententia vero hæc mea, quod Febris absolvatur *mechanico-organica* administratione *Secretionum & Excretionum*, *auctiorum :* Quod hoc augmentum absolvatur *Celeriore pulsu* : Quod hoc ipso augeatur *intestinus Celer Motus* Sanguinis, seu *Calor : Mihi propria*, inquam hæc sententia, non modo *publicè* ad *examen* vocata est, quod omni modo lubentissimè concedo ; Sed post trutinationem brevissimam, & plusquam summario judicio, *condemnata atque rejecta*, & in eum finem ipsa *Celeritas pulsus* negata, itaque assertio, quod detur talis pulsus, *confusionis* notata.

Argu-

Argumenta in hanc rem non tam formata, quam pleraque solum indigitata, sunt sequentia:

1. Quod Calor *non* sit *accidens*, sed vitæ *Conservandæ* utilissimus effectus.

2. Quia ab ipso & *fluiditas* Sanguinis conservetur:

3. Et *spirituascentia* seu *generatio materiæ* fluidæ tenuissimæ *expansivæ*.

4. Eodem (*Calore qua tali*, immediatè,) *poros emunctoriorum* servari apertos.

5, *Calore* emoliri Naturam illud, quod Corpori nostro minetur corruptionem.

6. Calore pugnari contrà *Læsiones* ipsas, & *causas* morbosas:

7. Calore *subigi*, *corrigi*; *quantitatem* abundantem *expelli*.

8. Unde in omnibus *motibus* morbosis, *à natura* bonum in finem, nempe *ad recuperandum* tranquillum & *sanum statum* institutis, & *accommodatis*, *excessivus* quidam *Calor* excitetur, ;

9. Et quidem *præternaturalis*.

10. Formatur hinc intentio dispiciendi, QUID sit calor?

11. Et à quibus *causis* producatur.

12. Prognasci illum à *Motu*.

13, Et esse *affectionem* fluidi Catholici, tenuissimi:

14. Hoc rapido intestino *motu* agitatum, *incalescere*, sive *sensationem* caloris fibris nostri Corporis inducere.

15. Hanc subtilem materiam, in hunc *motum igneum* abripi duplici modo, α *allisione*, *collisione*, *attritu*, Corporum:

16. β. *expulsione* violenta e Corporibus fluidis & solidis, quibus incolat.

17. Confirmatur hoc ultimum, *fermentationibus*, solutionibus, *ebullitionibus*.

18. *Attritu* pyritis cum chalybe; & experimento, *perpaucis* noto (exceptis qui legerunt *Borelli c. 4. obs. 8. jam a dimidio seculo* propositam) &c.

E qui-

E quibus omnibus, & multis adhuc succedentibus, monstrare, quod monstrari potest, ne iam non solum temporis, sed certe chartæ jacturam faciam, merito dubito: Illud tantum, designans, quod ex his *contra meam thesin*, propriè sequentia dirigantur, I. *Quod calor non sit accidens.* Intelligo (quia utique à Metaphysicis contentionibus intentionem abesse suppono) non quæri, *an calor sit substantia an Accidens:* Sed affirmari, quod calor *febrilis* non fiat *ex accidenti*; non *accidentali eventu*, id est, ut ego loquor *nuda necessitate consequentiæ.*

II. Quod *Calor, in se* & absolutè, sit primarium instrumentum *conservationis* vitalis; Nihil per *secretionem & excretionem* (nisi solius *quantitatis*) sed *subactionem*, *correctionem*, tam causarum quam iam factarum læsionum, omnia præstans. Nempe contra meam solius, & fundamentalem assertionem, quod *secretionibus & excretionibus* hæc directe & principaliter peragantur; Quæ *motu* perpetrentur: Quem *calor* sequatur. Quam pure approbatam vide *Diss. de Diarrh. in Febr. §. XVI.*

III. Quod *motus morbosi*, a natura instituantur, & accommodentur ad sanum statum recuperandum; Et *calor præternaturalis excessivus*, huic usui adhibeatur. Cum ego dicam, quod Motus illi *non morbosi*, sed *morbosæ* materiæ rectè *oppositi* sint; Neque *calor excessivus*, sed sane *moderatus*, nempè moderatum & ordinatum motum sequens, adesse debeat, si *bonus finis* sperandus sit: Adeoque minime omnium, motus, *medico* sensu, *præternaturalis*: *Calor* verò, mihi quidem, ex accidenti *præternaturalis*; sed qui non ab illo ut præternaturali, *efficaciam sanitatis* recuperandæ expectem. Interim notatum hic velim, quod appareat hic quoque agnosci, quod *Calor* illos *motus* in bonum finem institutos, *sequatur.*

§. IV. *Calore* ipso (utique qua tali, *immediatè*; Adeoque tanto magis, quantò magis tali) *poros* emunctoriorum servari *apertos.* Cum ego, & universalis experientia, moneamus, *calorem*, ut molestum accidens, potius impedire hoc posse & solere; Ad minimum nullo penitus modo, quatenus *morbosum*,

p. n. *excessivum*, in talibus morbis, hoc promovere: Quod vel tonsoribus & fœminis notum est.

V. Hinc autem ¶. VIII. panditur scena; Ubi *examinanda* venit, notabilis illa quæstio: an *caloris* in *corpore* nostro causa, quærenda sit in *celeriore progressivo motu* sanguinis. Quæ nempe est solida, *propria, mei unius* hucusque, quod aliter non scio, Thesis.

VI. Fit ex *Examine* primò *dubitatio*; An ita *citò & plenariè* hoc concedi possit; Quia nullum prostet exemplum, quod motu *fluminum* progeneretur *calor*. Ubi certè meritò pigeat non addidisse, ad minimum pulchrè apophthegmaticam alterius, pari ἀκριβείᾳ dubitantis, formulam: Quod aqua, quandiu velis *in limpulo agitata*, nunquam incalescat &c. Sed nescio quomodo oblivio incesserit, de sanguine *factum ipsum* negandi, in exemplis *cursus*, *motuum respirationis, & pulsus* sub his *auctioris*, immediatè anteà allatis: Aut ad minimum facti illius *aliam rationem* subjungendi.

Quo certe non præstito, quid poterat magis ἀτόπως subjungi, quam verba immediatè sequentia: HIS DEDUCTIS. &c.

VII. Progressus hinc fit ad *novas* positiones. Suprà numero 15. nostræ computationis, supponebantur *duo* modi, quibus, quicquid primò & immediatè calor fieri debebat, hanc affectionem subeat; 1.) *Collisio*, & mutuus impulsus corporum; 2.) *expulsio violenta* è corporibus:

Hic adducuntur novi modi; *vehementia* imprimis: & *varii modi*. *Vividior & vehementior* motus, ἀπὸ μηχανῆς.

VIII. Subjungitur *sulphurea* crasis sanguinis, quam experientia probat; Sed minimè, quod *Sulphureitas* sit miscela *ætheris, terræ & acidi*: Quod sanè est *cœlum terræ & summa imis* miscere: additur: magna portio tenuissimi *ætheris in poris* sanguinis: Sed huic utrique nulla additur probatio, unde non dictum habendum interpretor.

IX. Nisi fortè *respiratio* de qua dicitur, quod *videatur* eò colli-

collineare, hoc probare debeat. Sed meritò vereor ut probet; cum illæ particulæ *æthereæ*, tam crasso actu, nulla verisimilitudine conquiri debeant, quia iam spontè, per Thesin primam omnium, etiam *solidissimorum poris* atque *interstitiis* interspersæ, & ad omnes poros spontè & libere penetrandum, promptissimæ esse debent: Uti videmus (siquidem secundum hanc hypothesin res procedit) quam citò vitra penetrent. Unde sane adhuc inducor asseverare, quod frustra respirationis efficacia hic in subsidium trahatur: Et frustra allegetur *Willisius*, *Trustonius*, *Schwammerdammius*: Tantò magis proprium experimentum publicum; Nempe *in hoc genere*: Nam si *æther* impulsus fuisset, sanguis, ex hypothesi, *incalescere* debuisset. Unde cum ab *aère*, quod vix rusticus in dubium adduxerit, ad rem quæstionis, *æthereum* ejusque incalescentiam nulla sit connexio, hæc ipsa etiam pro non dictis habeo.

X. Et eodem plane loco iterum merito pono subsequentis Theseos XI. eandem cum Thesi IX. Certè gravissimã ἀσυλλογισίαν, verbis: Postquam itaque sufficienter *demonstravimus* - - - - - - - - *materiam ætheream sanguini perpetuo ac jugiter, mediante respiratione* communicari &c. Nam à τῷ *videtur* Theseos X. ad τὸ *sufficienter demonstravimus*, pessima est consequentia, pro damnandis aliorum sententiis.

Cæterum ut ex intricatis rebus aliquà emergamus, tota hac Scena nihil aliud agi debuit, quam ut inferretur 1) *Sanguinem habere talia principia*, quorum intuitu *possit incalescere*, seu *motum Caloris* suscipere; 2) quod illud Sanguinis *Principium sit æther*: qui etiam supra ¶. IV, ibi, iam absolutè appellatur *calidus*; Est enim reverà nihil aliud, nisi *ignis elementaris* Peripateticorum.

Iam verò aliud adornatur Schema. Ubi, ut e multis gratis dictis, ad rem nostram propius pertingamus, hæc maximè insunt. *Movens* aliquod, cuius magna quantitas in *Sanguine calido* insit, efficere in organis *motum*, quo fluores Corporis *progressive* agitentur; & conserventur: Qui *Motus*, fluo-

 rum

rum *progressivus*, partim ad nutritionem, partim ad separationem inutilium heterogeneorum perquam necessarius sit, & adeo merito *Vitalis* dicatur.

Statim subjungitur, quod *hoc impulsu* Sanguinis *progressivo*, *intestinus* etiam illius motus promoveatur. (Dictum etiam erat, in prioribus lineis §. *præced. ibi*, quod *motus intestinus calefaciens, increscat* motu *impulsorio, attritorio:* & quidem *impulsu externo.* Sicut in ipsa prima facie proœmii, quod per *Motum* tam *intestinum*, quam *progressivum*, *calor* necessario producatur.)

Producuntur ibi *pulsus*, & *respiratio:* Tanquam *motus* tales, *promoventes Calorem* Sanguinis.

Ulterius, sunt verba seq. §. *ad calorem in sanguine efficiendum* accedit *pressio atque attritura* Sanguinis, cum partium *fibris solidis*; Unde *quo rigidiores & angustiores* sint tubuli, & *magna velocitas* transitus, eo *major* fiat attritio, collisio, *calor.* Concluditur §. Quod *validus pulsus*, vehemens & frequens, *respiratio* citatior, *partium solidarum structura*, præsertim sub exercitatione, *testentur* de maiore calore, & *citatiori circulatione Sanguinis* per tubulos.

Quandocunque itaque *pulsus* fit *citatior*, *respiratio citatior*, fit *Sanguinis calor* major.

Sed fit progressus §. seq. ad calorem *præter naturaliter augescentem.* Itaque videtur inferri debere: Quod ab hactenus dictis causis, sanguis tantum in *statu s. n.* incalescere possit: Si verò *status p. n.* incidat, quod tunc non solum ab *aliis* causis calor arcessendus sit: Sed etiam antedictæ causæ caloris *s. n.* si vel maximè in *statu p. n.* adessent, *calorem* inducere non valerent.

Sed cum pigeat illis rebus tempus perdere, numerum verò offensionum irrevocabilium inire tædeat, potius ad rem quæ *meam hypothesin* concernere debebat, transeo: Lectorem solum brevissimis monens, ut cum illa hypothesi, quæ §. XVII. XVIII. proponitur, conferat *compressionem* partium Cor-

Corporis à *Sessione, decubitu*, tam simplici, quam cumprimis *duriore, ligaturis* fortioribus, *Scirrhis*; & ibi quærat illos effectus talium inæqualium progressuum Sanguinis, *excessivum Calorem* &c. Sicuti cum *necessitate* maxima *Caloris ad vitam*, vitam *piscium*: Cum necessitate Caloris ad gignendos *Spiritus*, energiam *motus animalis piscium*, &c. Neque enim *sophisticationem* agnosco in illis verbis: Quod per *Motum*, qui dicitur esse *Vita*, calor necessario producatur; non ut accidens: Sed *ut necessarius quidam vitæ conservandæ* utilissimus *effectus*.

Cum enim hæc *necessitas*, hoc sensu, tribuatur vitæ *conservationi*; id est, quod Calor hic sit necessarius *ad vitam conservandam*: Sane captiose ageretur, si e perplexis verbis, ille sensus inferretur, quod Calor sit *effectus* necessarius, Vitæ *conservandæ*: scil. illorum *actuum* quibus vita *conservari solet, effectus*: Imò imperitè hoc sensu opponeretur (necessariæ consequentiæ) *accidenti*, & ad decipiendum, licet non nisi plane stupidos, ita perplexo sermone fucaretur; Unde nihil horum suspicor.

Tandem itaque è multis heteroclitis gyris ad §. XVI. pertingimus, cujus verba sunt: *Provolvimur* (vehementius, hoc est, quàm *abripi*, & *vis* fit insignis) ad EXAMEN illorum, sententiæ, qui arbitrantur, calorem *febrilem* derivandum esse, ex Sangvinis *motu progressivo celeriore*: - - - - Exinde, concludunt, quoniam in *Febribus* utplurimum pulsus est *celerior*, & *frequentior*, inspiratio aucta, *circumferri* etiam sangvinem, majori cum velocitates, pertubulos arteriosos, venosos.

Ut autem totum negotium accuratiùs trutinemus, atque *examinemus*, opus est, ut de pulsu, CUI tota res videtur fundari: (Notetur sensus *Ethicus*:) aliquid subjiciamus.

Notum est pulsum *Celerem* & frequentem, unanimi fere sententiâ, haberi pro *febrili*, ita ut signum quasi essentiale & *Pathognomicum* subministret.

Perspicuum autem est, vocabulum *Celeritatis* & frequentiæ, *ratione temporis* si sumatur, valdè coincidere, sive *unum idemque* esse.

„Cum enim pulsus sit Motus species, utique non aliæ „differentiæ conveniunt pulsui, quàm Motui; Jam autem o„mnis Motus - - - - est vel magnus vel parvus: - - - vel „*celer SEU frequens*, & *tardus*, quando nimirum *crebrius vel „tardius, brevi temporis spatio* perficitur Motus: vel denique „pulsus - - - ratione temporis, aut vehementiæ est æqualis „vel inæqualis. - - - -

„Ex hoc itaque fundamento *concludimus*, consultiùs „pulsum vehementem & frequentem (quam *celerem* & fre„quentem) febrilem appellari debere, si velimus *confusionem* „evitare. Hactenus §. verba.

Ex his assertis, ne charta & tempus prodigantur, Lectori (non dico judicioso, cui enim tantillum utique defuerit!) paucula illa respicienda designo. 1) an *Celeritas & frequentia, eodem intuitu* de *tempore* dici soleat aut possit? 2) an *frequentia* ullo *directo respectu* dici possit de *tempore*? 3) An illis *respectibus*, si differant, *Celeritas & frequentia unum & idem* sint? 4) An his respectibus differentibus, *frequentiæ* directè opponatur *tarditas*? 5) Quia *vehementi* opponitur hîc *debilis*; An affectus in quibus *debilis & frequens* est pulsus, aut non dentur, aut non sint *Febres*, & quidnam sint aliud? 6) Si *frequentia* cum *brevitate temporis* sit unum & idem, quidnam velit locutio, *crebrius brevi temporis* spatio?

Propter causas jam modò dictas, non placet illam inspicere præfigurationem, de impulsu Sanguinis in arterias, *retrocedente*, & tamen *majus spatium* efficiente, cutem in *tumorem* attollente: de *crebriore Diastole* arteriarum, quàm Systoles sint Cordis; sed inter *Systolem* cordis, & *refluxum* hunc crebescente: De insultu particularum sangvinis *juxtà se positarum*: de impetuosa attritura *ruborem* pariente: & plura hujus indolis.

Magnum verò operæ pretium fecerit Scholasticus, si illa, eorumque respectus, in ordinem redegerit: Quod sangvis in magna quantitate circà cor & pulmones congestus *anxieta-*

xietatem efficiat; *quomodo* hinc *respiratio* adaugeatur: quâ formulâ *invitetur* influxus fluidi nervei in Cor, & ita Systole ejus non solum *validissima* producatur, sed insuper *frequens:* & quomodo hîc subsit *finis*, rei utique perpetuâ continuatione *futuræ*, *ut liberetur* &c.

Illud tamen sine consideratione dimittere nefas fuerit, quod Caloris *ætiologia*, juxtà hunc sensum, licet utique perperam, nihilominus derivetur *unicè a pulsu*; nisi quidem planè fabulam texuisse videri debeat. Calor febrilis, inquit, fit à mutuo *insultu* atque *impetuosa attritura* particularum sanguinis *juxtà se positarum.* Ergò sanè, quamdiu sangvis circà cor & pulmones *congestus* & *coacervatus* atque *angustatus* fuit, singulæ particulæ muro quodam à mutuo contactu distinctæ sint necesse est; aliàs enim ita in angustum locum densatæ & coactæ, utiquè *nisum* illum eluctantis *ætheris* insignem, meritò experiri debuissent: Præsertim *tanto tempore* quanto frigus febrium durat: Aut subest aliud aliquid, quod particulas illas demum in *motum concitet* (nam hîc providè altum *de æthere* eiusque *nisu* silentium observatum est, sed quem falleret quæso, nisi stupidum prorsus:)

Hoc itaque, quod particulas (nescias sanè quâ *emphasi* hoc addi debuerit, quasi non fieret nisi *hoc casu*) *juxta se positas*, in mutuum *insultum* atque attritum adigit, est *pulsus*, ejusque *reciprocatio* intrà arterias.

Licet autem hîc meritò moneri possit, quod in tantâ *coarctatione totius massæ* Humorum ad interiora, adeoque multiplici sanè *reduplicatione* quantitatis Sanguinis *ad capacitatem* vasorum ordinariam, necessario ad supposita illam necessitatem *retrocessionis* sive *reciprocationis* pulsus, eadem *proportio* futura sit, à *pulsu tardiore* ad *totuplicem* restagnationem, qualis *proportio esset*, à longe laxiore, diffusiore nempe (quæ fit sub inflatione, rubore, vasibus maxime conspicuis) *restagnatione*, ad pulsum *frequentiorem*, tempore æstus: Adeoque, si sanguis non nisi in *Cutaneis* extremitatibus impeditus, tanto impetu pul-

pulsui *retro insultat*; cohibitis longe lateque & *profundè*, per *totam peripheriam* progressibus, totidem utique gradibus fortior futura sit hæc resultatio; Aut ad minimum *raritatem* hujus pulsus, *proportioni frequentiæ* alterius, non modo æquatura, sed *prælatura:* Idque tantò magis, cum hic tota Massa, *origini* impulsus, nempè pulsui *cordis*, sit longe vicinior, ut ita *resultationis* vigor, è *spatio breviori* tantò citatius utique fieri deberet, &c. Non tamen est cur hisce rebus tempus consumatur.

Quod itaque ex universis hisce ambagibus tandem conficitur, sunt sequentes assertiones:

1. Quod Sanguis incalescat Motu; 2) intestino, 3) qui augeatur motu progressivo, 4) attritorio, 4) per allisum ad rigidos meatuum parietes. 6) Nempe in libero progressu atque transitu per hos meatus s. n.

7) In statu verò p. n. esse transitum ex aliqua parte inhibitum. 8) dum vero pulsus augeatur, impulsu, 9) & retrocessione seu resultatione ab extremis cohibitis; 10) ibi particulas Sanguinis juxta se poni, collidi, & atteri, 11) adeoque incalescere.

12. Sed hoc ipsum sine dubio ab hoc augmento frequentioris & vehementioris pulsus, & resultu insuper ipsum reduplicante.

Suffecerit puto hæc ita recensuisse; sane vero qui hæc non capit, non videtur idoneus, cui tria verba ultrà dicantur.

Reservari interim, ad ulterius negotium, ex hac tractatione debent sequentes positiones.

1.) Quod *celeritas & Frequentia* de *tempore* dicantur: 2) quòd sint hoc respectu *unum & idem:*

3.) Quod propterea plane non debeat nominari pulsus *celer*, sed sufficiat *frequentem* nominasse:

4.) In *Febribus* verò, seu Febrilem, non esse, nisi pulsum *vehementem & frequentem.*

5.) Secus si fiat *confusionem* committi.

6.) Præcipuè verò in *febribus* non æque *progredi* Sanguinem

nem pulsu, sed *resilire* magnam partem, & efficere in arteriis *crebriorem Diastolen*, nempè à *systole* cordis diversam.

Quantumuis autem totum hoc ineptum examen, & adeo inopinatò desinens, in res, quæ sanè aliud examen expectare deberent; directè & *unicè* contrà *meam* sententiam directum fuisset, & in pronunciationem *confusionis* satisceret: Neglexi tamen facilè hujus indolis objectiones, deductiones, & demonstrationes, neque verbum illis opponere operæ pretium duxi.

Post duos annos, habitâ Disputatione de *Febrium in genere Historiâ*, ubi non poteram negligere historiam *pulsus*, paucis verbis dixi: Quod quidem differentiam pulsus *Celeris & frequentis* inculcare velle *Practicis* (quia nempè tales rem satis perspectam habeant) *absurdum* foret: Sed cum hodiè variæ in *theoria & Praxi Confusiones* vigeant, è quibus etiam pulsus *celer* cum *frequenti* ita confundatur, ut pro re unâ eademque venditentur; Propterea monendum h.l. esse, quod pulsus *frequens*, variis casibus *commune* quoddam sit accidens; *celer* vero *proprius* Febribus. *Imperitè* fieri si hæc *confundantur*, quia planè diversum *subiectum* habeant; *Frequentia* successum *plurium*; *Celeritas* verò, *subjectum* habeat *impulsum* ipsum, eius *brevitatem*, præcipitem actum & *terminationem*, *durationem* brevem. Thes. seq. dixi, quod *Celeritas* sit *primarius* Gnomon *Febrilis* pulsus, *frequentia secundarius*. Nempè per antedicta, quod *Celeritas* vera, *Febri* sit *propria*, Frequentia huic cum variis aliis affectibus *communis*.

Parvo post tempore, proponitur in publicum, novum Examen, ita enim habet rubrum Schedarum: Pulsuum ---- *examinat*. Quo *primario scopo*, loquitur statim ipsum Proœmium, verbis: Nonnulli certas pulsuum species pro *una eademque* habent, cum alii contra distinctionem harum in Praxi, *perneccessariam*, & confusionem *summè pernicioſam* urgeant. „

Pergit: Res clara est de pulsu *celeri & frequenti*, ubi plurimi Recentiorum *unum eundemque* pulsum (nempe *secun-*„

dum idem, & purè *reciproca conuersione*) sic dici posse, firmiter „ asseuerant: Alii contrà, in Praxi *maximum momentum* in ho„rum distinctione versari contendunt.

(Quod quidem assertum, si de me in his terminis intelligi debeat, quasi nempè ego *urgeam*, quod hæc distinctio *perneccssaria* sit in *Praxi*, *& summè pernicioſa, in Praxi*, ejus *confusio*, esset impudens figmentum: de qua re suo loco)

„ *Ornate* verò, & sanè non *sarcasticè*, sed *modestè* prorsus, „exprimitur idem p. 8. quod à sententia, *frequentem & celerem* „pro *uno* pulsu æstimandum esse nonnulli discedant, *præsertim*, „*qui præ aliis sapere velint*, & asserant, tantam distinctionem esse, „ ut Practicus illum absurdum haberet, qui vellet hos pro uno „pulsu venditare.

Quæ nimirum est, *bona* scil. *fide*, allegata *mea* formula, quod *Practicis* (nempe hujus rei ipso tactu *peritis*) hanc distinctionem *ejusq; veritatem* sollicitè *inculcare* velle, absurdum foret.

Hinc fit progressus ad inquisitionem. Poterat sanè nude adduci, apud omnes homines nota acceptio vocum *celeritatis & Frequentiæ*; quod ista designet *brevem* durationem, *motus*, ut unius, absolutè; hæc brevem *quietem à motu*, respectivè ad *plures* consecutivos inter se invicem: Sed ut omnia fiant ordine, placet etiam testes producere. Statuunt itaque ita, uti modò dictum, *Sennertus*, *Fernelius* & *complures*: Tandem etiam *Bellinus*, quamvis hic etiam *relativè* loquatur: Celer pulsus *dicitur* &c. Idem adducitur de *frequenti*, & raro, nempè *respectus quietis* inter *plures* pulsus invicem succedentes, ex iisdem Autoribus.

Sed profectò, cum hæ distinctiones Autorum, *propriissimè* & *absolute* de *respectu ad tempus* loquantur; nihil minus expectari poterat, quam testimonium seu confessio, quod *hæc omnia rectè & ritè* se habeant (nempè *ratione temporis*) sed in *Motus præsentis particularis*, pulsus, indole, saltem sit differentia.

Conciliabunt itaque qui me feliciores sunt, assertionem pro primi examinis quasi Docimasia, & igne probationis examinan-

minandæ quæstionis, positam: Quod *celeritas, & Frequentia* quando de tempore dicantur, sint *unum & idem*: cum hac concessione, quod sint *distincta*, ratione *temporis, & Motus* in genere: Sed solum non ratione Motus *certi*, nempè *pulsus*.

Novæ itaq; propositiones sunt hæ (1) Quod in motibus, qui certa interpositâ *quiete* gaudeant, differentia *celeritatis & frequentiæ*, insignem & egregium habeat usum, neque ita invicem frequens & celer debeat CONJUNGI.

(2) *Celeritatem & frequentiam non* esse *distinctas* res, in *negotio pulsus*; quia Pulsus sit *Motus continuus*, qui certâ interposita *quiete*, *non* gaudeat;

Hic provoco omnes & bonos & doctos Viros, ut aut ingenium hujusmodi, aut genium judicent; ex actis atque probatis tamen.

Illo loco, ubi abolendus erat pulsus *Celer*, quia ego ab illo *Calorem* febrilem deducebam, (unde non de *Pulsibus*, sed de *Calore* erat instituenda disputatio) dicitur, *unum, & idem*, esse non solum *Pulsus* celer *seu* frequens, quibus hinc *tardus* opponitur: Sed *ipsa Celeritas & frequentia*, si de *tempore* sumantur, dicuntur *unum & idem*.

Hic, habet *differentia* celeritatis & frequentiæ, *insignem & egregium usum*, & habent sese omnia *recte atque ritè*, quæcunque de ipsorum *differentia* respectu *temporis*, ab omnibus dicuntur.

Illic erat pulsus *celer* SEU *frequens, unum*, & *idem*, & *distinctio* illorum erat *confusio*: Hic alius est sonus, pulsum celerem, & frequentem posse CONJUNGI.

Ego verbum non addo, sed tantum has circumstantias omnium bonorum judicio sisto, ut cognoscant, *quis* in his rebus, & quali *causæ Statu*, & quibus *artificiis* (sed quem quæso fallentibus) ut alteri gravis esse possit, omnem lapidem, moveat.

Quis enim unquam negavit, quod Pulsus *frequens* cum *celeri*, CONJUNGI possit? quis non disertè posuit, quod in febribus hoc utique fieri soleat? In quo nam alio, quam illo solo, posi-

ta fuit tota difficultas, quod *Celeritas* in pulsu sit aliquid actu *diversum à frequentia*, quæ asserebantur *unum, idemque* esse ; & asserebantur, unicè ad contradicendum meæ assertioni.

Ita enim habent verba, supra allegati §. VI. ibi, -- de *pulsu, CUI tota res videtur fundari.* Monui suprà, sensum hic subesse *Ethicum*: Nudè *Grammaticè* diceret, *in quo* fundatur : Sed hoc erat, videbatur unum pro fundamento alterius à me allegari, nempe *celeritas* pulsus *pro causa caloris*, *calor* (quem vulgò pure *p. n.* vocant) *pro effectu* pulsus *celeris*. Itaque hæc phrasis adhibenda erat, & res *confusionis* damnanda, ut hypothesis, *fundamento* subruto fatisceret.

Prodeat ergò, quia sanè obrepere non potest, nova hæc suppositio, & proferat testimonia atque documenta sui.

Notandum verò iterum iterumque, quod totus labor tendat contrà pulsum *Celerem*; Hujus *formale* ponitur ab omnibus, in brevi duratione dilatationis : *Frequentis* formalis ratio, collocatur in mensura *quietis* inter pulsus *plures* : Dissertatio consentit, quod hæc omnia de reliquo *rectè atque ritè* sese habeant, & sit hujus *distinctionis ingens & egregius* usus :

„ Excipitur solummodò negotium *pulsus*. *Longè* aliter, ait, „se res habet in negotio arteriarum motus ; Hic enim motus „est *continuus*, nequè ulla eget *quiete*. --- minime existiman„dum est, quando post -- dilatationem arteriæ nullus ictus am„plius tactu percipitur, feriari arteriam, & veram intercedere „*quietem* -- nulla quies interponitur -- resilit & movetur in„trorsum ---- contractione -- quam rursus mox dilatatio ex„cipit. Additur exemplum penduli.

„ Jam nova quæstio oritur ; an celeritas & frequentia quan„do de tali Motu (etiam penduli) prædicetur, sit *res distinctissi„ma ?* Hoc, ait, sub *examinis incudem* revocandum est.

Proh Deum atque hominum fidem, quantus labor ! Jam Cyclopes ad incudem ! Sed videat Vulcanus, ut stans hoc nobis perfectum det negotium ; Nam ab imperfecto digredi non poterit, quin claudicet.

Ex-

Expectabam pondera argumentorum, quæ Cyclopes nobis sint, quæstionem super incudem exercituri; nusquam gentium.

Quandocunque ita, pergit, intrà quadrantem horæ, bis, mille pulsus Medicus in ægrotante subjecto annotat, dicit illum frequentem, i. e. naturali frequentiorem: (Nempe antè, quam bis mille numeraverit, certus esse non poterit, quod naturali sit frequentior) Jam si alius Medicus advocetur, & in iisdem subjectis, frequentem nominet celerem, rarum autem tardum; non injuria inde quæritur: Quis verum dixerit: „ Nos respondemus, utrumque verum. (*Utrumque* estne *unum?* Utrumque verum, an *secundum idem?*) „

Nam impossibile est, cum motus cordis & arteriarum „ semper in Systole & Diastole sit constitutus, ut pulsuum NU-„ MERUS intra tempus exiguum crescat, nisi quævis diastole „ sit citatior & intensior, seu BREVIORI TEMPORE fiat. „

Ego, uti argumentandi & colligendi de reliquo ita impetitus non sum, ita ingenuè tamen fateor, me in hodiernum usque diem non posse perspicere, quid universus hic apparatus tandem sibi velit, aut conficere debeat: Nempè ad propositam sibi ipsi *quæstionem.*

Totus labor tendere debet contra pulsum *celerem:* Hic affertur argumentum à *continuitate* Motus pulsorii: *Continuitas* hæc opponitur vocabulo *quietis*, ab aliis usurpato in negotio pulsus *frequentis:* Affertur exemplum penduli, adeò ἀτόπως quam quidquam reliquum (quasi nempè dum pendulum movetur *dextrorsum*, non sit *quies à pendulo* in sinistro, & contra, i.e. quasi quia *Systole* est Motus, & *Diastole* est motus, *Systole sit Diastole*; & non potiùs cum *dilatatio* pro pulsu assumitur, *Systole* sit *quies à pulsu* seu dilatatione)

Ex his itaque rebus nullum aliud argumentum confici posse manifestissimum est, quam contra descriptionem pulsus *Frequentis*, in qua vocabulum *quietis* occurrebat. Ut nempè sit sensus: Qui pulsum *frequentem* describunt, men-

ſuram ejus deſumunt à *quiete* poſt pulſationes ſingulas: Sed nulla datur *quies* in pulſationis negotio. &c. (Minorem vel *Sophismatis*, vel *ignorantiæ elenchi & diſtinctionis* inter *motum* pulſus, & *ſenſum* pulſationis, notare, eſſet ſupervacuum, cum cuilibet pateat)

Sed hic ὀδὲν πρὸς τὸν Δίονυσον! Annon debebat doceri, 1.) quod Celeritas & frequentia ſint *unum*, & *idem?* 2.) Quod Pulſus Celer *ſeu* frequens, opponatur *tardo?* 3.) quod Celer & frequens pulſus, non ſint res *diſtinctiſſimæ?*

Certè Reſponſum illud: *Nos reſpondemus, utrumque verum*: ut actis & probatis ἀντίπους, ab actis rejicietur.

In hâc materia, in hoc, inquam, ſtatu quæſtionis, à nemine hominum attendentur *teſtes*, iterum alteri probationi ſuffragantes. quantumcunque etiam *felicisſimus* alter (infelix encomium pro Practico, *prudens, doctus, peritus*, expectante) alter *ingenioſisſimus*.

Enimverò quod alter in hoc negotio fuerit *infelicisſimus*; alter verò, cui laus ſua quamcunque de reliquo meretur illibata manet, vel hoc non loquatur, vel, ſi ipſius ſunt verba: *Multò minus* &c. inauditâ conſequentiâ ad talia teſtimonia, utatur: *Celeritas*, in ſtatu *parùm* recedente à naturali, non poteſt tactu diſtingui; Ergo in ſtatu p. n. (i. e. ubi non *pauxillo*, ſed *multò* celerior quàm naturaliter, eſt pulſationis duratio) *multum* recedente, *tantò minus* ſentiri poterit. Utrumque horum aſſertorum inquam, æquè atque illud: *Probè hîc notandum eſt, unius ictus celeritatem non poſſe per ſe ſentiri*, quoniam *vix* punctum temporis durat: non ſunt niſi *reſpectivè* vera, nempè reſpectu *Concreti*, unius, inquam, hominis præ altero.

Putares de *punctis temporis Phyſicis* eſſe ſermonem, qualibus globus è bombardâ projectus, *puncta ſingula loci* ſeu diſtantiæ percurrit! Ut major ſit difficultas, dicitur pulſus VIX punctum temporis durare: id eſt, ſanè, tres quartas unius puncti, vel circiter.

Primò quæro, annon pulſus hominis *ſani*, etiam in hac

dura-

duratione, quæ *Celeritatis* mensura est, sit *tardior* pulsu *Febricitantis?* Ita sanè medicus, si siniſtrâ manu arteriam sui ipsius brachii dextri tangat, dextrâ arteriam *Febricitantis*, quæritur annon *differentiam* durationis percepturus sit. Conf. p.19.ibi: *Moderatus* &c. Hic sanè, si *unus*, *alter*, *tertius*, dicat se non posse; nihil contradico: nisi id unũ, quod tunc abstinere debeat, à directo&indirecto usu nominis, *circà has res*, *ingeniosissimi*, *felicissimi*.

Secundò, ne utique talia ita in diem & auram dicta putentur, moneo, quod utique in statu *sano*, illud *punctum* temporis sit admodum crassum. Ita in homine *phlegmatico sano*, aut sub Paroxysmi *Quartanarii frigore*, duratio totius pulsus, æquat durationem, quâ aliquis, satis articulatè non modò, sed *sedatissimè* publicè sermocinans, pronunciaret vocabulum Spondaicum, *transtris fructu*, *stirpes*, &c. Imò verò, si spatium illud, quod post *sensum* Systoles intercedit, conjungatur, erit duratio, qualis pronunciationi satis tranquillæ respondeat vocabuli: *canalis*, *carina &c.*

Jam si in proportione ad hunc typum, offeratur pulsus, cujus rythmus respondeat vocabulo: *Sine*, *citò*, *celer*, &c. & quidem tali pronunciatione, quali in familiari confabulatione homo promptæ linguæ uti consueverit: (Talis enim est typus pulsus celeris:)

Quæro, an hæc sint *puncta* temporis, quæ inter se mutuò *comparari* non possint; aut *absolutè* quoque non judicari, si occurrant, quod priora illa tardiora sint, hæc breviora seu celeriora?

Bone DEUS, si talia judicare non valeamus, quos conceptus habebimus de Motibus *fluiditatis*, *caloris*, *flammæ*, *&c.* Nempè ita profecto est, ut jamdudum monui, quod neque plures Mechanicas res aggredi suscipiant, neque plus ex illis in nudas admirationes, imò fabulas, rapiant, quàm tales, qui mechanicorum conceptuum, imò verò sensuum, impotes existant. Exemplorum indices sunt in promptu.

Omnibus itaque his & *suppositionibus*, & interpositis, atque

què in subsidium adductis *Autoritatibus*, nihil absolutè ad Quæstionem inferri, manifestissimum est.

Unicum quod tandem hinc resultat, est illud, quod ultimâ Autoritate *Celeberr. Schelhammeri* statuminatur : *Quod frequens pulsus, non sit citrà celeritatem.*

Sed profectò Vir hic sanæ Philosophiæ notoriè callentissimus, nunquam hæc verba intelligi voluerit, de *uno, eodem, secundùm idem*; quod nempè *frequentia* sit *Celeritas:* quod *in* frequentia *quà tali*, insit *celeritas* strictè dicta : quod pulsus *frequens*, *secundum idem* sit *celer*: Sed illud solùm dicit, quod *Frequentia* & *Celeritas*, *concurrere* debeant: Breviter, quod pulsus non possit *successu* esse *valdè* frequens, nisi simul sit *celer* in singulis pulsationibus.

Quamvis autem ad *frequentiam* pulsus *absolutè* consideratam, & quatenus *mensura* ejus, est *duratio quietis* à dilatatione, hoc ipsum quoque minimè necessarium sit; sed pulsus, etiam sigillatim *tardissimus*, possit *frequens* esse, si nulla sensibilior quies inter singulos intercedat: Quod de pulsu undulante manifestum est: Valet tamen assertio, de pulsu *comparativè* & *hypotheticè* frequenti, qui nempè intrà certum tempus magno numero fiat.

Interim, ut utique innotescat, quænam vis sit omnium ita operosè allatarum (& in ultimo §. hujus capitis, ibi: *Ex eo jam liquidò consequitur*, &c. tanquam pro aliqua *consequentia* & *conclusione* ruminatarum) differentiarū *Motus* in genere, absoluti, & *pulsus* in Specie: (Ut silentio prætereamus, quod utique in terminis suppositis, nempè *tantâ* frequentia, in *omni* motu *absolutè*, duratio *singulorum* necessariò debeat esse brevis, adeoque celeritas cum *tali* frequentiâ *concurrere*: Ut adeò conclusio hæc hujus capitis, æque atque tota tractatio, sit supervacua:) Ego potius justa *subsumtione* atque *connexione*, inde eliciam illud, quod rectè atque ordine inferre & probare debent; & monstrabo, *quod nihil minus probent, quam illud cui probando adhibebantur.*

Pul-

Pulsus dicitur esse *Motus continuus*, ita, ut inter plenarium pulsum unum, usque ad alterum novum, nulla vera *quies* intercedat, sed tantùm ultima systoles contractio sensum tantisper fallat, cui nova Diastole mox superveniat. Quamvis hæc commentario egeant, sint tamen ita.

Ex hoc asserto, sequitur *legitimâ & directâ* subsumtione: Quod Celer pulsus necessariò *post se trahat* frequentiam:

Probatur: Quia pulsus se invicem statim sequi debent, neque quies inter singulos intercedere. Quandocunque itaque pulsus repentino ictu diastoles, & compari actu Systoles, absolvitur, post actum vero Systoles brevem, nulla quies intercedere debet; sequitur hinc necessario mox novus pulsus seu Diastole: Hæc verò successus promptitudo, in *pluribus* succedentibus, dicitur *frequentia*.

Itaque probat argumentum de *Motus continuitate*, pulsui præ aliis motibus *propriâ*, solùm *frequentiæ* necessarium successum, si pulsus sit *Celer*; Non verò *Celeritatis* necessitatem, si pulsus sit *valdè* frequens: Quæ potius è regulis *Motus in genere* fluit.

Periit itaque, perverso usu, subsumtione, & applicatione, totus nervus argumenti, tàm laboriosè producti.

Probo hoc alio documento: Pulsus constat, juxta mentem Dissertationis, ex Diastole & Systole; & quidem inter se proportionatis, ut celeri Diastolæ, celer Systole respondeat:

Nunquam itaque & nusquam erit pulsus *summè* frequens, nisi *priùs* & primariò pulsus fiat valdè *Celer*.

Si enim nova Diastole, Systolen ipsam *pelleret*, & non tàm sequeretur, quàm *insectaretur*; tunc posset frequentia, celeritatem pulsus, quasi *præscindendo* à duratione Systoles, inferre:

Sed cum frequentia saltim propterea sequatur, quia post peractam Systolen, nulla *quies* admitti debeat, ut ita *continuitas* illa Motus servetur;

Quid potest hic luculentiùs dispalescere, quàm quod *per vim propriorum argumentorum* Dissertationis, Frequentia Celeritatem *sequatur;* Celeritas sit *prior,* frequentia *posterior:* Imo Celeritas *causa* frequentiæ?

Sed ubi manet jam esse *unum* & *idem;* esse simul *secundùm idem:* non esse *distinctissima.*

Non sperabo utique, quod vocabulum: *distinctissimæ,* loco allegato Diss. capiatur pro: *disjunctissimæ, tempore* diversissima, &c. quamvis enim & hoc ipsum *Physicè* verum sit, posset tamen elusio aliquâ sub hâc ambignitate quæri. Sed ne terminis *Metaphysicis uti,* iterum otiosè accuser, agam purè κατ' ἄνθρωπον.

Si unus *celerrime currat,* alii maximo studio currentem *sequantur,* sunt ne *distinctissimi,* an potius omnes non nisi *unus* & *idem?* Possunt ne alii sine mora *succedere,* nisi prius abscesserit sine morâ *prior?* Est ne locum *successori* præbere, & *succedere,* res *distinctissima,* nec ne?

Quid verò ita manifestiùs dilucescit, nisi quod tota prior, atque longè major sit consideratio atque ratio, pulsus *Celeris,* ad inducendam necessitatem *successus* Frequentis; quàm ulla *reciproca* energia frequentis, ad circumscribendum sive *celerem* sive *tardum.* Adeo utique, ut nisi pulsus *primò* & primariò esset *Celer,* nunquam posset fieri eo sensu atque typo *frequens,* qualis in exemplum assumitur, nempè *bis mille* pulsuum, intrà quadrantem horæ. Et sicuti nova pulsatio, à prægressâ utique est *distinctissima,* ita etiam *Frequentia* pulsus, ab ejusdem *Celeritate.* Ut adeò tota hæc difficultas planè præposterè tractata sit.

Deprecor equidem omnium bonorum Virorum justissimum fastidium, quod tales res tàm prolixè inculcare non negligam; Sed ista sunt tempora, quibus, non adolescentes Scholastici, sed Viri, ad *Examina* talia citantur: Talia *publicis* Scriptis agitantur hâc *methodo:* His *argumentis docetur* publicè, quod illi *præ aliis Sapere* velint, qui talia non pro *uno,* sed pro

distin-

distinctis habeant: Ita *probatur*, & *concluditur*, quod *distinctio* talium, sit *confusio*: Ita formatur *Responsum*, quod utrumque (in statu quæstionis *secundùm idem*) sit verum: Talibus argumentis informantur *Magistri*, ne ulterius decipiantur, atque alios decipiant: Talia sunt Themata Examinum, ad quæ iteratò publicè rapiuntur Theses docentium: Talis est incus, super quâ vapulare debent assertiones, luce meridiana magis conspicuæ. χρὴ σιγᾶν, ἢ κρέισσονα σιγῆς λέγειν.

CAP. V.

Transmissa. Brevis Repetitio. Conclusio.

TAntum jam chartæ periit, in perplexis hisce rebus, luci clariori exponendis, ut merito dubium sit, an plus ejus prodigere deceat. Sanè verò non fiet. Sufficiat] uno verbo solum indigitâsse, quod hinc inde licentiùs adhuc oberrent horum generum, quibus alibi ponitur, alibi positum denuò evertitur.

Ego pauciſſimis, & breviſſimè, repeto totius negotii τρόπους.

Cum ego Pulsus *Celeris*, in *Febribus Essentialiter* præsentis, asseverarem 1) *veritatem* 2) *Efficaciam Mechanicam* α) *Secretoriam* β) *Calorificam*: ejusque adeò 3) *Theoreticam* pensitationem, 4) *Medico-Pathologicam* tamen, commendarem: 5) ut hinc innotescat α) *Theoreticè*, *Medicè*, an *Calor* sit *ipsa Febris*, an à *materia νοσηρᾷ immediatè* pendeat: an verò ab *organismo utili*, Secretorio, solâ *necessitate consequentiæ* pendens, β) *Practicè* proinde, non pro *ipso morbo* haberi debeat?

(Ubi, cum mea *Theoria* immediatè cum *Praxi* conjuncta atque connexa sit; non potest utiquè mihi temerè everti tale solidum *fundamentum* Theoriæ, quin ipsa simul Dogmatica atquè *Rationalis Practica directio* diripiatur.)

Hæc Hypotheſis, ejusque applicatio *Pathologico-Practica*, cum abſolutè *mea* eſſet, eâque mea inter ſe mutuò *connectere* neceſſe haberem ; Neque vero (quantum in hodiernum usque diem ſciam) hâc ipſa, ullius hominis opinioni directe contrariari, vel ſuſpicarer ſolùm, nedum animo propoſitum haberem :

Ecce trahitur hæc, *mea ſolius* hucusque, ſententia, ad *Examen publicum*. Vocatur verò tota in dubium, duobus membris; Nempe (1) an *Motus ſanguinis progreſſivas auctus*, poſſit augere *inteſtinum?* (2) A *Celer* pulſus ſit *auctus* talis Motus progreſſivus ?

Ubi de *mea Theſi directè* eſt ſermo, negatur abſolutè, quod *Motus fluminum* poſſit producere *Calorem* : quamvis timidè, adhibeatur quæſtioni, verbis , *neque hanc in ſententiam* ita citò & plenariè *concedere poſſumus*, &c.

Alibi verò, in eadem tractatione, conceditur prolixè, imò ponitur, quin aſſumitur pro ſuo : Quod *Calor* non ſolum proficiſcatur *à Motu*, ſed etiam *increſcat* Motu impulſorio externo, per *Cor*, *arterias*, *fibras* muſculares : Imò, quod Calorem *efficiat* attritura ſanguinis cum tenſis, ſolidis, rigidis, *fibris* partium, -- & quidem mediante *magnâ velocitate* Motus ſanguinis *per ipſas* : Qua de cauſa pulſus *validus*, *vehemens*, *frequens* - - - & partium *ſtrictura*, -- ſub exercitatione & motu membrorum , *teſtantur* de Calore ſanguinis *majore*, &c. (Niſi quidem in voce *teſtantur* aliquid μυςηρίῳ latere debeat.)

Mox iterum , quia ego has res ad *Febris* Phænomena applico, monetur, quod hæc omnia quidem vera ſint de *ſtatu ſ. n.* In ſtatu verò *p. n.* longe aliter ſe habeant. Unde negatur mox à limine, quod ſanguis pulſu *febrili progrediatur*, - - - Tandem verò negatur planè , quod ſanguis in febre *Celeriter* impellatur, ſed ſolum *frequenter* : aut ad minimum, negatur, quod pulſus *Celer* & *frequens differant* :

Secundo examine, afferuntur longè plurimùm diſſonæ propoſitiones, (&, ſi *ex meis* monſtrari debeant, à fide alienæ imputationes tres ſequentium priores) (1) quod has differentias

tias *in Praxi perneceſſarias* eſſe urgeam, (2) illarum confuſionem *in Praxi ſummè pernitioſam*, (3) quod aſſeram, quaſi *Practicus* illum *pro abſurdo* habiturus eſſet, qui vellet hos duos pulſus, pro uno venditare. (4) Formatur iterum quæſtio, an non ſint *unum & idem* pulſus celer & frequens? (nec additur deciſio) (5) ſed an ſint *res diſtinctiſſimæ?* (6) Volvitur res, quaſi aliud agendo, eo, ut tandem concludatur, quod celer & frequens pulſus (non ſint *unum*, ſed) ſint *unà*, ſeu *conjungantur*. (7) Affertur prolixum argumentum, ab hæc re planè alienum, (8) utpote *Celeritatem* potius pulſus *præcedentem*, frequentiæ cauſam eſſe demonſtrans: (9) Interim verſantur variis τρόποις atque σχόφοις *formulæ*: *Celer ſeu* frequens, Celerem & frequentem eſſe *eundem*, & non eſſe alterum *ſine altero*. (10) Statuitur Celer inter *cardinales* pulſus: (11) Stabilitur, quod celeritas in ipſo actu pulſationis conſiſtat, frequantia non (12) *Febrilis* pulſus *eſſentia*, ponitur in frequentia: (13) Interim eſt pulſus *frequens ſine febre* (14) fit vero febrilis, ſi *vehementia* accedit; (15) Quæ videtur, aut ad minimam dubitatur, annon ſit *Celeritas*: (16) Cum tamen frequentia *non ſit ſine* celeritate ipſa: (17) *Palpitatio Cordis* conſiſtere dicitur in pulſu frequente & *languido*: (quem communiſſimè etiam audire poſſunt, non ſolùm patientes, ſed & adſtantes) &c.

Cæterum, ut ex hactenus agitatis, non arbitror diluceſcere, quod ego ille ſim, qui *præ aliis ſapere velit, aut Magiſter deceptus alios decipiens*: Ita nihilo ſecius, ſiquidem optio detur, neminem bonum Virum exiſtere ſatis ſcio, quin infinitis ſanè modis, malit *præ aliis* ſapere; quam *poſt* omnes *alios ſerò* ſapere: imò contemtim obſiſtendo, vix ſpei reſipiſcentiæ locum relinquer. Quemadmodum enim, uti ſupra quoque monitum eſt, *mutatio* priſtinæ *ſententiæ*, *in veriorem atque firmiorem*, tantum abeſt, ut ulli homini fraudi eſſe debeat, ut potius, ſi liberaliter, atque cum Studio Veritatis, data quod ajunt operâ, fiat, ingenui maximè candoris ſit τεκμήριον: Ita profectò conclamatæ ſpei eſt, non inquirendo cum circūſpectio-

ctione, imò ne leviſſimis quidē ſubſidiis adhibitis, rem aliquam, imprimis arduæ conſequentiæ, expendere, & æquo animo Veritati in illa auſcultare: ſed tamdiu contentioſe, captiosè, imò cum honoris perſonarum proculcatione, illam inſectari, donec nullum ampliùs latibulum ſuperſit; & ubi tandem fruſtrà reluctando, jugo Veritatis ſubmittenda ſit cervix, cum rei amplius non poſſit, aſſertoribus ejus, frendentem, atque frementem imminere, eosque impotenter lacerandi, omnes occaſiones ad ſe rapere, ejusque rei nullum plane finem ſibi imperare poſſe.

Quod uti à me, per Divinam gratiam, hucusque longiſſimè abfuit; Ita omnes Viri boni, DEUM timentes, proximum diligentes, boni publici, & ſtudii Medici (circà ſanitatem atque vitam hominis occupati) juſti æſtimatores, tantò minùs vitio mihi vertent, quod Dogmatibus meis ſalvandis manum tandem adhibuerim: A me verò, ſi DEUS vitam, atque ſanitatem largiatur, ſola talia, quæ juſta Examina non reformident, expectabunt.

44 Z 9.

EXCUSATIONI RESPONDENTI EXAMINI,

PULSUUM CELERIS ET FREQUENTIS

CAP. II. De Pulsu Celeri & frequenti

Dissertationis de pulsuum theoria & praxi cum placido responso opponitur

ET

Controversia omnibus peritis & doctis ad expendendum commendatur.

Literis Henckelianis.

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Cordato & ingenuo Lectori Salutem!

QVemadmodum affectuũ regimen jure meritoque ſumma eſt virtus, & quaſi fundamentum ſapientiæ humanæ; ita eorum dominium præcipuæ miſeriæ humanæ vitiorumque plurimorum fons atque origo eſt. Ipſa eruditio ſi caret affectuum humanorum gubernatione, certe Reipublicæ literariæ plus damnoſa quam ſalutaris deprehenditur. Nil pejus eſt, quam ſi intempeſtiva ambitione & iracundiæ vehementia incitatus eſt vir eruditus, ibi enim diſſidia & altercationes graviſſimæ non procul erunt, utpote talis, nil ſolidum nil rectum æſtimat, niſi quod cum ejus opinionibus, moribus atque conceptibus convenit, in quibus unice, cætera omnia carpendo & contemnendo firmitatem ac veritatem fundatam eſſe ſibi perſvadet, quo fit, ut ſi quis hiſce non applaudere, vel de iis dubitare ſeverius incipiat mox hoſtiles cum impetu inſultus experiri debeat. Talis pro lubitu & arbitrio, dictatorio & cenſorio quo-

quodam more in doctrinas, in mores, in vitas hominum invehit, ipse autem sensibilissimus ex levissima causa vel verbo intensissime offenditur, sique malevolorum stimuli vel pravæ accedant suspiciones protinus privatæ simultates, vel persvasiones de non sufficiente ab aliis æstimatione in publica odia altercationes, tectas & apertas invectivas horrendas convertuntur. Hæc est fundi humani calamitas, hi morbi sunt eruditorum qui in academiis ferme epidemii sunt. Et quando rem ex merito pensitamus, plurimorum dissidiorum & controversiarum ea est natura atque conditio, ut potissimum versentur circa res quæ vel nullius aut exigui sunt usus circa opiniones probabiles rerum à sensu remotarum, & quæ limites etiam intellectus humani plerumq; transcendunt, unde eo magis a sapientibus viris improbantur. Plures itaque ex eruditis quibus fama & animi tranquillitas cordi est, ne in odiosissimas rixas implicentur, consultius ducunt vel plane non, vel tecto saltim nomine scribere aut scripta ad publicam utilitatem elimata, meliori tempori reservare. Verũ enim vero qui in Academiis professionis causa vivunt, libere & sæpius sententiã suam dicere & profiteri circa quascunq; res tenentur, unde ex dissensione orta facilis via ac transitus ad disceptationes, ad mutuos & infestos congressus est, nisi præcipua virtus affectuum nempe regimen custodiatur, quapropter sæpius aliquis invitus & à talismodi moribus alienissimus ad rixas & scandalosas publicas disceptationes trahitur. Et quamvis à prudente multa debeant ac possint dissimulari, non poterit tamen semper fieri, ut si ad famam quæ anima docentium est, si ad doctrinam alter grassetur, silentio tunc universa transmittat.

Præ-

Præcipuum & mutuum ſocialitatis inter eruditos vinculum eſſe debet ac lex præcipua, libertas ſentiendi atque dubitandi, modeſtiæ legibus circumſcripta, quam nemo aſperis dictionibus vel invectivis turbare tenetur. Imposſibile enim eſt, ut omnes circa res maxime veroſimiles easdem alant ac foveant ſententias; inquirenda hinc ab utraque parte innocenti modo Veritas ſine alterius læſione vel injuria, multo minus ſpeciali refutatione invectivis comitata. Quantum in me fuit per Dei gratiam, quamdiu aliquid in publicum protuli, in nullius famã fui injurius, adverſus nullũ ultro verbo acerbo uſus ſum, nec unquam refutandi animum oſtendi, ſed placide ſi res & occaſio tulit, etiam diſſentientientium opiniones ventilavi, disquiſivi, examinavi, & hanc libertatem cuivis etiam conceſſi & ad huc concedo. Infelix tamen in eo fui binis jam vicibus, quod ex ſolo inſonte & innocenti diſſenſu & placida ventilatione opinionum, mihi natæ fuerint diſceptationes & quas maxime perhorreo, publicæ. Ita perpaucis diebus Vir Cl. mihi alias charus ex diſſert. ante duos annos à me habita de cauſis naturalis & præter naturalis in corpore caloris & diſſ. ante menſem de pulſuum theoria & praxi ſibi refutationem ſuæ hypotheſeos de febribus, quam in æternum non evincere poterit, mihiq; non in mentem venit, imaginatus eſt, & mox acerbitate ſtyli & nocendi animo me peculiari prolixo ſcripto ceu adverſarium oppugnandum adortus eſt. Durius equidem in principio viſum eſt iniqua talia pati ab eo, qui benevolentiæ & pacis arctiori vinculo præ aliis mihi unitus erat, & qui aliam mentem erga me vel ob non exigua benevoli animi documenta etiam ratione muneris obeundi ipſi ſatis cognita ſpirare debebat.

Præ-

Præcipuum autem quod me angebat erat, quod ſub tali noxia diſcordia publici cauſam principaliter periclitari judicarem. Enimvero me luctantem cum hiſce rebus non leviter erexit divinæ providentiæ conſideratio ſine qua nihil adverſi nobis contingere poteſt, & quod ejusmodi ſæpiuſcule præter noſtram ſpem in commodum noſtrum convertantur. Me quoque erexit improbatio hujus facti à Viris magnæ autoritatis & honoris mihi ſignificata. Maxime vero omnium mihi ſolatio fuit bonæ conſcientiæ & bonæ cauſæ teſtimonium. Nunquam enim libido inceſſit in animum meum ſpeciali vel generali refutatione alterum impugnare. Neque unquam cum ſcriberem ante duos annos diſputationem de cauſis caloris, publice viſa mihi fuit Cl. Viri ſententia, quam tenet circa pulſum frequentem vel celerem vel circa febrilem calorem, & in Diſſertatione de Pulſibus doctrinam, circa pulſum celerem & frequentem tunc ſaltim breviter tactam, limatius & enucleatius expoſui, nullum animum nullam cogitationem ad hypotheſin illam febrilem habens. Quidem non diffiteri poſſum, quod dum ante tres menſes neceſſariæ diſtinctionis inter pulſum celerem & frequentem in praxi uſus in Diſſertatione de febribus propoſitus fuit, cum annexis verbis, abſurdum fore practicis illum inculcare (Ego autem non ſingularem eſſe in priori Diſp. & alibi ſæpius in diſcurſibus monui) quod pro injuria & refutatione ego ipſe potuiſſem accipere, occaſionem ſumſerim circa hoc argumentum uberius mentem meam in Diſſ. de pulſibus explicare. Jam autem dicit Cl. vir quod ut everterem hypotheſin ejus de febrili calore ſibi ſoli propriã, quam tamen in Borelli ſcripto de motu animal. p. 337. 339. dudũ legi ubi

defendit propter pulsum vehementem & celerem circulum sangvinis in febribus esse auctum & inde calorem suscitari, me negasse eum in finem pulsum celerem & eum pro uno eodemque habuisse cũ frequenti. Jam siquis sincere & bona fide perlegit has dissertationes, dixi potius quod in febrili calore vehemens sit pulsus, adeoque non tantum celer sed etiam magnâ virium copia stipatꝰ, quod certe non facit ad oppugnandã ejus hypothesin. Dixi etiam porro, quod pulsus qui à Practicis circa lectum frequens dicitur nullus alius sit quam celer, cum frequentia de motu in se spectato proprie non dicatur, dixi quod frequentia pulsuum, id est quando plures pulsus, in pauco tempore numerantur, sit adfectio celeritatis, quia non possunt plures pauco tempore succedere pulsus nisi augeatur etiam celeritas singulorum pulsuum in systole & diastole arteriarum, quoniam ex continuorum motuum genere est pulsus & systole diastolen sine morâ excipit. Unde dixi ex frequentia pulsuũ celeritatem singulorum esse cognoscendam (ubi tamen notandũ quod celer cum vehemente non sit confundendus) & tali sensu & respectu ad certum tempus quo numerantur, pulsus celeris & frequentis denominationes coincidunt, cum alias in motu non continuo frequentia à celeritate longissime differat & usum habeat; in pulsu autem nullum. Hæc est & fuit mea sententia clarissime deducta in Cap. II. dissertat. de pulsibus, quæ quomodo ejus hypothesi de febribus contraria sit non video. Hanc evertere Cl. Vir sed frustra conatus est: verba inique captavit & contra meam mentem, quam contextus & collatio dissertationum potuisset suggerere explicuit & sic lectorem confundere tentavit. Dilucidata sunt omnia latius in dicta dissertatione. Quapropter nullius

ope-

operæ pretium amplius duxi vel ullum verbum aliud addere quam saltim ut cordato cuivis, & mediocriter versato in rebus physicis & Medicis lectori commendem ut cum Capitis IV. maxime omnium litteram G meas dissertationes attenta pensitatione invicem conferat, tunc enim futurum spero ut luculentissime quivis perspiciat, me plane non ejus adversarium fuisse. Cognoscet quoque ex toto hoc scripto Cl. Viri scopum, indolem, ejusque affectum, & quod ab ejus conatibus in concussa & salva, in quo gaudeo manserit etiam mea de calore p. n. sententia. Quibus pensitatis nihil mihi prius fuit, quam ut silentio & patientia universa in hoc scripto adversus me contenta vel directa exciperem, Pium etiam & honestum est imbecilliori hoc ingenere lubenter cedere, nec eum magis ad pejora extrema irritare. Neque invideo ejus virtutibus in docendo ibi recensitis, quæ tamen nec aliis nisi per animi malignitatem denegandæ. Ego probe conscius humanæ imbecillitatis & animo data occasione uberiorem culturam non desisto addere. Aspere etiam & me indignis dictis omnibus hisce & alibi grauiter in me directis antefero bonæ conscientiæ testimonium & famæ meritorũ apud ingenuos & bonos viros non solum hic sed alibi partæ integritatem, quæ nec à diabolo multo minus ab affectuum intemperie mihi evertetur. Quod ad me porro attinet, ego nunquam desistam per Dei gratiam qui vires serva vit & ulterius concedet, impigro ac strenuo labore sine formidine ullius periculi pergere in inqvirendis ac detegendis absconditis veritatibus & æquo animo univer-

universa mihi obtingentia excipiam nec unquam controversiæ ferram reciprocabo, neque movebor amplius illis improbis & ab omni bona mente detestandis fugillationibus & censuris non tam rerum sed honoratissimorum docentium, sed omnes injurias apud eum, qui vindicem habet oculum pie deponam. Cæterũ Deum veneror ut Diabolo qui discordiæ omnis autor, ac parens est & potens per malos homines qui talia juvant & promovent in detrimentum hominum & communis boni, efficacissime sese opponat, ipsique resistat, ut tranquillitas animis & verus amor restituatur, quo solius Dei gloria, proximique commodum in veritatis inquisitione promoveatur.

EXCUSATIONI RESPONDENTI EXAMINI,

PULSUUM CELERIS ET FREQUENTIS

CAP. II. De Pulsu Celeri & frequenti

Dissertationis de pulsuum theoria & praxi cum placido responso opponitur

ET

Controversia omnibus peritis & doctis ad expendendum commendatur.

Literis Henckelianis.

Cordato & ingenuo Lectori Salutem!

Vemadmodum affectuũ regimen jure meritoque ſumma eſt virtus, & quaſi fundamentum ſapientiæ humanæ; ita eorum dominium præcipuæ miſeriæ humanæ vitiorumque plurimorum fons atque origo eſt. Ipſa eruditio ſi caret affectuum humanorum gubernatione, certe Reipublicæ literariæ plus damnoſa quam ſalutaris deprehenditur. Nil pejus eſt, quam ſi intempeſtiva ambitione & iracundiæ vehementia incitatus eſt vir eruditus, ibi enim diſſidia & altercationes graviſſimæ non procul erunt, utpote talis, nil ſolidum nil rectum æſtimat, niſi quod cum ejus opinionibus, moribus atque conceptibus convenit, in quibus unice, cætera omnia carpendo & contemnendo firmitatem ac veritatem fundatam eſſe ſibi perſvadet, quo fit, ut ſi quis hiſce non applaudere, vel de iis dubitare ſeverius incipiat mox hoſtiles cum impetu inſultus experiri debeat. Talis pro lubitu & arbitrio, dictatorio & cenſorio quo-

quodam more in doctrinas, in mores, in vitas hominum invehit, ipse autem sensibilissimus ex levissima causa vel verbo intensissime offenditur, sique malevolorum stimuli vel pravæ accedant suspiciones protinus privatæ simultates, vel persvasiones de non sufficiente ab aliis æstimatione in publica odia altercationes, tectas & apertas invectivas horrendas convertuntur. Hæc est fundi humani calamitas, hi morbi sunt eruditorum qui in academiis ferme epidemii sunt. Et quando rem ex merito pensitamus, plurimorum dissidiorum & controversiarum ea est natura atque conditio, ut potissimum versentur circa res quæ vel nullius aut exigui sunt usus circa opiniones probabiles rerum à sensu remotarum, & quæ limites etiam intellectus humani plerumq; transcendunt, unde eo magis a sapientibus viris improbantur. Plures itaque ex eruditis quibus fama & animi tranquillitas cordi est, ne in odiosissimas rixas implicentur, consultius ducunt vel plane non, vel tecto saltim nomine scribere aut scripta ad publicam utilitatem elimata, meliori tempori reservare. Verũ enim vero qui in Academiis professionis causa vivunt, libere & sæpius sententiã suam dicere & profiteri circa quascunq; res tenentur, unde ex dissensione orta facilis via ac transitus ad disceptationes, ad mutuos & infestos congressus est, nisi præcipua virtus affectuum nempe regimen custodiatur, quapropter sæpius aliquis invitus & à talismodi moribus alienissimus ad rixas & scandalosas publicas disceptationes trahitur. Et quamvis à prudente multa debeant ac possint dissimulari, non poterit tamen semper fieri, ut si ad famam quæ anima docentium est, si ad doctrinam alter grassetur, silentio tunc universa transmittat.

Præ-

Præcipuum & mutuum ſocialitatis inter eruditos vinculum eſſe debet ac lex præcipua, libertas ſentiendi atque dubitandi, modeſtiæ legibus circumſcripta, quam nemo aſperis dictionibus vel invectivis turbare tenetur. Imposſibile enim eſt, ut omnes circa res maxime veroſimiles easdem alant ac foveant ſententias; inquirenda hinc ab utraque parte innocenti modo Veritas ſine alterius læſione vel injuria, multo minus ſpeciali refutatione invectivis comitata. Quantum in me fuit per Dei gratiam, quamdiu aliquid in publicum protuli, in nullius famã fui injurius, adverſus nullũ ultro verbo acerbo uſus ſum, nec unquam refutandi animum oſtendi, ſed placide ſi res & occaſio tulit, etiam diſſentientientium opiniones ventilavi, disquiſivi, examinavi, & hanc libertatem cuivis etiam conceſſi & ad huc concedo. Infelix tamen in eo fui binis jam vicibus, quod ex ſolo inſonte & innocenti diſſenſu & placida ventilatione opinionum, mihi natæ fuerint diſceptationes & quas maxime perhorreo, publicæ. Ita perpaucis diebus Vir Cl. mihi alias charus ex diſſert. ante duos annos à me habita de cauſis naturalis & præter naturalis in corpore caloris & diſſ. ante menſem de pulſuum theoria & praxi ſibi refutationem ſuæ hypotheſeos de febribus, quam in æternum non evincere poterit, mihiq; non in mentem venit, imaginatus eſt, & mox acerbitate ſtyli & nocendi animo me peculiari prolixo ſcripto ceu adverſarium oppugnandum adortus eſt. Durius equidem in principio viſum eſt iniqua talia pati ab eo, qui benevolentiæ & pacis arctiori vinculo præ aliis mihi unitus erat, & qui aliam mentem erga me vel ob non exigua benevoli animi documenta etiam ratione muneris obeundi ipſi ſatis cognita ſpirare debebat.

Præ-

Præcipuum autem quod me angebat erat, quod sub tali noxia discordia publici causam principaliter periclitari judicarem. Enimvero me luctantem cum hisce rebus non leviter erexit divinæ providentiæ consideratio sine qua nihil adversi nobis contingere potest, & quod ejusmodi sæpiuscule præter nostram spem in commodum nostrum convertantur. Me quoque erexit improbatio hujus facti à Viris magnæ autoritatis & honoris mihi significata. Maxime vero omnium mihi solatio fuit bonæ conscientiæ & bonæ causæ testimonium. Nunquam enim libido incesit in animum meum speciali vel generali refutatione alterum impugnare. Neque unquam cum scriberem ante duos annos disputationem de causis caloris, publice visa mihi fuit Cl. Viri sententia, quam tenet circa pulsum frequentem vel celerem vel circa febrilem calorem, & in Dissertatione de Pulsibus doctrinam, circa pulsum celerem & frequentem tunc saltim breviter tactam, limatius & enucleatius exposui, nullum animum nullam cogitationem ad hypothesin illam febrilem habens. Quidem non diffiteri possum, quod dum ante tres menses necessariæ distinctionis inter pulsum celerem & frequentem in praxi usus in Dissertatione de febribus propositus fuit, cum annexis verbis, absurdum fore practicis illum inculcare (Ego autem non singularem esse in priori Disp. & alibi sæpius in discursibus monui) quod pro injuria & refutatione ego ipse potuissem accipere, occasionem sumserim circa hoc argumentum uberius mentem meam in Diss. de pulsibus explicare. Jam autem dicit Cl. vir quod ut everterem hypothesin ejus de febrili calore sibi soli propriã, quam tamen in Borelli scripto de motu animal. p. 337. 339. dudũ legi ubi

defendit propter pulsum vehementem & celerem circulum sang vinis in febribus esse auctum & inde calorem suscitari, me negasse eum in finem pulsum celerem & eum pro uno eodemque habuisse cũ frequenti. Jam siquis sincere & bona fide perlegit has dissertationes, dixi potius quod in febrili calore vehemens sit pulsus, adeoque non tantum celer sed etiam magnâ virium copia stipatq, quod certe non facit ad oppugnandã ejus hypothesin. Dixi etiam porro, quod pulsus qui à Practicis circa lectum frequens dicitur nullus alius sit quam celer, cum frequentia de motu in se spectato proprie non dicatur, dixi quod frequentia pulsuum, id est quando plures pulsus, in pauco tempore numerantur, sit adfectio celeritatis, quia non possunt plures pauco tempore succedere pulsus nisi augeatur etiam celeritas singulorum pulsuum in systole & diastole arteriarum, quoniam ex continuorum motuum genere est pulsus & systole diastolen sine morâ excipit. Unde dixi ex frequentia pulsuũ celeritatem singulorum esse cognoscendam (ubi tamen notandũ quod celer cum vehemente non sit confundendus) & tali sensu & respectu ad certum tempus quo numerantur, pulsus celeris & frequentis denominationes coincidunt, cum alias in motu non continuo frequentia à celeritate longissime differat & usum habeat; in pulsu autem nullum. Hæc est & fuit mea sententia clarissime deducta in Cap. II. dissertat. de pulsibus, quæ quomodo ejus hypothesi de febribus contraria sit non video. Hanc evertere Cl. Vir sed frustra conatus est: verba inique captavit & contra meam mentem, quam contextus & collatio dissertationum potuisset suggerere explicuit & sic lectorem confundere tentavit. Dilucidata sunt omnia latius in dicta dissertatione. Quapropter nullius

ope-

operæ pretium amplius duxi vel ullum verbum aliud addere quam saltim ut cordato cuivis, & mediocriter versato in rebus physicis & Medicis lectori commendem ut cum Capitis IV. maxime omnium litteram G meas dissertationes attenta pensitatione invicem conferat, tunc enim futurum spero ut luculentissime quivis perspiciat, me plane non ejus adversarium fuisse. Cognoscet quoque ex toto hoc scripto Cl. Viri scopum, indolem, ejusque affectum, & quod ab ejus conatibus in concussa & salva, in quo gaudeo manserit etiam mea de calore p. n. sententia. Quibus pensitatis nihil mihi prius fuit, quam ut silentio & patientia universa in hoc scripto adversus me contenta vel directa exciperem, Pium etiam & honestum est imbecilliori hoc ingenere lubenter cedere, nec eum magis ad pejora extrema irritare. Neque invideo ejus virtutibus in docendo ibi recensitis, quæ tamen nec aliis nisi per animi malignitatem denegandæ. Ego probe conscius humanæ imbecillitatis & animo data occasione uberiorem culturam non desisto addere. Aspere etiam & me indignis dictis omnibus hisce & alibi grauiter in me directis antefero bonæ conscientiæ testimonium & famæ meritorũ apud ingenuos & bonos viros non solum hic sed alibi partæ integritatem, quæ nec à diabolo multo minus ab affectuum intemperie mihi evertetur. Quod ad me porro attinet, ego nunquam desistam per Dei gratiam qui vires servavit & ulterius concedet, impigro ac strenuo labore sine formidine ullius periculi pergere in inqvirendis ac detegendis absconditis veritatibus & æquo animo univer-

universa mihi obtingentia excipiam nec unquam controversiæ ferram reciprocabo, neque movebor amplius illis improbis & ab omni bona mente detestandis fugillationibus & censuris non tam rerum sed honoratissimorum docentium, sed omnes injurias apud eum, qui vindicem habet oculum pie deponam. Cæterũ Deum veneror ut Diabolo qui discordiæ omnis autor, ac parens, est & potens per malos homines qui talia juvant & promovent in detrimentum hominum & communis boni, efficacissime sese opponat, ipsique resistat, ut tranquillitas animis & verus amor restituatur, quo solius Dei gloria, proximique commodum in veritatis inquisitione promoveatur.

Q. D. B. V.

De

VISIONE

Disputabunt publicè

PRÆSES

M. FRANCISCUS POLCKE/

&

RESPONDENS

DANIEL WALTHER

Vratislav. Sileſ.

Ad D. 24. Septembr. Anni 1670.

Horis pomerid:

In Auditorio veteri.

Typis MICHAELIS MEYERI,

GHL TOM HEIDEN

50
2490.

Ἄνευ Ἡρῳοιμίου.

§. 1.

QVanqvam non sine graviſſimo judicio monere ſoleant *Philoſophi*, qvæſtionem de τῷ ὅτι ἐστι, an ſit res, præmittendam eſſe qvæſtioni τί ἐστι, qvid res ſit, ut ſc. prius de ipſius rei certitudine ſeu exiſtentia, qvam de ejus eſſentia ſoliciti ſimus: qvod ſi enim de illa non conſtet, nec de hâc aliqvid certi concludere poterimus: attamen nulli deſperamus, nos veniam impetraturos, ut neglecto hoc monito, nos ſtatim ad ipſam definitionem viſionis acceleremus, explicaturi ejus eſſentiam atq; qvidditatem, adeoq; non prolixè diſputemus de exiſtentia, cum eandem non niſi cœcus in dubium vocare poterit: eſſentia vero rei non meliùs cognoſcitur, qvam per definitionem, qvoniam ſecundum *Ariſtotel.* lib. 2. poſt: Analyt. cap. 3. §. 7. ὁρισμὸς ἐστι τῆς οὐσίας γνωρισμὸς.

§. II.

Definitio igitur Viſionis talis eſto: *Viſio eſt operatio animæ ſenſitivæ, qvâ ſpecies rerum viſibilium per medium diaphanum in oculum, & in ſpecie tunicam ejus retiformem recipiuntur.* In omni definitione occurrunt duo conſideranda: alterum eſt *definitum*, alterum *definitio ſtrictè ſic dicta*. Cum iis, qvæ *definitum* concernunt, ſc. Etymologiâ, Synonymiâ, & Homonymiâ hîc non multum negotii habebimus, cum non tam circa nomen, qvam circa rem varient Autores, dubiaq; moveant: proinde indignum, immò etiam fruſtraneum foret, dum neceſſitas non ſtringit, diu circa corticem verſari, cum nucem frangere liceat, nucleoq; frui ſit conceſſum. Nam *illæ* potiùs ad Grammaticos & Lexicographos ſpectant, qvorum proprium eſt, ejusmodi terminos explicare: *hæc* verò facilè exſpirat, modo cœtera attendantur, qvæ in definitione poſita. Hujus generis æqvivoca eſt acceptio termini viſionis, qvando *Zabarella* lib. 1. de viſu c. 1. eandem per aliqvam analogiam & ſimilitudinem adſcribit intellectui, qvod intueatur ac inſpiciat

ſuum objectum, qvando illud accuratè contemplatur: & *Macrob*: lib. 1. in ſomn. ſcipion: attribuit Phantaſiæ Viſionem, qvando ſibi aliqvid imaginatur in ſomno. Scriptura Sacra etiam ſæpiſſimè adſcribit DEO viſionem, qvæ tamen non proprie, ſed impropriè ei competit, cum nullum habeat organon viſus corporeum, qvoniam eſt Subſtantia Spiritualis, qvæ expers eſt omnis materiæ, corporeæq; molis: undè nec eſt explicanda more humano, ſed potius divino, juxta Theologorum Axioma: *Multa dicuntur de Deo ἀνθρωποπαθῶς, qvæ tamen ſunt intelligenda θεοπρεπῶς.* Has ambiguas uſurpationes hîc locum non poſſe habere, unusqvisq; animadvertit.

§. III.

Definitio ſtrictè ſic dicta, abſolvitur conceptu contrahibili & contrahente. Illum hoc loco dicimus eſſe operationem animæ ſenſitivæ. Qvi præcepta Logices tradunt, jubent, ut in definitionibus omne genus legitimum atq; adæqvatum ex claſſe Categoriarum deſumatur, qvæ ideo proponuntur, ut ex iisdem genera depromantur. Jam in noſtrâ definitione non opus eſt, ut demùm anxiè disqviramus, ad qvodnam prædicamentorum genus datum ſit referendum: nam ſtatim illud vel ex ipſo termino innoteſcit, dum operationem animæ ſenſitivæ nuncupamus: hinc non incommodè genus hoc in prædicamento actionis collocabimus, ſecundum qvod aliqvid dicimur agere: uti ſecundum qvantitatem dicitur aliqvid qvantum, e. gr. corpus magnum, parvum; ſecundum qvalitatem dicitur aliqvid qvale, ut poculum aureum, menſa lignea. paries albus.

§. IV.

Poſtqvam jam dictum eſt, operationem eſſe verum genus viſionis, nunc exponenda erit cauſa, â qvâ hæc actio proveniat. Hanc dicimus eſſe animam ſenſitivam, qvod non intelligendum eſt, acſi hæc eſſet proximum agens, vel proxima cauſa hujus actionis, qvæ immediatè agat, vel influat ad Subjectum aliqvod contemplandum, nec ullo alio adminiculo vel inſtrumento opus habeat in peragendâ viſione: Sed qvod ſit cauſa remota, & qvidem principalis, qvæ mediante alio inſtrumento hunc effectum producat, & in lucem edat. Anima enim cum ſit cauſa & principium omnis ſenſationis, ut qvod animal ſentiat, guſtet, audiat &c. idcirco & hâc in parte præ-

2942.

præstat, qvod sui est muneris, & contenplatur objectum: ubicunq; illa invenit instrumentum aptè dispositum ad actionem perficiendam, ibi eandem terminat, præsente hoc operatur: contra, qvando illud ipsum abest operari non potest, illamq; actionem ad ἀχμὴν perducere. Sic cum in pede deficiat instrumentum visus, oculus, qvo caput insignire voluit Natura, non potest suam actionem in effectum exerere, uti contra capiti deest organon ambulandi, qvod pedibus propriè convenit: cum vero in capite invenit organon visus legitimè dispositum, non corruptum, efficit, ut animal possit objecta contemplari: nisi organon ambulationis ab extrinseco aliqvo incommodo vel periculo impediatur, exercebit actum ambulandi, qvod inter alia innuere voluit *B. Sennertus* in Epit: Nat Scient: lib: 7. c: 1 *Qvamvis anima secundum suam essentiam in toto corpore præsens sit, tamen nusquam sensus alicujus autor est, nisi ubi habet organum: & licet eadem anima essentia, qvæ est in oculo & aure, sit etiam in pede: tamen qvia in pede, neq; videndi neq; audiendi, est instrumentum, in pede nec videt, nec audit.*

§. V.

Porrò notanter dicimus, Genus Visionis esse *operationem animæ sensitivæ*, non solius animæ rationalis, ut indicentur Subjecta, in qvibus fit visio, ne excludantur bruta, in qvibus fit visio operante animâ sensitivâ: in hominibus vero operatur visionem anima rationalis, qvæ longè excellentior est anima sensitivâ, & hujus vices gerit. Qvod si hæc abfuerit, recipiuntur qvidem in oculum Species, attamen visio fieri neqvit: nam non statim, ubi est receptio specierum, visio qvoq; adest, qvod esset absurdum, aliàs specula, glacies, crystallus, gemmæ qvædam, vitra, aqvæ, aliaq; corpora polita viderent, qvoniam receptio est tantùm passio, visio vero actio vitalis. Undè de Speculo Subtilitatum Pater *Scaliger* Exercitat: 298. dicit: *Si esset in speculo vis animæ, Speculum videret: ita paries in camerâ obscurâ, imaginum forinsecùs illatarum picturam recipit, non percipit.*

§. VI.

Vidimus hactenùs conceptum contrahibilem, pergendum nunc erit ad conceptum contrahentem, seu differentiam specificam, qvâ visio distingvitur â cœteris animæ sensitivæ operationibus, & de-

sumitur (1) *â modo*, qvo fiat visio. (2) *â Subjecto*, in quo fiat visio. (3) *ab objecto*, qvod recipitur in oculo. (4) *â medio*, per qvod transeat objectum.

§. VII.

Qvemadmodum vero plerumq; accidit, ut verum sit illud Græcorum: δύσκαλα τὰ καλὰ: difficilia qvæ pulchra: ita & hic loci obtinet: gravissimæ enim ac intricatissimæ Autorum hâc de re sunt controversiæ, qvilibet fermè suo sensu abundat, ac pro lubitu sentit, qvicqvid vult. Horum diversas sententias placet proferre brevissimis, ac postea veram sententiam subjungere, eamq; rationibus probatam dare: momenta illorum, ne brevitatis limites transgredi videamur, adducere supersedebimus.

§. VIII.

Qvod igitur attinet *I. Modum*, de hoc varii variè sentiunt. Vetustissima est sententia eorum, qvi statuunt, *visionem fieri per emissionem ex oculo*, qvi qvidem omnes in capite causæ conveniunt, differunt tamen in eo â se invicem, qvod dubitent, qvid emittatur. Sive: materiale omnes concedunt, qvod emittatur aliqvid: in formali discrepant, qvid emittatur. Etenim alii referente *Plempio* lib. 2. Ophthalmograph. c: 17. contendebant, *Spiritum ad rem videndam efferri*, qvorum Dux fuit *Chrysippo*, cum qvo faciebant *nonnulli ex secta Stoicorum*. Alii non Spiritum, nec corpus aliqvod, sed *ipsam dignoscentem vim ac facultatem ad res objectas transferri* clamitabant, non aliter, qvam Magnes incorpoream qvandam vim ex se fundit, qvâ ferrum rapit, qvod *aliis ex Stoicis* fuit proprium, vid. *Francis. Aqvilon*: lib. 1. Opt: Prop: 67. Alii *aëris adjumento, ac qvasi fulturâ vectionêve visionem fieri* dixère: verberatum enim aërem illum, qvi pupillam contingit, aspelli ad objectum, in qvo fiat basis metæ, cujus fastigium sit in ipsâ pupillâ. Alii putârunt, *effluere ex oculis radios*, qvorum ope dijudicent objecta. *Galenus* lib. 7. de decret: Hippocr: & Platon: hanc sententiam attribuit Mathematicis, qvi opticam profitentur. Aliis cum *Pythagorâ* & *Empedocle* (cujus versus Græcos hâc de re citat *Aristotel:* lib: de sensu & sensili) placuit, nos videre per luminis emissionem ad objectum, cujus reflexio fiat ad oculum, qvemadmodum pilæ ad parietem impulsæ ad manum reditus. *Plato* statuit, lucem emicare ex oculis, qvæ unà cum lumi-

2944.

lumine externi aëris conjungitur, objectum qvasi manibus prehendat, ipsumq; suo contactu visibile reddat, *Conimbricens:* l. 2. de an. c: 7. qvæst. 5. artic: 1. resultareq; ex illâ conjunctione & concursu passionem, qvæ ad animam protinùs evolet, & ipsum intùs moveat: undè in Timæo hæc verba habet, qvæ in latino idiomate ita sonant: *Itaq; cum diurnum lumen applicat se visus radio, tunc ea duo inter se similia concurrentia atq; commixta, qvæ oculorum acie diriguntur, ibi in uniusjam domestici corporis cohærent speciem; ubicunq; videlicet tàm intimi, qvam externi luminis fit concursus. Totum igitur hoc propter similitudinem, passionem eandem sortitum, cum qvid aliud tangit, vel ipsum ab alio tangitur, motum hujusmodi ad corpus omne, perq; id ad animam usq; diffundens, sensum efficit, qvi visus vocatur. At postqvam in noctem discesserit cognatus ignis, visionis radius evanescit. Nam in aërem sibi dissimilem erumpens permutatur, atq; extingvitur, cum nullam habeat cum proximo aëre, utpotè ignis splendore carente naturæ communionem.*

§. IX.

Animadvertentes nonnulli ex Philosophis recensitam de emissione sententiam calculum assensus non mereri, de aliâ & meliori, prout ipsi putabant, fuerunt soliciti; concesseruntq; qvidem emissionem, attamen non solam, sed simùl cum iteratâ receptione radiorum in oculum conjunctam, i. e. συνάγκειαν *s. coagentiam defendebant*, inter oculum & objectum, qvod utrumq; simùl ageret, ille emittendo, hoc reflectendo lumen seu radios, qvi sibi occurrant, & se mutuis qvalitatibus alterent. Huic sententiæ favet *Alhazen* lib: 1. num: 24. & à nonnullis tribuitur *Galeno*, qvem tamen absolvere conatur ab hoc errore *Aqvilon:* lib: 1. Propos. 68. ubi post alia: *qvam sententiam*, inqvit, *eò maximè complexi sunt, qvod eam Galeni esse existimarint. Verum hi mentem Galeni non sunt assecuti. Etsi enim ille Spiritum à cerebro ad universum oculum derivari, ejusq; vim in vicinum usq; aërem efferri millies dixerit, hoc tamen etiam disertè asserit, fulgorem qvidem, qvi à Spiritu manat, longè latèq; per omnem circumfusum aërem diffundi, & si ipse Spiritus septa oculi minimè prætergrediatur.* Non multùm hinc recedit *Vallesius*, dum *visionem fieri asserit*, lib: 2. Medic: controvers: c: 1. *per emissionem alicujus ab objecto in potentiam, atq; etiam à potentia in objectum, ita tamen, ut prius objectum emittat à se speciem in potentiam, potentia verò recepta*

2495.

cepta in se speciem emittat à se Spiritum visorium, videndi facultate præditum, qvo Spiritu attingente objectum fit visio, non in oculo, sed in medio, ubi Spiritus attingit objectum, in qvâ attingentia consistere dicit visionem. vid. *Anton: Ruvio* in lib: 2. Aristot. de anim: Tract: de sensu visus qvæst. 7 p. 207.

§. X.

Utraq; tamen sententia allegata jamdudum ex Scholis Aristotelicorum ejecta est, & explosa, postqvam observarunt ejus absurditatem & crudelitatem *Aristoteles*, & *Sectatores* ejus. Non igitur est, qvod qvis nobis illud obvertat, qvando *Aristoteles* in nonnullis locis & in specie lib: 2. de cœlo & mund: text: 49. dicit: εἰδὲν διαφέρει κινεῖν τὴν ὄψιν, ἢ τὸ ὁρώμενον: nihil interest, visus an id, qvod cernitur, moveatur: ubi videtur inclinare in hanc partem, visionem fieri per emissionem radiorum. Sed ad hoc nos R., eum non tàm ex sua & propria sententia ibidem locutum esse, qvam ex alienâ & communi, qvæ tum temporis fuit recepta inter Opticos, undè nec certi aliqvid definire voluisse.

§. XI.

Missis hisce falsis opinionibus, meritò amplectimur sententiam Aristotelis aliorumq; accuratiorum Philosophorum, ac dicimus, *visionem fieri solâ receptione*, qvando sc. objectū sē spargit radios, suiqve Species, oculus noster illos recipit. Hanc probamus: (1) qvia visio est actio, uti superius probatum: omnis vero actio est vel immanens, vel transiens, visio non est posterioris generis, qvæ definitur, qvod ab agente qvasi transeat in rem aliam seu in aliam materiam, in qvâ effectum suum producit, & vim suam exerit in alio. Sic qvando Sartor vestes componit, ibi non manet hæc actio in eodem agente seu subjecto, sed transit in rem aliam, in qvâ effectum suum producit, sc. in vestem. Sic calefactio ignis, fluit & transit de igne in aqvam vel aërem. Hoc modo se visio non habet: sed est actio immanens, qvæ manet in eodem subjecto, à qvo fuit excitata. Sic qvando videmus arbores, plantas, animalia, visio non fit in ipsis arboribus, sed in oculo: aliàs fieret visio extra suum subjectum, qvod est absurdum, qvoniam visio est accidens: aft nullum accidens potest existere nisi in subjecto: non fieret ibi, ubi anima & facultas, qvæ videt, sed ibi, ubi res est, seu objectum, qvod videtur: qvia nullus sensus extra suam sphæram agit. (2) qvia nullus cæterorum sen-

suum

2446.

ſuum ſive ſit externus, ſive internus ſit per emiſſionem, qvod aliqvid ex ſe emittat, ſed omnes fiunt per receptionem, recipiendo Speciem objecti. Ita nihil emittit auris, ut percipiat ſonum campanarum, tonitruum, buccinarum, ſed illam ſpeciem recipit, qvam hæc â ſe diffundunt in nubibus, vel in aëre: nec olfactus, ut percipiat ſpecies ſ. odoris ſvaviſſimi roſarum vel liliorum, ſive fœtoris putridi alicujus cadaveris: nec guſtus & tactus,, qvorum ille ſpecies ſaporis beneficio lingvæ, hic qvalitatum tactilium beneficio membranæ recipit; nec deniq; intellectus, qvi ſpecies intelligibiles recipit. Ergo & viſus non erit ignobilioris conditionis, qvam cæteri ſenſus, ſed conveniet cum ipſis in hoc tertio: Similium enim ſimilis eſt ratio. (3) qvia nulla alia cauſſa dari poterit, qvare oculus lædatur, cum ipſi obvertitur excellens aliqvod viſibile, qvod fieri ſæpiſſimè experimur, niſi defendere velimus, ſpecierum, qvæ ab objectis ſparguntur, receptionem. Qvomodo enim ejusmodi oculo, qvem non tangit ſpecies ab eo exiliens, nocere poſſet? Qvâ ratione detrimentum capere poteſt viſus, utpote qvi nihil patereturr, qvin potiùs ageret in corpus oppoſitum beneficio radiorum vel Spirituum: aſt contrarium magis veritati congruit, qvod & qvotidiana comprobat experientia, organum viſus ab excellentibus viſibilibus, qvalia ſunt radii Solares, fulgetri fulgor, & qvorundam colorum claritas non leviter debilitari ac corrumpi, immò qvod magis admirandum videtur, tanta eſt horum vis ac efficacia, ut planè poſſint homines excœcare, viſuq; ſpoliare, uti de *Regulo* Duce Romanorum memorat aureum illud Eloqventiæ flumen *Cicero* in Piſone, qvod excœcatus fuerit hoc modô à Carthaginenſibus. De *Democrito* narrat *Gellius*, qvod ſibi clypeo æreo contra Solem poſito, radiis repercuſſis oculorum aciem ademerit, ut naturæ ſecreta ſubtiliùs rimaretur. Pari modo eos, qvi ex densâ caligine carceris in domum clariſſimam juſſu *Dionyſii* Siciliæ Tyranni, calce ſplendidiſſimâ illitam educerentur, hujus aſpectu occœcatos legimus. Neq; hoc ſoli accidit viſui, qvod viſibilia per ſe ſplendida ipſum offendant, ſed & cæteri ſenſus ab excellentibus ſenſibilibus corrumpi ſolent: *læduntur* enim *aures vehementiore Bombardæ ſonitu: læditur Lingva abſinthii vel aloës amarore: læduntur nares aſæ fœtore: læditur tactus ſummo calore, ac nimio frigore. Cauſa, qvia in mediocritate conſiſtit ſenſus omnis.* vid. *B. Sperling:* loc: cit: libr:

8. cap: 3. qvæst: 3. Nolumus præterea à multis urgere, qvòd in hoc passu eadem sit ratio, qvæ in aqva, speculo, vel alio corpore polito, nihil qvidem ibi videmus egredi, videmus tamen ibi apparere species corporum ex oppositò objectorum: qvod omnis sensus sit, ubi est ejus organum: visus vero Organum est in oculo: Ergo & ejus sensus non erit extra eundem: qvod non opus fuisset tanto artificio in oculo, si non futura ibi fuisset receptio, cum & nervus hoc officium ignobiliori dato organo perficere potuisset &c. Qvoad modos allegatos in præcedentibus notamus tantùm verba *B. Rhodii*, (prolixiores enim nos esse, non permittit angustia chartæ) qvæ habet lib: 1. Optic: Prop: 42. *Qvod si emitti aliqvid admitteremus, qvid qvæso id erit? Si enim animatum, annon animabitur & medium? si inanimatum, nihil omninò conferet visui. Si corporeum, oculum exiguo absumi tempore necesse foret: Si incorporeum, oculis ceu loco contineri, aut indè moveri esset ineptum. Aut sanè qvicqvid illorum vel aliorum esset, extra se agens visus operationis fructum nullum intra se reciperet, nec actio illa esset immanens. Vel qvomodo visibile excellens destruet sensum? Qvomodo humidioris naturæ oculi semper majora conspiciunt objecta, qvam sunt?*

§. XII.

II. *Subjectum.* Qvanqvam hodiè ex viris doctoribus nemo sit, qvi de modo visionis ampliùs disputet, & emissioni faveat, sed omnes unanimi consensu pugnent pro receptione, attamen adhùc inter illos non levis est lis de Subjecto primario, in qvo fiat, visio, seu de organo proximo ac immediato, qvo anima utatur ad receptionem. Sicut enim cœterorum sensuum unusqvisq; sibi proprium postulat sensorium: ita nec visus eodem carere potest, qvod tamen ei nonnulli denegant. Qvidam volunt, *Cerebrum esse Organum visionis.* Sed hi nesciunt discrimen inter sensorium universale s. commune, & particulare seu singulare. Concedimus qvidem ambabus, qvod dicitur, manibus, cerebrum esse sensorium visionis, verum illud non est soli visui proprium seu particulare, sed omnibus sensibus commune, qvoniam illis communicat Spiritus animales, qvi in ejus substantiâ elaborantur, ac generantur *Bauhin.*

Ana-

54
2448.

Anatom: lib: 3. c. 15. tales vero operationes, qvæ uni vel alteri horum propriæ sunt, cerebro adscribi neqveunt, qvas nec peragere potest. Sic non audit species verborum colloqventium, sed auris, nec gustat res sapidas, sed lingva, nec suscipit odorum species, sed nasus vel processus mammillares, nec tangit panem, sed membrana, nec videt species coloris ac lucis, sed oculus. Cum his utramq; paginam faciunt *Avicenna* lib: 6. natural: Part: 3. c: 8. *Alhazen* lib. 1. num: 25. *Vitello* lib: 3. perspect: propos: 20. & alii, qvi simili modo, visionem non fieri in oculo, sed *potentiam visivam residere in conjunctione duorum nervorum opticorum,* ad qvam, ubi pervenerit forma visibilis recepta in humore crystallino, visionem absolvi dicunt. Fundamentum eorum potissimum hoc est, qvod omnis species ab objecto sparsa duobus videatur oculis. Si nunc in oculo compleretur visio, una res duplex appareret, non tantum in uno; sed & in altero oculo. Ast hoc non fit. Ergo demùm visio absolvitur in conjunctione duorum nervorum opticorũ. Ex qvo nunc sequitur universalis conjunctio horum duorũ nervorum in omnib, hominib, , secus si accidat, qvod non reperiatur, ex mente eorum, vel omnino nihil, qvia ibi residet potentia visiva, & sic absente hâc conjunctione, potentia visiva qvoq; aberit, vel omnia gemina videbit: ubi qvidem nolumus affirmare, qvod planè impossibilis sit conjunctio nervorum opticorum, universalitatem tamen ejus infringit experientia Anatomicæ artis, qvod nonnunqvam hi duo nervi non conjungantur, sed à cerebro ad oculos usq; divisi procedant, uti clarissimum exemplum profert *Andr. Vesalius* lib: 4. de fabric: corp: hum: cap: 4. qvi Petavii hominem dissecuit, in qvo nulla adfuit conjunctio nervorum opticorum, visui tamen viventis, nihil qvicqvam decedebat, sed omnia benè simpliciaq; cœterorum more videre solitus est.

§. XIII.

Propiùs ad rem accedere videntur, qvi *potentiam visivam* collocant *in oculo*, non in toto, sed aliqvâ ejus parte Qvænam vero hæc ipsa sit, mirum in modum fluctuant, aliis pugnantibus pro *superficie* oculi, ut *Democritus*, aliis pro *humore*, aliis pro *tunicis*, qvarum tres sunt controversæ, *Arachnoides*, qvam *Galenus* defendit, vid. *Laurent:* lib: 11.

cap: 1. *Aranea, Aqvilon.* lib: 1. Optic: prop: 27. *& Retina,* de qvâ posteà. Plurimi & celeberrimi Viri in eam transcendunt sententiam, ut dicant: *præcipuum ac principale Organum visus esse humorem crystallinum.* Ita *Aristot:* lib: 1. Histor: animal: cap: 9. lib: de sensu & sensil: cap: 2. lib: 5. de generat: animal: cap 2. *Galen:* l: 8. de usu partium cap: 6. *Conimbr:* lib: 2. de an. c: 7. q. 7. *Ruvio* loc: cit. de sens. visus c: 7. q. 8. *Bernard: Morisan:* disp: 2. ad libr. Aristot: de an: qv. 7. *Keckerman:* Syst: Phys: libr: 3. c: 20. *Joh. Magir.* in comm. Phys: l. 6. c: 7. p: 517.

§. XIV.

Enim vero, cum nonnulla obstent, qvæ nobis dubium moveant circa humorem crystallinum, qvo minùs ille possit dici subjectum visus, hâc in parte à communissimâ sententiâ paulisper recedemus, præprimis, qvoniam hîc nobis investigandum est Subjectum ultimatum & proximum visionis, non intermedium & remotum. Qvod si sermo fuerit tantum de subjecto intermedio, ipsâ lubentiâ lubentiùs largimur, illud posse humorem crystallinum dici, per qvem transeant radii visivi; ast sin de subjecto proximo qværatur, in qvo ultimatò terminetur visio, neqvaqvam possumus humorem crystallinum pro tali agnoscere, cum non sit capax recipiendi objectorum species, qvia ipsas transparere concedit, adeòqve nec compleri in eo visio potest. Primarium qvidem medium est visionis, non primarium Subjectum. Verum ergo & adæqvatum visionis Subjectum pronunciamus esse *Retinam*, seu Tunicam retiformem, vel reticularem, uti communiter solet vocari, qvanqvam *Galenus 10.* us. part. 2. & 8. us. part. 2. & post eum *Aqvapendens, Casp. Hoffmann:* & *Bauhinus* abhorreant à nomine tunicæ, qvod falsò ita cognominetur. Hinc *Bauhin:* Anat: lib: 3. c: 40. scribit: *Retina, nec substantia, nec colore membrana, nec membranæ, seu tunicæ nomen meretur: nam si ab utrôq; humore separatam exemeris & sepposueris, & in unum acervum conjeceris, videbitur tibi cerebri portio qvædam exemta & dilatata.* Nomen retinæ accepit à figura, qvod reti parvo sit similis. Constat hæc ex innumeris venulis, qvæ originem ducunt, & protrahuntur à nervo optico, qvi proximè cohæret cum ipso cerebro, per qvas Spiritus animales de-

2950.

les deferuntur ad ipsum oculum. Sine horum enim auxilio visus non potest unum præ altero discernere. Ast tales venulæ in nulla aliâ parte oculi, & in tantâ copiâ conspiciuntur. Ergo. Præterea communiter oculus comparari solet cum speculo: uti speculum est oculus artis, ita oculus est speculum naturæ. Ast in speculo repræsentantur species. Ergo & in oculo. In tali Subjecto, ubi species repræsentari debent, ante omnia necessum est, ut adsit debita opacitas. non sufficit nuda ac sola pellucidtas, qvo species in illud delapsæ possint sisti, nec transpareant. Jam in speculo adest insignis opacitas, qvam causat argentum vivum ab altera parte illitum, qvod facit, ut species in eo sistantur, aliàs enim absente hoc, non possunt recipi, qvia omne simplex vitrum in se est pellucidum, nec aliqvid repræsentare potest, uti rectissimè loqvitur Adr: Heereboord: Coll: Phys: Disp: 12. Thes: 48. *Repræsentatio rei in speculo non fit in vitro: qvia hoc Species transmitteret, sed in argento vivo, qvod species sistit, undè argento vivo ablato, nulla fit rerum repræsentatio in speculo.* Similiter & in oculo se res habet, nec ibi visio fieri potest in parte merè pellucidâ, cum in eâ species visibiles non figantur, qvalis est humor crystallinus, qvi uti est clarissimus & purissimus, ita species transmittit: sensorium enim visus suscipit species visibiles per medium non transeuntis, sed immanentis, impeditq; ne alibi transeant: sed in ea, qvæ minori cum perspicuitate majorem habeat permixtam opacitatem, qvalis est retina, qvæ eas hoc modo recipit, cum ultra retinam radii visibiles non excurrant, sed in eâ sistantur. Humor crystallinus haud absimilis esse videtur vitro foramini in camerâ obscurâ oppositio, per qvod species externæ in eandem transmittuntur, qvæ ibi sisti neqveũt, ut videantur, sed in tabula vel chartâ albâ repræsentantur: idem facit & humor crystallinus, species visibiles colligit & admittit in retinam, ubi propter opacitatem ulterius transparere neqveunt, & sic imprimuntur ac exprimuntur.

§. XV.

III. *Objectum.* Non audiendi hîc sunt Democritus, Leucippus & Epicurus, qvi tradunt, *ab objectis corporeum aliqvid resolvi & ad oculos efferri.* Ast qvidnam illud aliqvid corporeum, qvod egredi-

tur ab objecto visibili. Nonne est particula ab ipsa substantia objecti emanans, â qvo, si hujusmodi plures resolutæ fuerint, non est probabile, admodum diu salvum atqve integrum persistere posse objectum, qvin tandem tota substantia destruatur ac consumatur. E.gr. ponam nunc corpus aliqvod centum vel mille homines simùl intueri, ad singulos horum aliqvid corporei redire, utiqve facilè tota substantia hujus resolveretur ac in nihilum redigeretur. Taceo alia absurda concomitantia hanc opinionem, ut, qvod repelleretur â vento adverso, qvod non posset per magnum intervallum effundi, & alia. vid. *Piccolom:* lib: de vis. c: 17. p: 1649. Et si vel maximè concederemus, effluere ab objecto qvid corporeum, hoc tamen non potest pervenire ad oculum, qvia est materiale, cujus generis etiam est oculus; impossibilis vero est penetratio dimensionum. Sperling: l. c: lib: 1. c: 2. q: 2.

§. XVI.

Multominùs *ipsa corpora realia, & materialia ingrediuntur oculum,* ut videri qveant, qvoniam aliàs ad minimùm omne corpus visibile duplex existeret, unum qvod in oculo, alterum qvod in alio certo loco existeret, adeoqve pro numero Hominum aspectantium vel triplex, vel qvadruplex esset, cum tamen revera nonnisi unicum existat. Sicuti vero omnis sensatio fit per species ab objecto per medium in sensorium diffusas, unientes objectum cum sensu, ita qvoq; eodem modo se habere visionem qvis est, qvi dubitet? Varii variis has insigniunt nominibus, nihil tamen refert, sive eas voces imagines, idola, simulachra, spectra, formas, species visibiles, species spiritales, species intentionales, qvalitates intentionales, qvalitates spiritales &c. Non curamus adeò discrimen nominale, modo in re conveniamus. Jam qvando visionem supra ab animâ promanare diximus, qvæ non est Ens aliqvod materiatum & corporeum, sed substantia immaterialis, incorporea & spiritualis, hinc clarissimum evadit, qvod nec ipsa possit recipere sibi contrarium, sc. corporeum qvid, & materiatum, cum perpetuò detur proportio inter id, qvod recipit, & qvod recipitur. Harum Specierum existentiam qvi negare velit, manifestissimæ experientiæ ut contradicat, habet necesse.

56
2952.

cesse. Qvis enim juxta cum ignarissimis nescit, qvid accidat exspatiantibus die sereno prope aqvam vel littus, vident illi speciem tantùm sui in aqvis Sol fermè qvotidie in nostris apparet oculis, non tamen ipsum corpus Solis, sed ejus Species. Cum qvis tempore æstivo sub viridi arbore recubat, Oculi, toraqve facies & vestes ejus viridi qvasi colore imbuuntur & impinguntur, ubi non realis, sed intentionalis tantùm color adest.

§. XVII.

IV. *Medium.* Hoc conjungere debet objecta & organon visus. Non enim sufficit, ut objectum immediatè apponatur oculo, eiqj qvasi affigatur, sed requiritur, ut intercedat Spatium intersensile & sensorium, qvod nisi fiat, visio impossibiliter fieri potest. Sic si qvis veller, corpus qvoddam contemplari, idqve immediatè tangat oculi pupillam, nihil videbit. Qvi legere desiderat ea, qvæ continentur in scripto vel libro qvodam, amovet librum per certum intervallum ab oculo, contra si secus fecerit, & admoveat nimis librum oculo, præstare hoc ipsum haud potest. Qvod essentiam medii attinet, non dicimus cum *Democrito*, qvod illud debeat esse *vacuum*, nec inter cœlum & terram intercedere corp, aliqvod intermedium, ut formicâ vel muscam in cœlo hærentem videre possimus, qvem tamẽ solidissimè refutat *Aristoteles* l: 2. de An. c: 7. text: 74. nec *opacum & densum*, qvon. per ejusmodi speciebus nullus patet transitus, qvin potiùs in illo terminarentur: sed διαφανὲς, uti id Græci nominant, Latini perspicuum, translucidum, transparens, pellucidum. Hâc de re ita *B. Rhodius* Opt: *Cum visibilia moveant visum, eumq; excitent non tantum ex intervallo exiguo, sed etiam satis longinqvo, commeantibus per illud intervallum, ceu per medium qvoddam ad excludendum vacuum in naturam introductum, speciebus visibilibus ad oculum, debuit omninò medium illud inter visibilia & oculos, ne specierum effluxioni esset impedimento, perspicuum esse & pellucidum.* Perspicuorum corporum qvatuor facit classes *Alsted*: loc: cit: cap: 8. *Prima classis est cœlum, per qvod radii stellarum liberè transeunt. Et hoc inter corpora perspicua est omnium primum & subtilissimum. In secundâ classe est aër, qvi propter λεπτομερείαν subtilissimamq; partium tenuitatem non radiat, aut certè non efficaciter, undè nec oculos lacessit. Interim aër videri potest colore alieno. In tertiâ classe*

est aqva

est aqva, limpida sc. qvæ proximum ab aëre locum obtinet. In qvartâ classe sunt reliqvæ perspicuæ, qvæ sunt compacta: ut lapis specularis, vitrum, crystallus, glacies, alumen, cornu, gemmæ qvædam, humores denig; & tunicæ, è qvibus oculus est contextus. Medium igitur aptissimum visionis optimè vocemus aërem, qvi multò purior est aqvâ, objectaqve visui exactiùs ac meliùs contemplanda permittit; qvod si enim projicias in aqvã thalerum, species eqvidem ejus per aqvam, ut per medium videri poterit, attamen propter refractionem, qvam in aqvâ patitur, apparet major ac in se est. *Keckermann:* Syst: Phys: lib: 3. cap: 20.

§. XVIII.

Et hinc patet, necessariò reqviri ad visum *distantiam objecti ab organo.* Qvanta vero illa sit, exactè definiri vel determinari non potest, cum eadem pro qvantitate & pro qvalitate corporum varier, & vel major, vel minor esse contingat: major, qvando visus versatur circa objectum ingentis alicujus molis & magnitudinis, vel vehementer lucidum: minor, qvando idem fertur in minus, vel qvod non ita lucidum est: verissimum tamen est, omne objectum habere in se qvandam propriam distantiam, spatiiq; longitudinem, uti rectè monet *Vitello* lib. 4. perspect: prop: 8. ultra qvod non videtur. Omnis enim visio fit in modũ Pyramidis, cujus basis sit in objecto, vertex in oculo. Qvo remotius vero objectum est, eo longius lineas pyramidales ab eodem protrahi erit necesse ad oculum, ut ita eò acurior fiat angulus verticalis, proindè nec adeò exactè & certò videri poterit objectum. Contra qvod si hoc sit propinqvius, lineæ non protrahentur è tàm longinqvo spatio, neq; angulum acutum, sed obtusum constituent, ipsumq; objectum eò accuratiùs sub aspectum cadet.

§. XIX.

Explicata nunc definitione visionis, ad divisionem accedendum esset, ubi saltem paucis notamus, visionem non dividi respectu sui ipsius, sed saltem respectu radii visualis: qvando enim hic est simplex, visio qvoqve erit simplex, qvando compositus, visio nascitur composita: qvi vel reflexus, constituens visionem reflexam, vel refractus, refractam gignens visionem, vid. Alsted: Encycl. Opt. P. 2. c. 4. r. 2. p: 1159. a.

TANTUM.

FRANCISCUS ANTONIUS MAI,

PHILOSOPHIAE ET MEDICINAE DOCTOR,
CLINICES ET ARTIS OBSTETRICIAE PROFESSOR PUBL. ET ORDIN.
S. P. AC ELECT. BAVARO-PALATINI CONSIL. INTIM.
FACULTATIS MEDICAE H. A. DECANUS.

AD

SOLENNIS PROMOTIONIS ACTUM,

QUO
CLARISSIMUS AC EXPERTISSIMUS VIR,

FRANCISCUS XAVERIUS MOSER,

ANATOMIAE AC CHIRURGIAE PROFESSOR PUBL. ET ORD.
IN ATRIO SENATUS ACADEMICI
DOCTORATUS MEDICO-CHIRURGICI INSIGNIIS
CONDECORABITUR,

INVITAT
RECTOREM ACADEMIAE MAGNIFICUM,
ILLUSTREM PROCANCELLARIUM,
CAETEROSQUE
GRAVISSIMOS SENATORES,

PRAEMISSO PROGRAMMATE

De necessitate partus quandoque præmature vel solo manuum, vel et instrumentorum adjutorio promovendi.

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

De neceſſitate partus quandoque præmature vel ſolo manuum, vel & inſtrumentorum adjutorio promovendi.

Oportet ſane pariſini incolam eſſe climatis, ſiquis tanta temeritate ac audacia, qua pariſienſis obſtetricator SACOMBE * inflatur, omnem inſtrumentorum uſum e praxi obſtetricia, dictatorio quaſi effato, eliminare auſit.

Toti equidem terrarum orbi leges præſcribere, opinionem politicam obtrudere, regna ſubvertere, rerum ordinem perturbare. quid quod & cultum divinum, & imperii thronum conculcare, inaudito delirio gallica tentavit audàcia, fremiscens ſolummodo, ſolis, lunae, ſtellarumque motus, naturæ vegetabilis ac animalis haud potuiſſe immutare ac perturbare leges. Quis vero credidiſſet unquam, quod practicus per viginti annos obſtetricator SACOMBE, litterariæ revolutionis fanatismo correptus, artis obſtetriciæ præceptoribus paradoxam potuerit obtrudere doctrinam **, *que le grand diametre du detroit ſuperieur, & le grand diametre du detroit inferieur du baſſin ne ſont jamais vicies au point, de former un obſtacle invincible à l'accouchement de l'enfant à terme, & conſéquemment, que les inſtruments ſ'operation caeſarienne, & la ſection ſigaultienne ſont non ſeulement inutiles, mais dangereuſes & pour la mere, & pour l'enfant.* Nonne hoc aſſertum æque falſum eſt, ab experientia æque aberrans, ac ſi affirmare contenderet: calculi veſicalis volumen ut ut enorme nunquam ſuperare poſſe diametrum urethræ, nunquam ideoque neceſſariam eſſe lythotomiam. An ergo rachiticas pelvis difformitates, an oſſis ſacri, pubis, ilei exoſtoſes, nodos, tophos, atque hac ratione poſſibilem utriusque diametri nimiam anguſtiam negare auſit expertiſſimos artis obſtetriciæ magiſtros exſibilans SACOMBE? Quo-

* Obſervations medico-chirurgicales pag. 30.

** L. cit. pag. 320.

Quomodo igitur ſine inſtrumentorum adminiculo fœtum maturum bicipitem, gemellos novimeſtres, vel ſpina dorſi, vel ſterno & abdomine concretos, quomodo caput hydrocephalo interno enormi intumescens, quomodo partum extra uteri cavum latentem ſolo manus obſtetricantis miniſterio excludere preſumat imaginarius hic artis obſtetriciæ reformator? Creditne pariſienſis hic medicinæ ac chirurgiæ dictator operam æque fore levem, manubus evacuare pelvim, ac civium ſpoliare theſauros? Intolerabilis ſane eſt vanitas, ac temeritas ſagaciſſimi hujus obſtetricatoris, qua ſectatores cl. cl. LEVRET, CHAMBERLAYNE, & SIGAULT evocat, *ſe velle in vitioſiſſima pelvis conformatione ſolo manuum adminiculo promovere partum, dummodo gravida octiduo ante ultimum graviditatis terminum ſuis traderetur curis* *, *& ſi modo venaeſectio tempore graviditatis non fuerit perperam adminiſtrata.* Quid quæſo venæſectio, ſine ſufficiente licet ratione in graviditate facta, aut nocere, aut prodeſſe partui poterit, ſi ſtructura pelvis difformis invincibile opponat obſtaculum? Certe MESMERI ſomnambulo adeo paradoxum non potuiſſet incubare artis obſtetriciæ criterium. Ergone medici ac obſtetricatores pariſienſes ſibi perſuadent, ſe poſſe reipublicæ litterariæ præſcribere leges, ac despoticas obtrudere proclamationes, quemadmodum feroces Galliæ non erubuere proclamare belliduces?

Nauſeo ulteriores vanitatis exploſiones neoterici hujus carpere reformatoris, qui ſe ipſum extollens exclamat: *L'Ecrivain, qui ſe voue au bien de l'humanité, doit ſavoir faire violence à ſon caractere, & dedaigner les vaines clameurs de ſon ſiècle, les yeux toujours fixes ſur la poſterité.* Sane multum clamoris, & parum lanae!

Non equidem diffiteor, longa edoctus experientia, ſæpe ſæpius inſtrumenta in praxi obſtetricia partim nimis præmature, partim præpoſtere fuiſſe adplicata; verum enim vero tollatur abuſus, & maneat uſus. Ergone catheteris adplicatio e praxi chirurgica ideo eliminanda, ideo penitus damnanda? Quoniam non raro perperam adminiſtrabatur?

Prævia hac ſuperbientis dictatoris medici cenſura perquiramus, quantum programmatis concedunt limites, neceſſitatem partus quandoque præmature vel ſolo manuum, vel & inſtrumentorum adminiculo promovendi.

De-

* L. cit. pag. 321.

Deplorando ſane medicæ politiæ neglectu matrimonio ſubinde nectuntur ſponſae, quae non ſolum gibboſitate, ſed & manifeſta oſſium pelvis difformitate fœtui nascituro ſtragem minantur. Minor etenim muliebris pelvis diameter vel oſſis ſacri, vel crurum oſſis pubis vitio adeo ſubinde a naturali capacitate deflectit, ut vix hæmisphærium, multo minus integrum infantilis capitis volumen ſuperiorem pelvis aperturam, luctantibus utcunque partus doloribus, penetrare poſſit. Oritur exinde non raro triſtis ſatis neceſſitas, ut plures ſucceſſive partus maturi capitis volumine per terebram imminuto, excludantur; ut ſaltem matris, fœtus ſacrificio, redimatur vita. Quid in ſimili caſu remedii obſtetricatori vel ſagaciſſimo remanet, ut ſaltem probabili tentamine fœtum vivum tandem excludat genitrix prolium vitam anhelans? Nonne detecto pelvis anguſtæ nimis vitio, prægreſſis jamjam quibusdam fœtucidiis, arte procurandus foret partus præmaturus? Nonne elapſo probabiliter ſeptimo graviditatis menſe, relaxatis per balnea tepida partibus genitalibus externis, manu pelvi immiſſa, orificium uteri ſatis jam molle digitis dilatare, & velamentis per cultellum elaſticum theca tectum, tantisper incurvatum perruptis, fœtum ſeptimeſtrem, vel verſione expellere, vel ſi caput orificio uteri jam incumbat, partum naturæ relinquere oporteret? Certe ſolum hoc arti, uti opinor, remanet in vitiata pelvi remedium, terebrationi, nec non cæſareæ ſectioni ex omni parte præferendum. Nec mihi objiciat criterium, partus ſeptimeſtres ut plurimum primis a partu diebus extingui; nam melius eſt anceps, quam nullum vitæ ſalvandæ remedium. Neque adeo raræ ſunt obſervationes, quæ fœtus ſeptimeſtres, cæteroquin ſanos, adoleviſſe, viguiſſeque teſtantur. Num vero in caſu ſubſtrato, cultelli cooperti ad rumpenda fœtus velamenta neceſſitatem impugnabit pariſinum artis obſtetriciæ lumen SACOMBE? Infidelis certe & artis, & experientiæ foret hæreticus; ſi contradicendi temeritatem eousque urgere vellet.

Eadem eſt omnino partus arte accelerandi ratio, ac inſtrumenti incidentis neceſſitas, ſi infauſto naturæ generantis errore fœtus vel in ovario, vel in pelvis cavo delitescat, ac increscat. An & in hoc graviditatis caſu cultri neceſſitatem disputabit pariſinus chirurgiæ legislator SACOMBE? Forsitan feliciſſimus hic artis obſtetriciæ Genius naturae mira producenti imperabit, ut fœtus extra uteri cavum vegetans aut lapidescat, aut oſſificetur; ne cultri neceſſitas ad partum promovendum ſtabiliatur. Certe riſum teneatis, amici?

Nec minor est partus per violentam velamentorum rupturam praemature procurandi necessitas, si manifestiora symptomata fœtum in utero matris demortuum denuncient. Miror sane, doleoque, summos in arte obstetricia viros, cadavera in utero matris eousque hactenus reliquisse, donec spontaneis, saepissime nimium retardatis, uteri contractionibus expelleretur fœtus, non raro semi- vel ex integro putridus. Scrupulosa haec artis inertia multarum certe gravidarum sanitatem pessumdedit, quin plures letho tradidit matres.

Nolo hic fusiore calamo pericula depingere, quibus gravidarum exponitur salus, si vel violentia externa, vel causis internis trucidetur fœtus; squalet sane totus organismus utero in sepulcretum conversо. Flaccescunt lactis materni fabricae; horret marmoreo frigore abdomen, concidit regionis umbilicalis intumescentia, silet omnino notabilis olim fœtus motus, pondus grave premit caetera pelvis contenta, vesicam urinariam, ac intestinum rectum; uterus flaccidus cum incola suo gravitantis globi aut lapidis adinstar in unum alterumve latus volvitur, prout gravida situm in lecto permutat; omnes & animi, & corporis mire perturbantur per mortem fœtus functiones. Cur? si fatum hoc obruat gravidam septi- aut octimestrem, cur, inquam, diutius retardetur manus acu velamenta perrumpentis auxilium, donec forsitan vires vitae cadavere in utero sepulto labefactentur? Nonne & in hoc casu prudens ac necessaria est partus praematuri procuratio? Nonne acceleranda velamentorum per acum aut cultellum disruptio, antequam & placenta & fœtus in putrilaginem matri insidiosam abeant?

Eadem mihi praeplacet praematura obstetricantis auxilii activitas, si forsan ex quacunque demum causa uteri gravidi inertia in undecimum usque graviditatis mensem expultrices protraheret contractiones. Ingens enim fœtus incrementum partus vel naturalis, vel artificialis posset inducere pericula & matri, & proli funestissima.

Sufficiant haec majoris indaginis ac elaborationis digna momenta, quibus partus quandoque praemature vel solo manuum, vel instrumentorum adjutorio promovendi eruitur necessitas. Veneremur clarissimos artis obstetriciae magistros, quibus olim Parisiensis scola inclaruit. Veneremur MAURICAUUM, LEVRETUM, ROLLINUM, PETITUM, PUZOZTIUM, aliosque expertos in arte obstetricia magistros, quorum doctrinae ac experientiis

mul-

multum ſane debet ars obſtetricia. Abſit a nobis novitatis paradoxae, ac litteratae revolutionis pruritus, quo ægrotare videtur doctiſſimus caeteroquin SACOMBE. Evitemus equidem aut praematuram, aut inconſultam inſtrumentorum adplicationem, quousque vel natura, vel manus partui non impares ſunt promovendo; aſt non imprudenter negemus inſtrumentorum utilitatem, quotiescunque natura, quandoque noverca, oſſeam pelvis compagem fabricavit nimis difformem, anguſtam nimis. Accelleremus partum ſeptimeſtrem in manifeſto pelvis vitio; ſi plures jam partus maturi dira terebrae neceſſitate necandi praeceſſerint; rumpamus praemature incurvato tutoque cultello velamenta, fœtus ſiquando mortuus in uteri delitescat tumulo. Vae! ſane ſcientiis artibusque in Germania florentibus, ſi, quemadmodum pariſini legislatores in politicis, eadem temeritate litterati paradoxis ſuis opinionibus, ac oraculis Germanicae litteraturae ſe ſe vellent obtrudere, nec non triumphare dictatores.

ingenii Medicum Hilpalenſem Franciſcum Figueroam ex ſententia Franc. Rioja publico Syntagmate ratum feciſſe per ſexi operâ Viri Clariſſimi Franciſci Bernardini Ferrarii, qvi pro eximia humanitate ſua poſtremam figuerœ diſputationem ex Hilpanis curavit. Gignentia qvoq; ſive Stirpes hujus obſervantur cenſus. Apÿrtus enim Joanne Ruellio interprete de *Med. Vetet.* Armorum luxatione ait: *Fibulæ myrtea fadæ adverſis* L.1.C.2 *ordinibus trajiciendæ.* Alphonſus Nunnez contrà magnæ autoritatis vir, Regis Catholici Archiater periti ſimus, Metallum putat. Cujus opinionem viri qvidam literatiſſimi ſuadve arbitrio diſerti, Fibulæ Materiam, Formam, Uſumqve diligenter excuticentes, nec argumentis infirmiores, nec minori exemplorum copiâ, ingenioſè propugnârunt. Aliis ſententiæ dubiis tutius viſum fuit mediam ſeqvi: qvales Medici olim Hebræorum. Cuinam factioni adhærendum oſtendet Ratio, qvam formavit uſus magiſter optimus, cujus unico hic ſtandum arbitrio, Is verò à bonorum Scriptorum fide per ætates reptendus, qvos communem ſecutos Mercurium in ſtimonia citare jubet caufæ gravitas. Mirum qvidem, hujus ne nomine tenus meminiſſe Hippocratem Profeſſionis Medicæ conditorem, qvam tamen Cornel. Celſus interpres ejus & ſectator oculatiſſimus non adeò negligenter deſcripſit alicubi, qvin *L.5.C.26.* capi poſſit, ut infrà dicetur: qvanqvam is de ulmagis ſolicitus, qvàm de ipſius ratione, præcipuè offendere conatur, qvale vulnus Suturam, qvale *Meth. Me.* Fibulam poſtulet; qvem primus inter Græcos Ga- *L.3.C.poſt.* lenus pari ſtudio imitatus videtur. Credibile au-

tem eſt, ſapientiſſimum Senem cavere voluiſſe, ne dicentes nominum varietate turbarentur, qvum à Sutura, qvam Intercidam dicimus, Fibula re qvidem verâ nihil differret. Qvi enim Scriptor ſeduſus aliqvi rem præterriſſet, cujus uſus ratioqve per tot ſecula ſefe ad nos extendit, etiamſi nomen ubiq; non hæſit, qvum ei fortaſſis repugnatum eſſet. Intercâ ſilentio minimè involvendum, poſſe dubitari num apud Celſum hoc loco *Alaſcinatum* latis apte à nonnullis *diadum* explicetur. Separationem namq; eam intelligit Scriptor puriſſimus, in qva ampliùs Sutura aut Fibula non ſit locus: ut nihil dicam, *Alienum* non malè derivari ab *Alio.* Hinc prudenter Tagliaco- *Chirurg.* tius: *non minimi intereſt, numqvid, qvæ partes conjuendæ* *Curt. L.2.* *ſunt, aliqvo in loco connectantur, an ſede penitus & re-* *C.12.* *gione diſjiciantur.* Et bene, licet parum venuſtè, Bercapalia: *ſi pars non fuerit ſolaſſer ablata, ejus curatio* *In 4. F.* *eſt cum Dudura, aut Sutura.* Unio enim non foret *Aviten.* difficilis, ſi duntaxat eſſet Diductum, nempe, alià *Tr 2.C.3.* parte dependens aliâ inhærens, parte etiamnum in- *L.5.C.26.* tegrâ, & qvæ conjunctione corporis fovetur, ut eſt apud Celſum; qvi hac etiam voce ſimplicem inciſionem ſcalpello factam ſignificat. Qvâ ratione apud *L.7.C.7.* Galenum *ἀναφυὲια* expoſuit Linacer, *qvæ diductæ* *Meth. Me.* *junt;* Scribonius Largus *Partem Divulſam* appellavit. *L.13.C.4.* *Alienatum* itaqve Alteratione (ut cum Scholis lo- *Com.206.* qvar) Corruptivâ potiùs intelligendum; indicat *L.7.C.16.* alibi Celſus de Inteſtinorum vulnere: *Momento*, ait, *alienantur externo & inſueto ſpiritu circumdata.* Idqve dignoſci monet, *ſi non adhuc ſui coloris ſint, ſed in livi-*

cus, in Commentario Artis Med. Cap. 90. ſecundùm Thomam à Vega; vel Lib. 3. T. 47. ſeu T. 109. apud vetuſtiores interpretes, qvid Galeno Fibula, prorsùs ſiluit. Nec mirum, ſiqvidem Interpretis Anonymi verſio antiqviſſima hanc vocem non habet: non qvidem qvòd in Græco non exſtiterit, ſed qvòd in ea Latini ſermonis inopia, & Græci ignoratione vox Latina par Græcæ non occurreret. Neqve huic abſimilis Turiſani Monachi interpretatio, qvæ ſic habet: *Ut verò ea* (Adductio) *ſiat permanens, Superligatio conducens diſtantia, & Conſuturæ utiles ſunt.* Hinc fortaſſis ſuâ translatione eruditiſſimus Valleſius Galenum ita diſſerentem introducit: *ut autem ipſa firma ſiat alligatio adducens ea qvæ diſtant, & Vincula & Sutura proſunt.* Etſi verò bina tantùm videntur tangi præſidia, veluti Alligaturæ adminicula: qvia tamen Fibula etiam unioni confert, plenior mihi cum Doctoribus Italis Galeno addictiſſimis ubiqve retinenda videtur hæc Leoniceni interpretatio: *Ut autem hæc ipſa* (partium applicatio) *firma ac ſtabilis ſiat, & Alligatio cogens in unum qvæ diſtant, & Fibula, & Suturæ utiles ſunt.* Qvam etiam ſententiam in Commentariis expreſſit Valleſius, eo ſolùm à reliqvis diverſus, qvòd Fibulæ loco Vinculum maluerit, cæterisqve junxerit Cataplasma agglutinans. Communi huic expoſitioni favet Galenus ipſe Ligaturam expreſsè à Sutura, & Fibula ſecernens, qvando inqvit: *Vulnera per longitudinem* *Meth. Me.* *Muſculorum facta ſi à duplici initio deliges, nec Sutu-* *Lib.3.c.ult.* *ris, nec Fibulis egebis.* Qvòd verò idem Deliga- *Lib.4.c.3.* turam, & Suturam duntaxat videatur enumeraſſe, id non

aurei ex fronte in os pendentes naribus imminebant. D. Auguſtinus pariter Qvæſtionibus in Geneſin: *Mos Maurorum eſt, ut inaures etiam in naribus habeant feminæ.* Sic Hebræi in ſuis verſionibus Germanicis Judic. 8. & Prov. 25. magis ad rem fortaſſis *Nasband* appellarunt, qvam reliqvi *Stirnband.* Qva etiam ratione Talmud Hieroſolymitanum, *Tract. de* *Neſem* exponit, *aliqvid qvod ponitur ſupra naſum.* Etſi *Sabbatho* vero Rabbi Abraham Aben Esra Hiſpanus ad Gen. *Cap. 6.* 24. 22. autor etiam libri qvi dicitur Chaskuni ad eundem locum, exiſtimet naribus & auribus convenire: naribus tamen propriè, ſiqvidem hæc ornamenti genera diſtincte recenſentur. Romanorum verò Infibulationem, ceſſantibus cum ſuperſtitione veterum ſpectaculis, & mancipiis, demum ſublatam credibile eſt.

Cap. VII.

Fibulæ Chirurgicæ

ratio communis.

Superest qvæ glutinandis plagis manum poſtulat Fibula, conſtringendo nempe ſive uniendo ulceris labia, ut eſt apud Galenum; præcipuè, ubi *De Comp.* inæqvalis ipſorum ſitus, ſecus qvàm in ampla & *Med. ſec.* propè plana ſuperficie. Hujus inſignis hodiè obſcu- *Loc. Lib. 2.* ritas, qvòd ex iis forſitan ſit, qvæ à veteribus rectè *Cap 1. &* tradita atqve adminiſtrata, poſteriorum inertiâ in *Met. Med.* deſvetudinem venêre, qvæqve prorsùs deperdita, *L 3. C. 4.* ut in Chirurg. Curtor. cenſet Tagliacotius; ſeu *L. 1. C. 16.*

L. 5. C. 26. *reant; ubi medicina omnis inanis.* Quas idem Gan-
grænæ notas in Ulceribus tradidit. Eodem dicen-
Comp. 227. di modo Scribonius Largus Medicus Romanus de
Hæmorrhoidibus verba faciens, qvod vi erodentis
Medicamenti leparatum eſt, *abſcindendum* dixit; &
alienum, qvod in olle *putre vetuſtate vitii faſtum eſt*;
Comp. 201. *De Medic.* Marcellus item Burdegalenſis *ulcera abſcindenda in ve-*
Cap. 11. *tera.* Sed noſter qvoqve de Falcis verba faciens,
Cal. L. 8. *id qvod adſtrictum eſt*, inqvit, *alienatur*, & *cancro op-*
Cap. 16, *portunum eſt.* Ubi Rob. Conſtantinus plane ad Au-
L. de Artic. toris mentem cum Magno Scne *Alienatur* reddit:
L. 4. C. 19. ἀπ' αὐτῶν ἀφ' οὗ ἀφαιρεῖται, qvod Æginetæ eſt ἐκρέον,
L. 2. C. 1. Celſo *migrescere*; qvi etiam reddidit Hippocratis *me-*
& 7. *Λεπάδες, migritiem in ulceribus*; item, *in auribus, nari-*
L. 5. C. 20. *bus, obſcenis partibus*, in cole: proprius ad vim Græci
L. 6. C. 18. ſermonis forſan, qvàm recentiores, qvi *Livores* dixe-
L. 8 C. 2. runt. Hinc Rod. Gvalterus apud Julium Pollucem
& 3. τῶν μελάνων τὸ ἐκρέον, μελανόφλεγμον, bene interpreta-
L. 4. C. 24. tus, *membrum emoriens, nigreſcens.* Nicolaus Leo-
L. 5. Aph. niceus tamen *Nigrores* convertit, & Hieronymus
17. & 20. Mercurialis *Nigreſactiones*, itemqve *Denigrationes.*
Chron. Qvod neqve Aurelianus ignoravit, qvi notat à Gre-
L. 1. C. 4. cis *Necroſes* vocari, qvum partes emoriuntur. An-
De adhib. topius Benivenius itaqve Gangrænam rectè ulcus
mort. caus. nigrum appellat. Cancrum verò in vetuſtioribus
Cap. 71. Glollis ſe hoc ſignificatu deprehendiſſe Mercurialis
Var. Lect. prodit; cui præter Fallopium aſſentitur in Appen-
L. 3. C. 18. dice Locorum Communium Valleriola. Atqve in
L. 5. C. 26. hanc ſententiam accipiendus Autor noſter, qvando
de Curat. adverſus Vulnerum Inflammationem mo-
net Muſculum lætum eſſe præcidendum. *Prærupſus enim,*

enim, ait idem, *mortiferus eſt: præciſus ſanitatem reci-*
pit. Ubi enim *ſolent nihil omnia auxilia proficere, mi-*
ſerum, ſed unicum, auxilium eſt, ut cetera pars corporis
tuta ſit, membrum qvod paulatim emoritur, abſcindere,
& Galeni conſilio ad vivum usqve recidere. Secus, ut verè Ennodius, *qvi in putridis membris non utitur*
ferri medicinâ, ſerpentibus morbis præſtat obſequiâ.
Nam niſi ſecentur tabefacta contaminant. Itaqve *re-*
medii causâ qvibusdam amputantur membra, qvæ ſine
totius pernicie corporis herere non poterunt. Qvod ſa-
nè consilium ut optimum, ita venuſtè ad morum
medelam traduxit ſapiens Poëta:

— — *immedicabile vulnus* Ovid. Met. 1.
Enſe reſcindendum eſt, ne pars ſincera trahatur.

Sed hæc tanqvam in transcurſu. Mirari magis ſubit, Galenum Hippocraticæ doctrinæ vindicem unicum, neqve à Celſi ætate adeò remotum, ita hîc parcum, ut non pari diligentiâ ejus rationem literis conſignârit, qvâ Suturæ, aut ſaltem ipſam à Celſi æqvævis non tranſcripſerit, qvod paſſim in Pharmaceuticis obſervatum; niſi propter uſum promiſcuum id operæ ſuperfluum cenſuerit. Si qvid tamen hic dicendum, crediderim cum aliis operationibus Chirurgicis inde usqve ad noſtra tempora hanc qvoqve continuo uſu ſervatam; nec novum forſan eſſe Glutinationis adjumentum. Unde & Galeni Interpretes hic vel nulli, vel admodum parci, aut Celſo non ſatis intellecto ambigentes. Inter hos Italiæ Scholis à multis annis peculiariter commendatus Jacobus Forlivienſis, clariſſimus ſui temporis Medi-

Ibid. § de Cur. Gangr. Art. Cur. ad Glauc. L. 2. c. 9. Orat. 15. Sen. de Provident. cap. 3.

cus,

De Vulner. L. 1. C. 17. Inſtitut. Med. Lib. 5. Par. 1. Sect. 2. Cap. 16. Tib. Cap. 6.

potiùs, qvemadmodum poſt doctiſs. Euſtachium Rudium ſuſpicatur Cl. Daniel Sennertus ſcriptor candidiſsimus, ob neglectam plerumqve ab antiqvis Materiæ ac Formæ deſcriptionem, qvum modus uniendi per Fibulas eſſet notiſsimus. Qvod neqve ceteris utenſilibus novum, qvorū vulgaris erat uſus. Hoc modo Svetonius Chlamydem, Fibulam, Bullas item aureas, Tiberio in Sicilia à Pompeja donatas Bajis duraſſe memorat: nec de earum ratione qvidqvam addit. Atq; his qvidem rationibus, qvoniam

De Lingv. Lat. Lib. 4. Inſtit. Orat. L. 1. C. 5.

duæ apud Varronem ſunt Vocabulorum naturæ, Etymologia, & Analogia; qvarum utraqve, in primis verò Analogia, Fabio autore, acris judicii ope ſermoni rationem præſtat; non injuriâ variis hæc Fibula inſignitur appellationibus. C. Celſo Latinorum anteſignano Fibulæ nomen ubiqve placuit;

Comp. 206.

Scribonio etiam Largo, ejusdem ævi: qvod Latinus Galeni interpres ſemper retinuit. Qvi Artem Medicam ipſius explanârunt variè mutant. Valleſius

L. 3. Epiſt.

vir ſubtiliſsimus *Vinculum* dixit; qvaliter D. Hieronymus adverſus Vigilantium: *qvaſi vinculis Hippocratis volui ligare furioſum;* Item: *Hippocratis volui vinculis alligandum.* Eademqve ſignificatione poſt

Comp. 209.

Palladium de re Ruſt. L. 3. T. 13. cum Turiſano Monacho Argenterius Philoſophus & Medicus acutiſſimus

Lib. de Arbor. Cap 8.

Ligaturam; qvam Scrib. Largus alia notione nominavit *Alligaturam*, vocabulo Columellæ communi;

Not. Phryn. Ecl dict. Attic.

Hieron. Triverius *Colligationem*, Petrus Joannes Nunneſius *obligationem qvæ fit in plaga*; qvæ Phrynichio κατάδεσμος ac ἐπίδεσμος, non ἐπίδεσμος: Tacitus

Ann. L. 15.

optimè *Ligamentum*. Græcis etiam, Celſi indicio,

Ἀγκτὴς

Ἀγκτὴς vocata fuit: qvod nomen itidem Galeno

In Gal. de comp. med. S. L. Lib. 2. Cap. 1.

uſurpatum, *Fibula* Jano Cornario valet. Talis proprié videtur, qvæ vinculi ſpecie conſtringit & continet; ut Phavorino redde: Ἀγκτὴ, δεσμός; Ἄγκυ

L. 5. C. 26. Art. C. ad Glauc. L. 2.

vulneris Semicirculum qvendam ex Acia, qvem vulgò Asola, hi vero Fibulam nuncupabant; pariter & ab altero oppositio alterum conformabant: deinde utrumq; Acia adigabant, tum ut labia ita attracta ob vulneris latitudinem magnitudinemq; fortius adgarentur, tum ut facilius pertolari posset. Hujc autem ad vulneris latera Semicirculo totam inter Fibulam ac Suturam discriminis rationem adsignat ingeniosissimus Sanctorius: cujus nexum utrqve fupprefit. Eam tamen sine glutine fieri non potuisse perspicuum est, qvâ innixi poterit Galeni interpretes, qvi ad locorum ingenium materiam nactæ fuerint diversam: ut vel hinc fulpicari animus sit, non solùm decive-

Comment. Art. Med. cap 90. Par. 2. Tex. 47.

clivitudine, sed structurâ qvoqve, dubiam adeò nobis veterum Fibulam. Arabes verò Græcorum ingenijs nihil magis concessisse ea Medicinæ parte excolendâ qvæ manu curat, qvàm qvæ medicamentis, præter Medicos è prisca barbaric ipsorum affectas, abundè testantur Hebræi communi cum iis in hunc diem institutione usi. Qvorum erâ non sine causa in dubium vocari posset fides, qvum non modò divinam, sed humanam qvoqve sapientiam, variis interpolârint cogitatis: meliora tamen fvadet etiam Principibus & incorruptioris judicii Archiatris, imò universo propemodum orbi, nota plurimorum hujus factionis, qvâ scribendo, qvâ medendo, solertia & integritas. Ex horum numero binos mihi hæc meditanti produxit eximiæ vetustatis codices in membranis vetustioribus scriptos, qvos eminentissimi Principis ac Ducis de Richelieu auspicijs erudissimus vir Jacobus Gaffarellus Sigonciæ apud Gallos Abbas cum aliis earum literarum plurimis ex Pici Ducis Mirandulani reliqvijs Mantuæ prídem, & Budâ ex inferiore Pannonia non exiguo ære conqvisierat. Horum verò antiqvior alter nullum præferebat nomen. *De Veterum Instrumentis Chirurgicis* inscripsit Gaffarellus, Librorum MSS. Hebraicorum & Syro-Chaldæorum Indice proditurus brevi, qvis fuerit alterius voluminis Autor SCHEM TOV, qvod ipsi fonat *Bona fama*, aliis *Bonum nomen*, appellatione cæteris gentibus Christi cultum profitentibus cæteris cæteris, Cui operi nisi veritas initium invidisset, multis haut dubiè præfens argumentum locupletasset. Earamen qvæ in Fragmentis

Cap. IIX.

HEBRÆORUM ex mente Arabum de Fibula Chirurgica judicium.

Num hic fubdo, nec fortasis *Σκηπτοδιουχων*, vel audaciter nimis, qvod etiam ex hilce colligi poteft qvæ jam retuli, Fibulæ Formam ac Materiam non eandem utiqve omnibus fuisse Chirurgis, fed pro diverfo artificum conceptu variam; qvorum unusqvisqve commoditatis aut necessitatis causâ priorum inventioni aliqvid addidit vel detraxit. Nec fine gravissima Hippocratis auctoritate, cujus monitum eft: *τα ἐργανα πασιν ἐυκρη πεσθαι τῶν χρέων ὑπηρχειν δει. Instrumenta omnia ad usum apte comparata esse oportet.* Argumento fint Fasciæ, qvæ vel ad jucundiorem medicationis operam, vel ad locorum ingenium materiam nactæ fuerunt diversam: ut vel hinc fulpicari animus fit, non folùm

De Medica.

non fine Hippocratis exemplo factum, vel ob infreqventiorem Fibulæ usum, vel certè qvòd eam Ligaturæ nomine fuerit complexus, veluti medium duobus extremis auxilium: qvod Fabio Pacio placuisse video. Qvid si verò cum Vallesio Ligaturæ nomine acceperis Vinculum, qvod cum Fibula parum disfidet? Ea fermè videtur Turisani mens, qvi in Artem Medicam Galeni Celso consentiens ait Ligaturam & Suturam debere fieri, qvando vulnus simplex in carne, sed qvando nihil ex substantia membri deperditum. Silentii veniam meretur Hugo Senensis, qvi non ultrà L. 3. Cap. 91. ex veteri distinctione in Comm. Artis Med. Gal. progressus; pariter Joannes Manardus: Ingrassias etiam, qvi substitit in Lib. 2. T. 100. & cum eo Math. Curtius, qvi more laudabili, ad ingeniorum varietatem in Gymnasiis Italiæ recepto, dum omnia plenius dicere conatur, ultra Signorum doctrinam nihil movit præ temporis angustia, ut patet ex ipsius Commentariis, magnâ insignis Philosophi Gasparis Gabriellii curâ olim exscriptis, qvæ apud nepotem Marcum Antonium Gabriellium Patricium Patavinum D. Marci Eqvitem cum aliis servantur: de qvibus in Bibliothecis Patavinis Codicum MSS uberiùs Jacobus Philippus Thomasinus Æmoniæ Præsul, pio labore laudandus in primis qvòd condendæ Historiæ patriæ videatur omnem operam deputasse. Thaddæus autem Florentinus, & Antonius Cittadinus meris Qvæstionibus cogitationes occupârunt. Inter Medicos rudioris ævi Nicolaus Florentinus, majoris experientiæ qvàm cultus, scribit vulneri in Lacerti lon-

Sermon. 7. Tr. 4. Sum. 1. C. 48.

bus nihil eminet, dum pro vitiosæ partis habitu fuerint flexilia, utrinqve appolita vulnerum labris infensiora putârim, qvàm pinnas tereti figurâ longè molestiores; qvas nihilominus nulla doloris injuriâ diuturnior usus admisit. Ceterùm, diversas si qvis hasce opinetur formâ Fibulas, Circulus certè absq; fascia qvomodo hærebit, qvomodo etiam ligna, ostendat necesse est. Ea verò sine horum alterutro vulneri glutinando vix sufficerit. Neqve enim aliud videtur, qvàm Ligatura Simplex, ex Galeno haut dubiè ut alia pleraq; Avicennæ nota; qvæ nunc aliqvamdiu desiit. Illud memorabile, nullâ ex his necessitate confici, cutem Fibulâ semper fuisse perforatam, sed adstricta solùm vulneris labia; ut vel eò Fibulæ finis non malè censeri possit constrictio, qvum ea cutem sine transitu ad suturæ stabilitatem contineat. Inde Joannes Costæus Avicennæ Ligaturam non ab re qvidem exponit conservationem conjunctorum ulceris labiorum: ampliori tamen usu addit; sive per fascias, fibulasve, sive per Suturas, seu etiam per panni alicujus supra ulcus agglutinationem fiat. Suturæ autem Fibulam modo hîc proposito qvandoqve junctam fuisse, non parvam mihi suspicionem faciunt hæc P. Vegetii verbâ: *Non longè à pilis ab interiore parte scalpello plagam dabis in cute palpebræ, post forficibus per longum ad mensuram oculi fasciolam præcides, & impositis Fibulis consues palpebram foris versùs, ut oculus sine deformitate recipiat visum, & gratiam naturalem.* Qvin etiam societas hæc ab ipso ampliùs asseritur in hunc modum: *si jumento lingva fuerit incisa, statim cum Fibulis consuito.* Et mox:

Meth. Med. L. 4. C. 6. L. 4 Fen. 4. Tr. 1, C. 3.

Art. Veter. L. 2. C. 15.

Cap. 31.

longitudine facto. si Ligamentum incipiat ab utroq; capite, non apponi Anactiron: qvod ipse interpretatur pannum triplicatum reductum in modum plumaceoli. Ἀγκτῆρα fortasis dixisset, nisi flexu Latino ignotam sibi istius seculi vitio Græcam dictionem ex Galeno vitiare maluisset, qvàm gravissimi Autoris sententiam mutilare, cui hic presse adhæsit. Akakias simplex Galeni Paraphrastes vim vocis non attigit penitùs. Crato etiam, felicissimus trium Imperatorum Medicus, Artis Med. Gal. breviarium pertexens de suo nihil addidit. Cujus collega Julius Alexandrinus, in aliis sat prolixus, hic etiam tacet. Alphonsus Lopez item, exqvisitâ doctrinæ brevitate interpretum nemine inferior. Nec Hieronymus Rubeus, postremus qvi ad nos pervenit Celsi commentator, interdum satis diffusus, hic qvidem verbum. Sed neqve ex sua mente qvidqvam de Fibula Cæsar Magatus de rara Vulnerum deligatione. Verùm ex aliena sententia Suturam describit. Qvam, Siccam Chirurgis appellatam, veterum Fibulæ successisse docet Lud. Mercatus. Neq; ab his longè abest Vid. Vidius, dum præcisè dicit, Fibulam Vulnerariam fieri per acum ducentem filum sericum, aut ex lino. Cui subscribit Peccetius, qvando Acum & Filum ponit Suturæ ac Fibulæ instrumenta. Imò nulla Fibulæ apud nostri temporis homines mentio est, nisi ad Celsi imitationem; qvem pleriqve parum feliciter assecuti, qvòd ipsum negligentiùs inspexerint, vel ex sua sententia sint interpretati: idq; tantâ varietate, ut vix sibi constent viri etiam maximi. Qvid enim incogitan-

L. 1. C. 59.

Institut. Chirurg. L. 1. Tr. 2.

Institut. 2. Chirurg. l. 4. Cap. 1.

Chirurg. L. 2. C. 10

Hujus Libri priores, qvos de Materia & Usu Fibulæ peculiariter scriptos advocat, nisi temporum injuriâ periissent, minus fortassis mentis aciem rudis penicillus obscuraret. Qvæ omnia etsi parum ad rem, non tamen præter rem. Plures eqvidem figuræ miras fateor tenebras offundunt, sed qvas dissipabit animus perspicacior, cujus operâ ex hac difficultate non penitus deplorata emergendum. Salvâ igitur aliorum sententiâ, si qvid addivinandum, diversæ non videntur hîc delineari Fibulæ, qvamvis species districtæ; sed in unum coire omnes credo apparatum. Circulum nempe junctis plagæ oris rectè injectum binæ stringunt hinc inde utriusqve lateris, qvæ æqvales pinguntur, regulæ Diametrales ligneolæ, intervallo laterum in circulo eadem longitudine, iisqve superdanda sunt fila, sive, qvod magis placet, vincula duplici figurâ hîc delineata, qvæ uncis alteri sui extremitati ad caput, ut videtur, ansatæ innexa, non aliter qvàm in fonticulis hodiè, Fibulam optimè continebunt: & qvidem tutiùs ac jucundiùs, qvàm circulus ille Hieronymi à Ponte Chirurgi Vicentini certis rationibus eruditissimo Pacio in suis ad Galenum Commentariis parum probatus. Zonulæ sanè hujusmodi tantum tribuit instrumentorum inventione felix admodum Hieron. ab Aqvapendente, ut sententiâ non multum ab Argenterio diversâ hanc aliqvando veterum Fibulam fuerit opinatus, qvemadmodum summi ingenii judiciiqve Vir Clarissimus Joannes Dominicus Sala in Gymnasio Patavino eruditus in primis Galeni Interpres rogatus hac de re pridem retulit. Nec ligna hæc, in qvibus

Meth Med. L. 3. C. 4.

inventa candidè referam. In Partis Trigesimæ Porta (id est, Capite) XIII reparatim tres Arabum more rudiores conjiciuntur figuræ nomine Fibulæ; qvam ille vocat פיבול *pibul*, conferendine ad Latinam accedente, ob Hebræ vocis defectum. Primum verò schema hujus figuræ appellatur פיבול יהו *Galil bappibul*, puta, *Delineatio fibulæ*, Circulum reprælentat; qvem monet Autor fieri ex ferro, vel argento, non ex נחשת *Nechoshet*, id est, Ære, qvod vulneri eximiè noxium pronunciat.



Alterum, cujus vera hîc exprimitur species, nominatur פשתן *Pesbet*. Filum retortum ex lana, hve lino, Gallarei-linoßri verßone: qvam è peritioribus Hebræorum Magistris primi nominis Leoni Mutinenßi laudatam memini.



Postremum simpliciter dicitur Pibul פיבול *Mesteim sebenaim*, qvod signißcat ex duobus lignis; qvæ, Autoris ad verbum præcepto, hinc inde alligantur; cavendo, ne super vulnus nimium conßrictio fiat: qvia non pollent ejus ora pus emittere. Concors ei Incertus ille vetuliior eundem exhibet typum: cui lequentem addidit.

gitantius, pace tanti viri, hîce Argenterii verbis in Artem Galeni? *Fibularum & Antiqviores & Recentiores Medici mentionem faciunt: sed nullus, qvod meminerim, docet illarum compositionem, nec usendi modum: nec ballenus aliqvem Chirurgum vidi, qvi Fibulâ uteretur, qvod fieri Sutura & Facta fcilicet hoc opus perficere videatur. Si qvis tamen Fibulis uti velit, poterit ad commodè facere ad imitationem Fibularum, qvibus utimur ad Zonas ex corio confectas; qvomodo etiam eqvos*

Varro de Lingv. Lat. Lib. 7.

mox: *Alii posſqvam fibulas acceperint, lingvaq; vino fuerit elota, mel imponendum esse duxerunt.* Qvæ postrema, licet M. S. Viri Cl. Joan. Sambuci defuerint, si retinenda censuerint Critici; Fibulam non Suturæ instrumentum, sed proprium qvid, & Causam ut vulgò sine-qva-non, ab altera distinctè positam declarant. *Neq; enim est*, inqvit princeps eruditionis Anneus Seneca, *cur aliqvid putes ejus adjutorio fieri, sine qvo non potest fieri, sine cibo ad virtutem non pervenitur, cibus tamen ad virtutem non pertinet.* Epist. 80.
Vegetii simul loco ea lucem dabunt: qvem si qvis per sextum casum intellexerit, non minus elegantiæ sermoni accedet, qvàm veritatis; qvum vix probabile fuerit, eos qvi pecoribus ac jumentis medentur remedium malo gravius elegisse: ut frustrà Vir doctus hic putaverit Fibulas fuisse circellorum specie, qvæ certè lingvæ molestiores longè simplici Suturâ: qvam Autor innuit. Aliam verò Infibulationis rationem jam satis patefeci. Glutinum profectò Suturæ ad robur semper injiciendum præcipit Felix Vurtzius Chirurgus inter Germanos olim exercitatissimus; Plinius item Valerianus longè prius: *Si parvum vulnus est, linteum illitum impones, & colligit: qvòd si Scissura est, priùs consue, & sic impone.* Fibulam tamen & à Glutino & à Sutura modo qvodam diversam certis suo loco rationibus confeci. Ratio interim judicet, qvod peritis æqvum videbitur, qvos hic admisturos confido Galeni virisimum: *Species accommodatur, & vitiatæ partis formæ, & vitio qvo detinetur. Si verò in profundum vulnus protendatur, & Suturis & Fibulis solemus in unum*

Chir. Vul. Par. 2. c. 14.
t. 3. C. 20.
Comm. T. 2. Hip. de Offic. Med. Art. Cur. ad Glauc.

qvum & Fabricius ab Aqvapendente linteis tales è duplicato filo contorto ceraqve obducto affigendas glutine consulat; nec aliter Chirurgi Laqveatione vulnera contineant. Hamos etiam Lucius Apulejus mensæ deliciis annumerat, sine ulla Materiæ, vel Usus convenientia, à sola fortassis figura. Cujus generis apud Varronem videtur Circulus, qvi mixtâ farinâ, caseo, & aqvâ circuitum æqvabiliter fundebat. Qvalia in Commentariis ad hunc locum Turnebus Arculata veterum sacris accenset. Ideoqve nulla sub Hami nomine Metalli necessitas. Sed ex diverticulo in viam. Oratio qvippe utilitatis causâ facta est, ut vestimenta. Porrò Fibulæ, tum antiqvæ, tum nostrates, qvum omni non vacent suspicione, qvòd perpetuo dolore, inflammatione, & sanie copiosâ ex multiplici perforatione adglutinationem impediant, aut saltem protrahant, & cicatricem qvoqve deformem relinqvant; qvo etiam nomine Stephanus Gourmelenus vere monet earum usum nunc esse rarissimum; Glutinis usum, ad labiorum conjunctionem, semper tutum ac necessarium monet diligentissimus per omnia Hieronymus Fabricius, ipsumqve vinculi seu fili perrosionem prohibere: imò Cl. Sanctorius hunc ipsum Suturæ præfert. Etsi verò cum Thoma de Vega, & Fabio Pacio in gravioribus plagis majorem solutæ unitatis coagmentationem firmioremqve Suturam huic auxilio libens concedam: nolo tamen cum Petro Martyre putes Fibulam Galeni fieri ex pittaciis lineis medicamento fusè varieqve à diversis descripto infectis: qvamvis hanc qvoqve opinionem fovisse videam

Pent. Chir. L. 2. C. 5.
Metam. 10.
De Lingv. Lat. C. 4.
Chir. Art. Lib. 1. Cap. de Fibulu.
Comm. Art. Med. C. 90.
Tr. de Vulner.

bat ſuprà vulnus, vel rectè & planè, vel poſt nodum Fallopii more factum, easqve ſic conſervabat, donec vulnus ferè glutinatum eſſet. Qvam lententiam, licet paradoxam, ſecundi qvorundam eventus confirmabant. Nimirum, experientia Veterinariorum qvos venam in equo apertam viderat clavo flexibili claudere: commodior deinde harum acuum uſus, qvæ aculeorum expertes omnisqve croſionis, qvâ lævigatæ & rotundæ, ſecus ac Guidonis Fibulæ; tum majus etiam acus metallicæ robur, dummodo ea mollis; poſtea nec metallum æqvè laxari ac ſluum; nec à ſanie putreſcere; qvin refrigerare atqve adſtringere. Verùm ſenior tandem re melius penitâ in Falloppii ſententiam conceſſere maluit; Ebulam nempe ex filo inſtruendam ratus; qvòd hæc opinio ut veriſima Celſi verbis & menti ad amuſim conveniat, qvi ſolus & accuratè inter veteres Fibulam deſcripſit. Nec ſine cauſa. Utrâq; enim, & Sutura & Fibula, teſte Celſo, ſit ex Acia molli. Hæc Acum verò qvâ ratione denotabit, ſi Sutura non ſat ex Acu ſolâ, ſed ex acu & filo, diſcretè? Sin univerſè Acia ſili nomen occupat, ut fateatur omnes cujuscunqve partis affectæ, utiqve non critacus, qvæ in Sutura & Fibula tranſit. Multis autem relinqvatur Chirurgia ſilo digna tergore. Nec verò diſſiteatur ipſe Fabricius ab Aqvapendente in Hæmorrhagia à vulnere ferì vinculum, qvoties vas volſellâ aliove inſtrumento adunco apprehenſum, & ſilo nonihil intorto undiqvaqve obvolutum ſtringitur. Fibula igitur, qvâ Vinculum eſt, materiam veluti Sutura mollem habet. Addit idem, Fibulæ materiam

Inſt. Chir. L. 2. C. 4.
Chir. L. 4. Cap. 1.
Comm. Med. Me. L. 3. C. 4.
Chir. Eſſic. Par. 2. c. 125.

Fibula pertorans, ſed cum filii circumductione ex Acu & filo: cujus etiam ex aliena opinione meminit Vidus Vidius. Atqve hanc cum Fabio Pacio Hippolytus à Parma Medicus & Chirurgus Patavinus veriſimam Celſi Fibulam putat, qvòd perinde ac Sutura acu & acià ſeu filo perficiatur. Iisqi M. Aurelius Severinus eximio rerum ulu Neapoli Doctor celeberrimus planè concedit. Qvæ tamen ſi in hoc à Sutura nonnullis videatur diſcrepare, qvâ nihil proſiſtrâ ad dextras, & vice versâ retorqvendo aptabat

unum cegere. Mihi si qvid liberiùs exciderit, qvam rei difficultas postulat, excusationem merebitur. In ulteriores cogitationes excedere vetat sapientissimum Menandri Monostichum: L. 2, C. 8

Τὰ πλὰ τολμᾶν, πλ' ἁμαρτάνειν πιθ.
Audere multa, multa nos labi facit.

Cap. IX.

BARBARORUM, qvibus hos secuti, de Fibula Chirurgica Opinio expenditur.

OCcupata verò ab ingeniis Arabum postqvam à Græcis priscisq; Latinis ad Barbarorum familiam transiisset Medicinæ possessio, sincerioris jam cultus exsors; inter hos primus Guido Cauliacus in Chirurgia sua, qvam Magnam inscripsit, Suturam Incarnativam ex Galeno instituit cum *Hamis, qvi debent esse parvi secundùm membrum ab utraq; parte curvati, & infigendo in uno labio ducatur labium ad alterum labium, & in illo etiam figatur, ut faciunt retonditores pannorum.* Lanarios intellige. Huic adstipulatur Chirurgus doctissimus Joan. Tagaultius; qvem ut Galeno contrarium juxta Petrum Martyrem Oddus de Oddis taxavit meliori jure, qvàm Joan. Ammonium Agricolam, qvem Guidonis asseclam fecit. Hic enim Fibulam non describit, sed ad Galeni illustrationem solum Infibulandi modum è Celso recenset. Qvòd si fibulæ etiam mentionem fecisset, nullam certè meruisset inde notam, qvum

Tr. 3. Doct. 1, Cap. 1.

De Ulcerib.

De Let. aff. L. 6. C. 6.

de

de Vulneraria tantummodo omnis hic sit controversia. Cauliaco etiam lubscribit Janus Cornarius, qvi Ἀγκυλοτρόφῳ credit fibulis seu hamulis ferri, Fibulas verò Andreas à Cruce, magis opinione qvàm usu, describit instrumenta ferrea ab utraqve parte recurvata, hami effigiem repræsentantia, qvæ discussis partes committunt. Ab eodem fonte ef- fluxit Rob. Constantini Galli observatio, qvàm curiosè adscripsit margini Cornelii Celli, ubi Fibulas explicavit, vulgo *Happes*, *Attaches*. Æthem huic Suturæ rationem; qvam loco nuper adducto Suturam Incarnativam cum Acu vocat Guido de Cauliaco, Vesalius & alii Suturam Agglutinatoriam acu, vel pinnâ cum acu introductâ; in Puerorum labiis maximè laudatam, qvantumvis lui facculi culpâ impolitè, in hæc tamen verba accuratè exhibet Bertapalea: *Talis Sutura fit dimittendo Acus & circumcirca volvendo filum, & annodando, ut non possit dispregari, nec possit acus removeri usq; ad perfectam consolidationem, & puncta acus incidatur cum forcipula, ne puncta figatur in carne: & si vis, potes facere acus argenteas, si vis dimittere in carne, qvod erit bonum pro nobilibus & delicatis.* Vereor autem ne modus hic facilius verbis, qvàm opere exprimatur: qvamvis renovato forcipe, qvod obsolevisset, Albucasis dogmate, eam qvoqve non unâ acu, sed pluribus, pro vulneris figuratione, cum filo formâ ovali revolutis circumscripserint Tagliacotius, & Tagaultius. Hæc verò probatior qvidem Stephano Gourmelino, sed valida mihi dubis est ea, qvæ filo decussatim injecto paratur. Peccatio hic ipse Ἀγκυλοτρόφῳ est, non Hamus, nec solum Fibu-

Janus Cornarius, Com. in Gal. de tom. med. L. 2, C. 2.

Celsus. Prefat. Cap. Incis.

ratione usus potest filum esse vulneribus aptissimum, modò cerâ candidâ obductum, ne punctum laxetur, qvò firmiùs hæreat, neve promiscè perrodat. Sed formâ peculiari: qvam tamen non prodidit. Hinc Oddus de Oddis recte fatuit, qvòd ea, qvæ Hamis conficitur, Fibulæ antiqvorum plané respondeat. Sanctorius etiam ipsi adhærens merito Hamos damnat, qvod fluxiones, inflammationes, & affectus vulneri-

Comm. Art. Med. Cap. 90.

partibus Fibularum loco puncta concedit. At neq; apud Oribasium Fibulæ alia occurrit consideratio, qvàm Mechanica, eaq; clavo similis est: neq; uspiam Auri in ullo codice M. S. aut edito fit mentio. Nec qvidqvam ad rem adductus à multis Virgilii locus:

De Mach. Cap. 4.

Æn. 12.

— *laterum junctluras Fibula mordet.*

Hunc enim nemo non de Fibula Vestiaria accipiendum perspicit. Tympanum qvidem rotundam machinationem affirmat Oribasius, de Fibulæ verò Figura ne verbum qvidem. Nec tamen, qvod censet ibidem Fabricius, doloris molestia evitatur, si cuspides sursum spectarent. Vulnus enim, qvod improbat ipse, nihilominus relinqvitur laxius; utcunqve Fibula, qvod monet Rudius, labia contrahat: & Hami cujuscunqve figuræ cutem transeuntes semper sunt dolorifici; qvandoqvidem, autore Celso, *Acus toties trajecta magnam inflammationem movet, & auget:* minùs tamen, qvàm si continuò pungerent. Hæc incommoda qvum nuper eximio inter Doctores Patavinos Petro de Marchettis Chirurgiæ Professori manu ac mente promto per familiare colloqvium oggererem, ingeniosè ille suspicatus fuit, plagulis glutine oblitis fibulas sive ansulas æneas fuisse insertas, qvæ ad stabiliorem partium unionem constringebantur; nec unqvam ob dolorem exqvisitissimum Hamos carni injectos. Qvæ sanè conjectura eò mihi probatior, qvòd Franciscum Joelem consummati usus Medicum in eandem fermè de uncis opinionem communi Mercurio incidisse videam. Hamos verò si qvispiam aliàs voluerit interpretari Ansulas è filo contextas, parum peccabit; qvum

L. d.

L. 7. C. 7. & 19.

Op. med. To. 6.

Chirurgo Animadverſionibus ſecundo, qvem è recentioribus V. Cl. Rodericí Fonſecæ libris cum Celſo M.S. Venetiis habui: attamen *ita non ſimpliciter tantùm, ſed multis aliis nam parvis, hoc eſt, magnis, & transverſis, addocente Galeno, qvâ partes unit, & alterationem ab aere multum nocivam probibet, utilem* Guido judicat. Hanc verò Acu ſilum ducente admiſtrandam, peritorum inſtituto probavit uſus: qvi, ut refert *L. cit. c. 1.* ipſe, ad evitandam æruginis aſperitatem, chalybem ferro, & ad ſuſtinendum oneris robur, argento aſi; auro longè commodiorem deprehendit. Sed filum etiam lineum ſive ferinum hic poſſulant ferè omnes; idqve craſſius, vulnere profundo labiſve plurimum diſtitis: alias ſubtilius. Qvod enim in Chirurgicis Æneum deprinxerit Celeberrimus Andreas à Cruce, ſuis id ulibus reſervarum abundè patet ex iis, qvæ ex Hippocrate alibi dicta. Lineum tanè, tanqvam utilitatiſſimum ad majorem conſervationem, commodè præſert ille ferico: hoc tamen neqve minus laudatum, qvin potiori loco habitum virîs multo rerum uſu exercitatiſſimis, Nicolo Florentino, Rolando, *L. cit. C.* Michaeli Angelo Blondo, & Joanni Riolano Patriſiis V. Cl. Rodericí Fonſecæ libris cum Celſo M.S. *48. & 60.* atqve in primis cocco tinctum qvidem Joannes *L. 1. C. 10.* Fragoſus adſtringendo credit parti robur addere: *Chir. Meth.* cui Franciſcus Joel lubſragari videtur. Primus hic *Par. 5. c.* Guido Cauliacus inter Latinos à reliqvis diverſus, *2. & Chir.* Suturam Incarnativam ex Galeno, ut putat, cum *Sect. 3. c. 3.* Hamis deſcribit, qvam & Incarnativam cum Acu *Chir. Mag. Tr. 3. Doct.* appellat; Tagaultius tranſcriptor ejus paulo culti- *1. cap. 2.* tior, qvíqve hunc ad verbum ferè expreſſit magnâ fama celebritate Vcſalius, Adglutinatoriam Acu: qvo-

deam eruditiſſimos ac ſubtiliſſimos Galeni Interpretes Joan. Bapt. Montanum, & Salvum Sclanum, à qvibus neqve averſior Valleſius: qvos Clariſſimus Gaſpar Hofmannus oſtendit ſe non invitum ſeqvi. *Poſt cur.* Hi qvippe cum excuſatione potiùs audiendi, qvàm, *lib. cap.* veluti apud Argenterium aliosqve Montanus, irriſui ſint. Qvanqvam enim Sutura vel Fibulâ non cutem tantùm, ſed aliqvid etiam ex carne comprehendi oportere dum jubet Celſus, teſtis ſit ipſe *L. 7. C. 26.* locupletiſſimus non ſolum ſatis eſſe glutinum: idem tamen exiſtimarunt fortaſſis viri inſignes, qvod Veſſalius, & Tagliacotius, qvi tradunt Fibulæ *Chirurg.* jam penitùs obſoletæ Suturam Siccam, qvæ Veſſalio *Mag. L. 3.* ſimpliciter Adglutinatoria, ſucceſſiſſe. Ejusdem *Cap. 4.* animi eſt Joannes Fragoſus celebris olim inter His- *Chir. curt.* ſpanos Chirurgus, qvi rectè addit, Guidonis Hamum *L. 1. C. 16.* magis curioſum, qvàm utilem. Qvod neq; publico *Chirurg.* apud Patavinos Galeni Interpreti Dominico Salæ *L. 3. C. 2.* Viro ingenioſiſſimo diſplicere video. Ea nempe apud Veſſalium fit pittaciis ſive pannis figuræ trian- *L. cit. C. 8.* gularis, vel, qvod Franciſco Arcæo placet, qvadratæ, *De cur.* ad plagæ longitudinem glutino adſtringente, ſeu ovi *Vuln. L. 1.* albo, & cataplaſmate illitis, & partis vulneri ad latera *Cap. 7.* utrinqve labiorum admotis, qvæ vel filis ſericis validioribus ab utroq; capite impoſitis nodo, vel ſuitione, copulantur. Sic enim, dum adducuntur vulneris oræ, nec committuntur, lata cicatrix induçitur. Idem Galeni temporibus receptum fuiſſe *De Comp.* erit diſerta ipſius verba expendenti perſpicuum, Jano *med. loc.* Cornario interprete: In mediocribus capitis vul- *L. 2. C. 2.* neribus, aut qvæ omnino legitimo Medico non ha- „

eædem. Utrobiqve ſcilicet *Acus corpus tranſuit:* In *L. 5. C. 26.* Sutura, *Filum in nodum finitur*, autore Galeno; *Vin-* *Comm. 2.* *culum ex duobus linis acu trajectis conficitur*, apud Cel- *T. 8. Hipp. de* ſum. Hoc autem ſine Nodo minimè factum: qvum *Offic. Med.* ſubdat ipſe tempus ſolvendi Fibulas. Modum verò *L. 7. C. 29.* ſic tradit Nicolus Florentinus: *cùm diſſolvendi punctæ* *21. & 22.* *tempus advenerit, tunc forficibus incide filum juxta mo-* *Serm. 7. Tr.* *dum factum; deinde labia vulneris teneantur.* Veſſalius *4. Sum. 1.* aliqvantò clariùs: *Sutura fiebat ex filo, qvod conſolida-* *Cap. 48.* *to vulnere ſubjectâ ſpecilli caudâ abſcindendum, inflam-* *Chir. Mag.* *matione finitâ, & purgato vulnere, ut oras ejus cicatrix* *L. 3. C. 8.* *devinciat.* Jam verò Fibulas qvoqve incidendas & ſolvendas pari ſenſu præcipit Celſus; apud qvem fe- *L. 7. c. 19.* rè ſeptimo die Suturæ eximi debent, qvæ etiam *& 22.* qvarto tollendæ. Prudenter: ne, qvod advertit *L. ej. c. 9.* Vurzius, à ſerici corrodentis mora præter conſoli- *Chir. Vul.* dationis difficultatem cicatrix fœditate ipſo vulnere *P. 2. c. 6.* gravior evadat. Qvod ipſum ne in facie contingat, *& 9.* ſecundo etiam die Suturæ demi poterunt. Ut in pauca conferam, rei momentum in varia vulneris glutinatione conſiſtit. Suturam prætereà oris cutis *C. 7. §. De* injiciendam ait Celſus; Fibulam pariter, qvæ oras *Pilis pal-* vulneris comprehendit, qvemadmodum Sutura. *pebr. ocul.* Imò verò ſatis uno eodemqve loco ſemet explicuit *irritantib.* ipſe; qvando ingvine inciſo ait, *ipſi plagæ injiciendæ* *duæ Fibulæ ſunt:* Scroto pariter; *oræ ſcroti futuris in-* *L. 7. c. 19.* *ter ſe committendæ.* Ut non malè ad vocem Fibulæ hîc annotârit Rob. Conſtantinus Ἀγκτῆρες, *Nodi fili* *trajecti*; qvanqvam univerſum malim Suturæ appa- *Comp. 206.* ratum. Sic enim Scribonius Largus de Emplaſtro viridi Gliconis, qvod vocatur Ilis: *Jungit omnem* *partem*

qvomodo & Tagliacotius. Felix Vurtzius inter Ger- *L. 1. C. 17.* manos ſui ſeculi celebris Chirurgus *Heſi mis der na-* *De Vuln.* *del*, ac ſi diceret *Suturam cum Acu.* Hæc autem nihil *L. 1. C. 9.* habet à Fibula Celſi alienum: ut verè aſſeveret Euſtachius Rudius, Guidonem Fibulas cum Sutura *Vulner.* confundere. Qvin ea horum Præſidiorum eſt affini- *L. 1. c. 9.* tas, ut multis ſummi ingenii viris hæc Sutura ſpecie ſua, & Ἀκεστρὶς *Acus*, *Acuncula*, in Onomaſtico Latino; & Ἀκεστρὶς, *Sarcina-* *trix*; Ἀκεστρὸν, *Acuncula*, in Onomaſtico Latino-Græco apud Bonav. Vulcanium; itemqve Phavorino

„ bent opus, in qvibus qvando nuditas per se non ad-
„ est, pilos rademus, fibulisq; impositis *constringemus*,
„ ac glutinantibus experimento cognitis utemur. Et
„ mox: In qvibus vero os denudatum est, divisa mem-
„ brana calvariam ambiente, os ipsum scalpemus, &
„ per *futuræ adductionem*, tanqvam non sit denudatum,
„ curabimus. Vides ut fibulæ genus istud à Sutura
diversum? Similitudine igitur ejusmodi Adglutinantia Fibulas appellari verè monet Bapt. Montanus, qva partes divulsas earum in modum continent: minori qvidem incommodo qvàm Sutura, sine dolore, inflammatione insigni; sed minori etiam efficaciâ. Tutius tamen hoc sine ansulis præsidium, & expeditius, qvod simplici pannorum firmiter hærentium per acum & filum connexione sive futurâ non solùm distantes unit partes, sed puris effluvio minùs intricatur. Hippocratis oraculum est: Τὰ ἢν προσφερόμενα ἅπαντα μὴν χρὴ σκοπεῖν, ὅσιά ἐστιν, μᾶλλον δὲ, πλεῖστον ἐν ὁμιλεῖν μᾶλλον τῷ νοσέοντι μέρει. *Cuncta verò qvæ admoventur, utilia ut sint, studendum est, maximè si agræ parti diu inhærere debeant.*

Lib. de Medico.

CAP. X.

FIBULA Vulnerariæ Suturæ speciei.

ANimum minùs fatigat Sutura Fibulæ loco dĩu Medicis recepta, qvæ planior est, qvàm ut insignem dubitandi ansam dederit. Nam, missâ notione alia, qvâ Galeno autore ea in Fasciarum seriem

L. de Fasc.

riem conjicitur; Vulnerum oris convenientes, vel Simplex est five Una, qvæ apud Celsum unâ perforatione peragitur in cute, & proprie Sutura nominatur; vel Multiplex; eqvæ modò Continua, qvæ unico ductu à principio ad finem perficitur; modò Discreta, de puncto in punctum, qvæ Sutura per puncta & Punctatio appellatur. Atqve ex his qvamlibet filo perfici concedunt omnes, dummodo fuerit Adglutinatoria, qvæ Barbaris Incarnativa mollioris partis vulneribus propriè facit. Proinde Marianus Santtus in Examine Medico-Chirur. non inepte SUTURAM ponit *Labia vulneris reparata Acu & Filo idonei unire, ut unius lateris pars alteri parti apti cohæreat, ut cicatrix pulcra consolidatione remaneat.* Inde Statius:

L. 7. C. 13.

— — *effantes labet internectere plagas.* *Theb. 8.*

In qvem locum Lutatius: *Insuere. Metaphoram traxit à medicis, qvi solent lethalia vulnera annectere.* Plinius Valerianus optimè: *Si parvum vulnus est, linteum illitum impones, & colligit: qvod si profluvia est, prius confue, & sic impones:* Omnium perspicacissime Paulus Ægineta: *Si magnum fuerit ulcus, ut disparata omnino contrahi per deligationem non possint, juvaris primum ipsa contrahere oportet.* Eam licet molli parti delinatam tradat Hollerius, & qvidem vulneri excrescæ cutis, qvemadmodum poll Lanfrancum fugesile Milch. Blondus, præcipuqve Capitis, attollante Rogerio, fecundum latera, non in vertice, Chalmeirai præcepto; ob inflammationis metum, ut lupicatur Felix Vurtzius; fludiosè cavendo rifum, ne rumpantur fibulæ, monente Anonymo qvodam

Lib. de Bandag. Vulner. Capit.

De Vita. Var. L. 1.

um fragorum sunt refarcinatores, sic etiam Medici:
Francisco Philelpho interprete. Neqve Galenus certè veritus fuit nobilissimam cæterqvin artem medicam interpolatrici & Sartoriæ arti comparare.

ad Thras. c. 16. 26. 30. Prof. L. 1. Qu. Nat.

Ita Zeno Romani portici: *cur in numero viventium me positum esse gauderem? an ut cibos & potiones pervolarem? ut hoc corpus cauffarium ac fluidum pervinum, farcirem, & vivorem agri minuter?* Sic enim malo, auctoritate libri Britannici, non qvod vulgò,

L. 7. C. 8. & 9.

calvum, nec ut alii *farcirem*. Bene Celsus: *Tertium est, si qvid ibi cavi est, farcire.* qvi Cap. fegventiSuraam indicat. Hac ratione Dalechampius Acciian

Dipn. L. 9.

Antiphanis comœdiam apud Athenæum concinnè Sartricem feu Medicatricem vertit. Ejus generis antiqvus lapis, qvem in ruderibus ædium hac inscriptione Arcle repertum prodit Hippolitus Angelerius in libello de Antiqvitate urbis Atellinæ, cujus autographum vidimus apud amicum nostrum Illustrissimum Credarii Comitem Jacobum Zabarellam Patavinum magni Philosophi ex filio nepotem,

SAC. DIS. MAN. LUCRE
TIAE. M. L. PLACIDAE
SARCINATRICI Nc.

Cyrop. L.

rum magister Xenophon, qvando ait: ὁμοῦ γὰρτων ἀεὶ τινὰς ἀκέσεσθαι, ἅτε καὶ ἰατρούς. *Qvemadmodum amicitiarum fragorum sunt refarcinatores, sic etiam Medici:*
Francisco Philelpho interprete. Neqve Galenus

bula contentus fuit Celſus, qvando exciſo ex toto
Fibulæ callo fuadet Fibulas ſuperdandas, & medi-
camentum qvo glutinetur. Sed etiam in linu rectio
excitio fibulam oris cutis inficiendam poſtulat. Fi-
bula igitur cuti ſummæ impoſita fuit, etiam in alto
vulnere: qvale extra dubium fibulæ transverſæ.
Sed in vulnere Muſculi qvoqve transverſi Suturam
prorſus damnat Avicenna. Et verò Fibulas Suturis
junctas nimis vincire Fabricius ab Aqvapendente
loco priorem nominato animadvertit. Qvis de-
mum, mi Guido, Hamulis in capite locus? Celſus
exemtâ qvidem tota Steatomatis tunicâ jubet com-
mitti oras, fibulamqve his injici. Galenus etiam
in mediocribus Capitis Vulneribus Fibulas ulurpat;
potiſſimum, ubi non licet uti fasciis, monente
Veſſalio. Nimirum, *ubi cutis ferè ſola, & cum pauca carne ſubjecta eſt vulnerata, ut in fronte, & etiam ubi Ligatura ferè non poteſt, & cutis tur Sutura, ne ex pun-ctis ſequatur non minor qvam ex reliqva cicatrice de-formitas, ut in vulneribus facies:* qvemadmodum eruditè Salvus Sclanus in Comment. Art. Medic. annotat: ſed ex ſua opinione, qvam ſupra expendi. Galenum tamen Fibulæ nomine glutinum noluiſſe, verum

L.7. c. 7. Celſus, qvi etiam in palpebris Suturæ ſimplici alias Suturas adjicendas conſuluit; qvas omnino diſcretas paulò ante oſtendi, adeoqve nihil à Fibula diverſas? Glutino Suturam qvidem firmari notum eſt. Solum tamen ne faciei qvidem vulneribus fidere obſervat Incertus ſcriptor ante laudatus, qvòd ſuperficie tenus duntaxat fanet. Ideoqve Fibulam is poſtulat, qvam acu & filo confecit. Solâ pariter Fibula contentus fuit Celſus, qvando exciſo ex toto Fibulæ callo fuadet Fibulas ſuperdandas, & medi-

L.7. c.4.

verum Suturam ex mente Celſi, qvando ſic de Capitis Vulnere ſcribit: δεῖ κεῖσθαι πᾶσι κοπτοῖς κατὰ ἀφύλλιστον ὁμοίως, σφαιρικῶς ἀπτομένους τῆς χρήσεως τῶν ἐλάσεων, *convenit uti glutinantibus & inflammationem arcentibus medicamentis, oris ulceris fibulâ prius commissuris*; perſvadet Ægineta cum Actio, qvorum uterqj addiſciſſimus doctrinæ Galeni, qvam ipſe hac in parte Apollonio ingenuè reddidit, Suturam in Steatomate impravit. Horum ſententiam cum Fabricio ab Aqvapendente probavit accuratus juxta & ingenioſus vir M. Aurel. Severinus Neapoli primarius Anat. & Chirurgiæ Profeſſor. Et qvomodo maxima ſui mollities, pro Fibula poſt Celſum à Galeno deſiderata, cum Hamis ſubſiſtet? Suturam igitur eam à Veterum Chirurgorum Fibula Vulneraria parum diſtare, tum deinum abundè planum erit, ſimulatqve licuerit aliorum de Fibula nodum expedire.

Lib. 2. de Comp. Med. Sec. C. 1.

Tetrab. 4. Serm. 3. C. 8. L. Cap. 36.

Cap. XI.

Recentiorum qvorundam de Fibula Chirurgica fundamentum excutitur.

Hercules qvidem ille nexu difficilior non eſt, qvamvis primo aſpectu facis implicitus. Fibula quippe prilcis indifferenter Vinculum erat Metallicum. Factor. Sed qvæ Machinis conſtruendis inventa. Neqve hæc tamen ſemper talis: verum, & lignea, & cannabina, ut non minori ſimplicitate efficacia, Vulnerariam pariter lignea aut

Doctr. 3. Tr. 3. Cap. 2. Chirurg. Cap. 13. L. 7. c. 21.

gerius. Eumqve eſſe verum ejusmodi locutionis ſenſum monſtrat apertè Celſus, qvando ex duobus linis acu trajectis Vinculum adfert. Qvod ipſum puriſſimi ſermonis Autori verè *injectum*, alibi ſatis ſuperqve probatum fuit. Linum autem *Mordere* non usqve abſurdum; qvamvis non fuerit acutum atqve ex metallo conflatum: ſiqvidem Columella etiam cavendum præcipit, ne vinculum incidat, & truncum ſtrangulet: qvod tamen vimineum erat.

L. 4. c. 26.

cap. 29. Vimen autem, qvum inaruit, penetrat, & inſecat corticem. Inde Palladius Rutilius optimè: *Ligatura in vitibus locum debet mutare, ne unum ſemper aſſiduitas conterat vinculorum.* Et clariùs: *novellam mollibus vinculis alligemus, Qvia eam teneram vincula duriora præcidunt.* Item: *Palmites ad arborem non duro vimine ligentur, ne eos vinculum recidat, aut atterat.*

De re ruſt. L. 1. Tit. 6. L. 4. Tit. 7 L. 3. Tit. 3.

L. 7. c. 7. Inde Celſus verè ſcribit, lini capita paulatim ſecando excidere. Nec etiam Poëtis Fibulam Veſtiariam, à noſtro ſenſu longiſſimè remotam, deſcribentibus aliud ſanè hac voce qvam complexum arctiorem Translatione paulò remotiori elegantiùs & ſignatiùs demonſtrare libuit. Mordere qvippe Fibulam cum Divino Poëta finxit Naſo; horumqve exemplo Symmachus:

Æn. 12. Meth. 8. L. 1. Ep. 1. L. 2. Num. 2.

At mihi caſtrenſem qvòd mordet fibula veſtem.

Et Corippus:

Aurea junctûras morſu præſtrinxit adunco
Fibula. —

Ecloga. 7. Cui perſimile Calphurnii:

— *mihi ſordes,*
Pullaq; paupertas, & adunco Fibula morſu
Obfuerant.

partem diviſam, & Fibulis arctatam; præcipuè cùm Inteſtina prolapſa, & repoſita ſunt, atq; ſartum vulnus, qvod à Græcis dicitur παρραφία, nimirum ῥάφη παρὰ τὰ περιεμένης, vulnerati ventris connexio. Hæc tamen Sutura penitus à Fibula non videtur aliena; etiamſi præcepto Celſi iisdem filis iisdemq; acubus fuerit continua. Fibula nempe ſi laxiore nominis uſu, ob communem uniendi rationem, apud Largum cujuscunqve partis diviſioni, qvidni ventris etiam, convenit? Si tamen propriè conſideretur Fibula, Suturæ Interciſæ forma æqvali punctorum diſtantiâ ejus cum Fibula Veſtiaria ſimilitudinem non parum illuſtrat. Qvod enim fibula longâ ſerie veſtem commiſit, omnis vetuſtatis certiſſimus autor Homerus indicat:

Cam. utr. Ling. Comm. 348. L. 7. C. 16.

Od. σ.

Ἀντινόῳ μὲν ἔνεικε μέγαν περικαλλέα πέπλον
Ποικίλον, ἐνδ' ἄρ ἔσαν περόναι δυοκαίδεκα, πᾶσαι
Χρύσειαι, κλῃῖσιν ἐυγνάμπτοις ἀραρυῖαι.
Antinoo qvidem portavit magnam perpulcram veſtem
Variam, intus autem erant fibulæ duodecim, omnes
Aureæ, junctûris benè flexibilibus congruentes.

Σκληρὸν Durum ac renitens propriè opponitur: qvorum utrumqve vino commune eſt. Qvaliter Maro *molliſſima vina* dixit: & Lyricorum Princeps *Molle merum*. Græcorum forſan exemplo: Inter qvos Ariſtoteli μαλακὸς οἶνος pariterqve Theophraſto, qvod Theodorus Gaza ſine Danielis Heinſii viri clariſſimi cenſura *vinum molle* vertit; qvemadmodum & doctiſſimus Joannes Saracenus οἶνος ἁπαλὸς, interpreti vulgari *Vinum novum* in Dioſcoride; uterqve Palladium ſeqvutus, qvi & *levius* appellat: niſi, qvod omnino ſuſpicor, legendum fuerit *lenius*. Qvo modo Plinius Valerianus *molli igne coqvere*? *molliq; igniculo incaleſcere*: &, *ſuper carbones molles imponere*, hoc eſt, *lento igne*: vel, *ſuper lentos carbones*. Immo Celſus *Vinum lene* ad malagma ſumit. Parum verò intereſt, ſive cum Levino Torrentio viro præclaro *Maturum* hic intelligas, ſeu cum Celſo *Lene ac defecatum*, ex mente Servii; qvâ notione apud Hippocratem οἶνος μαλακὸς *vinum molle*, *qvod ad aqvam proximè accedit*, idem qvod Erotiano poſt Dioſcoridem ἁπαλὸς, cui in Athenæo ac Theophraſto σκληρὸς opponitur. Columellæ *Vinum durius*, fortè Palladio & *ſolidius*. Simile huic eſt Ἁπαλὸν, *Tenerum*, ſeu *Molle*. Qvod Celſus ovis adſignavit: qvanqvam clariſſimus vir Petrus Victorius Pinelli conſilio vocem hanc expungendam moneat. Recentia ſine dubio is voluit, ſicut Caſtaneas Virgilio molles è Nonio Marcello notavit Joannes Pierius Valerianus, & utroqve prior Macrobius. Qvâ ſermonis formâ Celſus cibis acribus molles, nempe mites, ac lenes opponit; *hiemes* Columella *molles* dicit, ut

Varro tempeſtatem. Senectutem qvoqve Romanæ cloqventiæ parens eleganter ait mollem & jucundam; Martialis *Nomen nobile*, *molle*, *delicatum*; Vocem, qvæ exilis eſt, Hippocrates molliem pronunciat, ut aſperam, qvæ dura. Abſit verò Celſum autorem gravitatiſſimum credamus unqvam idem repetere, aut verba innovare; qvum apalis mox addat mollia; cademqve voce uſi fuerint Scribonius Largus, Plinius Valerianus, Cælius Aurelianus, Marcellus Empiricus, Apicius, Octavius Horatianus, atqve inter recentiores Gariopontus. Sed propriùs ad rem. Ferrum cqvidem molle plumboqve vicinum rotarum ulibus aptum ex Iſidoro didici. Hoc tamen qvantumvis ductile ex facili in ſila attenuetur, nunqvam metalliçæ ſubſtantiæ cum lentore duritiem exuit; ſed tale ceſſetur comparari, non aliter qvàm Cellio Agrippa *durus*, imitatione Hippocratis, *qvæ tardè purgeſcit & blanda Dura*, qvæ aliter eidem aſperrima dicitur, cùmſi ea fatis liqvida, qvum nempe materiæ cæſeus dulcis innatet, Columellæ experimento, nec ut doctiſſimo Mercuriali vilum ad ſolem indurerit; qvæqve Scribonio Largo recens exigitur, & manifeſtè potabilis indicatur. Qvocirca irrito conatu Acia Filum cliçitur Metalliçum; qvia Metallum, vel propriè formam, vel ab igne, vel ſuâ naturâ molle, ſeu regulare eſt; qvod Claudius Salmaſius crudiè poſt Iſidorum & Plinio in regulas aut *in ſolia*. clavos *Ductile*, id eſt, lentum ac flexile exponit. Enimverò qvemadmodum Poëtæ

Comp.104.
L.5.C.12.
Chiron.
De Med. L.2.C.7.
De re rust. L.9. Ep.12.
Epist. 2.

= *mollitum in ſila metallum*: Æn. 3.

obſervet Togam vel Pallium proprie imponi, dum ſupra ceteras veſtes injicitur. Erudità etiam defide-ratur à nonnullis veteres Mechanicarum Artium libri, qvi Aciam ſtum qvodvis metallicum, pro-priſſimè autem ferreum, fint prodituri. Antqvio-res enim Grammatici vix id tacuiſſent, aut omiſ-ſent; noſtræ nec minus memoriæ literatores, qvi minima qvæqj alicujus uſus, potiſſimum circa No-mium rationes, diligenter enucleârunt. Horum profectò diligentiæ Bironis, Heronis, Pappi, aliorumq; iſtarum literarum indicium debemus; inter qvos Athenæum qvondam à Gruterο & nuper Meurſi promiſſum ab hercdibus eſſagitamus. *Foſſium* Ex-ſpectatum verò hujus cum Bitone ac Herone con-ſpectum præbuit Illuſtriſſimi Antonii Grimanni libe-raliras, qvi hiſce libris olim ſumtibus Dominici Gri-manni Cardinalis elegantiſſimè ſcriptis, eruditiſſimq virum Thomam Bartholinum eo munere dignum Venetiis ornavit, hæc ad curas ſecundas qvum re-vocarem. Nihil tamen pro ea ſententia in vetuſtis-ſimis Vaticanæ aut Mediolanenſis Bibliothecæ libris hactenus vifum. Si qvid autem eruditorum labori hic relictum, id à Cl. Salmaſio procul dubio exſpe-ctandum, cui jam plenus eruditorum fenatus raro noſtri ævi exemplo ambiqvam in-genii judicioqve palmam decrevit,

Cap.

qvent. Qvamvis enim non abnuam, *Torqvere* non ſolùm idem eſſe qvod *Rotare* ac *Trahere* juxta Virgilianum:

Ferrum alii torqvent, & obumbrant aëthera telis. Æn. 12.

Unde apud Ammianum Marcellinum *Balliſtarum* Lib. 19. *ſonatores*, & *Tormentum*. Sed & *Inflectere* atqvc *Curvare*; vclut in eo Virgilii:

— *Taxi torqventur in arcus.* Georg. 2. v. 448.

Ex qvo *Tortilia* ac *Tortuoſa* Lucio Apulejo *Flexilia*. Id tamen verbum vorticibus proprium innuit Poëtarum doctiſſimus:

— *illam ter fluctus ibidem* Æn. 1.
Torqvet agens circum, & rapidus vorat æqvore vortex.

Nec peculiarem in Chirurgia locum, ſed commu-nem aliis, obtinere hanc vocem, abundè patefacit Statius de Parthenopæo, qvi ſe ad curſum præparat: Theb. 6.

— *torto cblamydem diffibulat auro.*

hoc eſt, flexo ad reſtrandi commoditatem auro fi-bulæ, chlamydem cnodat & exluat. Qui conformis Sidonii Apollinaris

— — *torto fibula dente.*

Dens autem clavus eſt, & qvidqvid tenet aut nectit, notante ad Cirin eruditiſſimo interprete Friderico Taubmanno. Qvâ vi Tibullus per Synecdochen Partis pro Toto Clavem innuens, L. 1, El. 2.

— *reſerat fixo dente puella fores.*

Aurum verò *tortum* qvid Statio, non usqve clarum, Nunqvid, ut apud Græcorum Poëtarum Principem: Il 18. v. 401.

natione paulò ante præceperat: debere aliqvid ex carne comprehendi. Tortuoſas autem Fiſtulas flexasqve ſi qvando Celſus ob curvaturam Rectis oppoſuerit; qvi Acia inflexa & Metallica inde conficitur, ut non Tortam potiùs implexam dixerim, qvo pacto Virgilius Funes tortos, vel Scribonius Largus *Linteum intortum*, & Celſus ipſe *Papyrum intortam?* Eam ſanè ſignificationem de Filo ubiqve retinuere etiam incultiores Chirurgiæ Doctores, inprimis Leonardus Bertapalea, qvi jubet Chirurgum ipſum, ne ſit nimis tortum, filum deſtorqvere; qvod Plinio eſt *Retorqvere*. Ejusmodi verò filum Nicolaus Florentinus barbarè qvidem, ſignificanter tamen, *Cordoſum* vocat; nempe, reſtis inſtar ex diverſis filis ita contortum, ut capreolum repræſentet. Hinc Peccetius Celſi illud, *Acia non nimis torta*, explicat, *duplicata*; & Fabricius ab Aqvapendente Aciam intelligit Filum ex duplicato lino intortum. Appoſitiſſimè de venefica Petronius: *Illa de ſinu licium protulit varii coloris filis intortum, cervicemqve vinxit meam.* Atq; hoc modo Vitruvii intelliguntur *Nervi torti*, & *Funis nervinus* Vegetii; qvem alter ille manifeſtiùs dixit *è nervo tortum*, Ammianus Marcellinus *multiplicem chordam nervorum tortilium* appellavit. Verùm, & Celſus ipſe in Ramice, qvam Græci Κιρσοκήλην appellant, venas ſcroti conglomeratas dixit intortas: qvando ſcilicet, ut ipſius utar verbis, plures inter ſe involvuntur. Albucaſis eleganti Metaphorâ vocavit *Ramicem cum vite*, qvam ipſe venam involutam, groſſam, plenam ſuperfluitatibus Melancholicis definit. Ceterùm, filo aureo vel plumbeo Peritonæi proceſſum intercipiente Herniam noſtro ſeculo aptè curari, adhuc dubium eſt. Aureo id à nonnullis tentatum ſcio: num plumbeo, ambigere licet, qvòd nimis molle longo temporis tractu vix oneri reſiſtit. At ſine dubio parum etiam feliciter aureo; qvòd membranæ iſtius productione fili duritie attritâ, ſeu, qvod Paræus advertit, ob virgulam malè complicatam, dum ruptâ futurâ ſolvuntur inteſtina, non rarò recidiva cum vitæ diſcrimine attrahatur. Hinc Lithotomi tandem ad Linum tortum recurrere fido uſu tutiſſimum deprehenderunt. At ſolidorum corporum longè alia ratio eſt. Qvo nomine Hippocrates Cous interprete Vidio, præcipit *dentes inter ſe ligandos auro potiſſimùm, vel certè lino, donec oſſa maxillæ conformentur.* Apertiùs noſter ille Romanus: *ſi ex ictu vel alio caſu aliqvi labant dentes, auro cum his qvi benè hærent vinciendi ſunt.* Vetuſtiſſimam conſvetudinem indicat Lex Regia: *Quoi auro dentes vincti ieſunt, aſt im cum illo Sepelire, & urere, ſe fraude eſto.* Mihi etiam ſubmonere liceat, ob virus cavendum ab ære, cæterisqve deficientibus, ὲπ ἀσηπεσίαν, *qvòd*, maximi Senis judicio, *minimè putreſcat*, tutiorem fore ſetam eqvinam ab Æginetа propoſitam. De cujus uſu ad Vet. M. S. Florentini fidem ita Celſus: *Si transverſa maxilla fracta eſt, ſub qva caſu ferè dens ſuper proximum dentem excidit: ubi ea in ſuam ſedem collocata eſt, duo proximi dentes; aut ſi hi labent, ulteriores inter ſe ſetâ deligandi ſunt.* Speciatim Hippocrates ἱππείην τριχὰ appellavit, id eſt, *Setam eqvinam*, ut elegantiùs veterum Latinorum exemplo Foeſius, qvàm Cornarius, qvi *pilum eqvinum*

Æn. 4. Comp. 43. L. 5. C. 28.

Tract. 2. C. 8 in 4. Fin Av. Ser. 7. Tr. 1. Sum. 1. C. 55.

Arch. L. 10. C. 15. De re mil. L. 4. C. 9. Lib. 23. L. 7. C. 18.

Chir. P. 2. Cap. 64.

De Art. Com. 2. T. 25. L. 7. C. 12.

L. 6. C. 92. L. 8. C. 7.

Τῇσι παρ' εἰνάετες χάλκευον δαίδαλα πολλά,
πόρπας τε, γναμπτάς θ' ἕλικας, καλυκάς τε, καὶ ὅρμους.

Ubi Spondanus:

Apud istas per novennium fabricavi artificiosa multa
Fibulasq; tortilesq; armillas, fistulasq; & torqves.

Homeri verba licentiùs transtulit Eoban. Hessus:

— qvas apud arte meâ fabrilibus armis
Plurima confeci flabella, monilia, bullas.

Camerarius *ἕλικας Torqves* convertit. Qvid etiam hoc loco ἕλικες valdè obscurum. Neqve enim diligens cæteroqvin Interpres Eustathius de his aliud, (Iλ, μ.) qvàm qvod ἕλιξ, ἀπὸ τοῦ ἑλίσσω, volvo, vitium sit anulus seu capreolus: τὸ λεπτόνατον οἷά τι νῆμα, ᾧ δράττεται ὅπη καὶ χρεία, τῶν περιπτυσσομένων, qvibus non dissimile qvidpiam in qvadam Fibula apparet. Ecqvid enim helici in ipsa alioqvi simile? Ac licet vox ista Græcis (L. 2.C.8 & L. 11. C. 2.) nativa, Columellæ tamen scriptori satis Latino *Elices* idem sunt qvod Colliqviæ & *Collicia* Plinio, sive sulci aqvarii, per qvos aqva collecta è liris ducitur; (L. 12. Tit. 7. De re rust.) Unde Palladio *Deductoria* vocantur; Catoni *Inciles*, & *Incilia*, pariter Festo, cui & *Incillæ*, qvod Hermo- (Cap. 155.) lao Barbaro in Glossemat. Plinian. jure suspectum, (L. 5. C 49.) Columellæ *Incilia*; qva etiam ratione legendum puto in Glossarii M.S. fragmento apud G. Barthium Adversf. Lib. 28. Cap. 19. ubi scriptum *Incilla*; etiamsi Passeratius, contra omnia exemplaria conjecturâ satis probabili, *Inlices* sive *Illices* scribendum putet. Nec aliter consuisse credo hujus Glossarii autorem, in qvo perperam librarii vitio *Julices*, *ranales*. Rectius *Inlices*, *canales*. Columellam verò loco primum

mum laudato tuetur etiam Homeri Scholiastes: ἕλιξ ἀπλῶς, στροφή, ὅθεν ὀρθὸς τάχας εἶρα ὕδατος ἢ καμπτῆρος. Verùm Poetam optimè explicare videtur Hesychius, apud qvem Ἕλικες, ἢ ἐνώπια, ἢ ψέλλια, ἢ δακτύλιοι· *vel inaures, vel armillæ, vel anuli*. Effugium itaqve non usqve tutum Aciæ Celsi qværitur, qvando *non nimis torta* putatur non nimis implexa & in gyrum rotata. Etsi enim hæc significatio vera; certum tamen est, Accidens commune distinctam non inferre Materiam, veluti partem rei essentialem. Audiatur, si libet, in contrarium mirabilis Mutationum Autor: (Ov. Met. 1.)

— cava buccina sumitur illi
Tortilis in latum, qva turbine crescit ab imo.

Neqve enim Chirurgi peritiæ à vetustate sive usu decorum fuerit, aut vulnerati patientiæ tolerandum, aciæ extrema in summo juncta digitorum tortu in opere ipso implicari. Fabricii ab Aqvapendente juvenile hoc erat inventum, qvod maturiori ætate damnavit. De qvo verè Metrodorus: τὸ νέον ἅπαν θερμόν. (Stob. Serm. 50.) Ast ea de re ne verbum Celsus, qvi jubet capita fili deligare; torqvere, qvod viderim, nunqvam. Neq; is Acum, sed Aciam, postulat mollem. Minùs, qvod ei qvidam imputant, talem in Fibula voluit, ubi Acia crassior, qvàm in Sutura. Utrobiqve nimirum eam simpliciter requirit, etiamsi Fibula vulneri magis hianti conveniat. Sententiæ ipsius magis adversatur, qvod opinantur qvidam, Aciam non nimis tortam esse, qvæ non penitiùs in cuticulam inseritur. Qvasi verò sui parum memor (L. 5. C. 26.) artifex jam prohibuisset, qvod in vulnerum glutinatio-

(L. 1. C. 9. v. 6.) *num* reddidit; qvamvis & Gualthero τρίχες ἵππειαι apud Jul. Pollucem sint *Pili eqvini*. Tullius Naturæ (De Or. 3.) providentiam prolixiori sermone expositurus: *Oculos natura nobis, ut eqvo & leoni setas dedit*. Et de (Tuscul. 5.) Dionysio Tyranno verba faciens: *fulgentem gladium è lacunari setâ eqvinâ appensum demitti jussit*. Sidon. (L. 2. Ep. 13.) Apollinaris expresšiùs: *mucro districtus filo eqvinæ setæ ligatus, & ita pondere minax ut acumine, gulam formidolosi Tantaleo frenabat exemplo*. Lis autem omnis de Aciæ circa vulnus usu inter doctos vertitur. Qvandoqvidem igitur majus, imò certiùs, à Metallo, qvàm à Lino, vulneratis partibus detrimentum instat; qvo jure Ferrum molle Suturæ conferret, ut tolerabilius minusqve crudele Fibulâ seu ferreis Hamulis: qvum neqve hoc unqvam committendum, qvod in ejusmodi Sutura vitari neqvit, ut (Gal. Meth. Med. L. 14. C. 23.) ægrum Medicus laceret, aut torqveat; qvin potiùs, qvantum fieri potest, sine dolore ad sanitatem perducat? qvomodo, lite de Fibula necdum certo judice diremtâ, dubium qvod est à magis incerto confirmatur? Celsus autem Suturæ nomine qvid potuerit intellexisse; num solam Acum ex molli ferri filo ad curvaturam facili, non ducentem filum; jam non disputabo ulteriùs: siqvidem ab existere ejus, ut loqvi solemus, qvod esse possit, ad actum nihil cogitur. Neqve hic qværendum censeo, qvid fieri potuit, sed qvid factum. Qvod certè ex ipsis Celsi verbis perspicuum adeò est, ut de eo ampliùs dubitare verear ne pertinacioris fuerit animi. Alio- (Chir. L. 7. C. 16.) rum qvoqve conjecturam parum roborare poterit Paræi Sutura, qvæ neutiqvam filo aureo, sed virgâ aureâ

aureâ perficitur, nec qvibusvis vulneribus, sed uni Rupturæ vitio excogitata; Guidonis minùs, qvam cum Felice Platero Fabricius ab Aqvapendente magis doctrinæ, qvàm usus, gratiâ descripsit, imò, (Prax. Tr. 2, C. 7.) crescente cum annis judicio, voce & calamo ex Arte proscripsit, qvamqve Platerus nunqvam adhibuit, qvin vulneris glutinationi non sufficere fatetur. Et si eam vel maximè admisissent isti, ejusdem nihilominus animi fuisse Celsum adhuc in ancipiti est. Prætereà, qvum priscos semper arbitros postulent alii, qvid primi inter Latinos Medici sententiæ à nostrorum temporum viris accedet, qvod non ex ipsomet derivârint, si, ut verè Scribon. Largus, *per antiqvos Autores consummatur Professio*? Parum etiam (Pref. ad C. Jul. Callistum.) huc facit, qvòd Filum non patiatur vulnus esse latius. Contrarium enim probat usus artificum solertiâ confirmatus. Idqve Celsum etiam animadver- (L. 5. C. 26.) tisse video, dum ait: *Ferè tamen Fibulæ latius vulnus esse patiuntur. Sutura oras jungit, qvæ nè ipsæ qvidem inter se contingere ex toto debent, ut si qvid intus humoris concreverit, sit qvà emanet.* Qvod nullus qvoqve Scriptor eruditis receptus filum voluerit Fibulæ Materiam, sed æs, ferrum, aurum, qvi intelligendum, jam satis superq; monstratum fuit. Nec magis Metallum inferunt verba, IMPONERE, INJICERE, SUPERDARE, qvàm Linum. Siqvidem Autor no- (L. 5. C. 26. L. 7. C. 1, 2. 4. 6. 7. 9. 16. 22. 25. 26. 30.) ster eadem indiscriminatim non aliter Medicamentis Externis, & distinctiùs Ceratis, Emplastris Linamentis, ac Spongiis, qvàm Suturæ, Fibulæ, & Ferramentis, passim adsignat. Imò, prolixus adeò horum verborum est usus, ut Salmasius ad Tertullianum (De Pall. 370.) obser-

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main
DFG

FRATRI SVO OPTIMO

DE

GRADV DOCTORALI

EX ANIMO GRATVLATVR

ATQVE

SIMVL OBSERVATIONEM

de

Sectionis arteriae temporalis subitaneo effectu ac vsu in morbo longo et rebelli

BREVITER NARRAT

S. G. VOGEL, MED. DOCTOR.

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

legimus octidianum somnum profundissimum in melancholico morali, porthaec diu adhuc superstite. Quindecim circiter leprimanas inexpugnabilis haec illum dormiendi necessitas detinet, ita quidem, vt vertus meridiem vel vesperam sponte expergiscatur, atque port quadrantem vel semihoram, aliquantulo cibi potusque assumto, et alio deporita, profundo iterum somno repeliatur. Primis octo somni diebus et breues istas vigilias molestissime ferr, dum omnium rerum facies fatidiosissimaque nondum animum eius reliquerat; ideoque vix cuigilatus iam somni iterum desideratissimi dulcedine frui exoptat, ardenter cupit. Sed mutantur mox rursum rerum imagines. Quo rigidiori mente cuncta hucusque in breuibus vigiliarum intervallis contemplatus erat, eo nunc infensibilior factus, nihil ferme, quod circa ipsum agitur, percipit et sentit. Ita stupidus torpidusque nec cuiuspiam rei sibi conscius est, vt solus ne cibare quidem possit, sed ab aliis ipsi cibi in os immittendi sint. Loquelam simul omnem amittit. Cum his sopor vt antea continuat, nisi quod paullo frequentius nunc et diutius intermittat, imo aliquando per totum diem cessat. At certe tamen semper reverti tur, adeoque pertinax port quadrantem demum anni criminum fuit, vt nulla vi ex illo suscitari aeger posset, quid? quod vltra viginti milliaria thecla inclusus in patriam vectus, ac valide omnino conscius, raro tantum vigil factus fuerit, et saepe interper nonnisi vehementer commotus. Inter vigilandum illaeso appetitui satisfacit, atque, alio porthaec plerumque exonerata, ad somnum iterum se componit. Vires integrae ita haud erant, vt scalas sine auxilio et sustentatione aliorum ascendere posuisset; at bonus tamen satis corporis habitus, et posset nunc etiam solus sibique relictus comedere, cui negotio, vt reculi,

mur, morbus ille, qui fere victus esse videbatur, inopinato sub alia plane facie, eaque prorsus in contrarium mutata, prorepit, atque tristiorem longe nunc scenam ludit. Atra melancholia ipsius animo potitur. Quo animus breui antea laetior et alacrior fuit, et quo maiori indifferentia et aequalitate animi omnia dispexit tulitque, eo maiori nunc moestitia ac luctu deiectus est, et anxie praeterita futuraque perscrutatur. Inquietus, tristis, meticulosus omnem societatem hominum, vel maxime alias familiarium, fugit, atque insuperabili sic solitudinis amore detentus sese in conclaue suum recludit, ac infortunatissimum hominem miserandumque alta voce se exclamat. Flebili hoc statu vltra quindecim dies haud persistente iterum morbus priorem excipit, qui ipsi aegro quidem tolerabilior est, nos vero de periculo, quod portendere ille nobis videtur, non parum sollicitos reddens. Veterno sopore oppressus immobilis iacet, nec quouis modo excitari potest. Fuit vero iam ex aliquo retro tempore admodum in somnum procliuis. Candide quidem confiteor, nos initio illum pro reficiente somno omnisque morbi solutionem et discussionem notante, adeoque bono ac fausto illum omine contingere, arbitratos esse, in quo eo facilius falli poteramus, cum nulla ratione dormientem prima alteraue die expergefacere tentaremus, nec ab aliis tentari concederemus. Sed haud adeo diu latuit somni praua indoles, quum per aliquot dies noctesque ita dormire pergeret, cunctaque tentamina, quibus illum excitare experiebamur, frustranea essent. Qualem iam prognosin formasses? Neutiquam bonam, vtique malam. Facilis transitus cari in apoplexiam omnino verendus erat. Nec tamen omnis spes deerat, cum KLEINIVM *)

*) *Interpr. clin. p. 272.*

Quantam felicitatem ex fraterno Tecum nexu, dilectissime frater, haurio voluptatemque, quantoque me amoris ardore candoreque Te prosequi et a primis nostris incunabulis prosecutum fuisse nosti, tantum reputes gaudium, quo Tibi de honoribus doctoralibus, iamiam Tibi impertiendis, ex intimo animo gratulor. Tanta vbique assiduitate atque solertia labores academicos peregisti, tantaque cura indefessa artis nostrae principia ac dogmata penitius cognoscere allaborasti, vt haud dubitem, quin diligentes et assiduos conatus, quibus per omne stadium Tuum academicum ad summam in arte Asclepiadea dignitatem aspirasti, publice hic contester, atque inter dignio-
res Te artis salutaris Candidatos reponam. Quodsi hisce meritis, quae haud reticuisse indulgeatis, animi, nullo fuco conspurcati, praestantiam atque probitatem, quam nunquam non in Te cognoui, quaque integerrimum semper amorem erga me exercuisti, addere hic liceat, habes rationem, cur Te tantopere amem ac aestimem faustaque quaeuis, quae Tibi contingunt, tanta me afficiant laetitia. At plura in Tuas laudes congerere, vincula, quae nos contexunt, fraterna vetant, adeoque id tantum adhuc addam, vt laudabilia conamina in artis medendi

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

di praeceptis perſpicacius intelligendis profundiusque hauriendis ſedulo continues, atque ita artis noſtrae diuinae praeſidiis omnimode inſtructus ſanitatis titubantis calamitatibus mortalium cito, tuto ac iucunde vbique ſuccurrere valeas. Et eris tunc Reipublicae vtiliſſimum membrum, decus, ſolamen, Tuisque honos ac gaudium. Mihi vero ſi inter haec amorem illum, cuius hucusque dulcedine fruor, conſerues, toto Tibi pectore me traditum habebis, nec ardentiſſima vota pro Tua ſalute proſperitateque ad coelites mittere vnquam deſinam.

Iamiam non abs re mihi videtur eſſe alienum, Specimini Tuo inaugurali obſeruationem quandam adnectere, quae caſum ſatis memorabilem *de ſubitaneo effectu ac vſu Sectionis arteriae temporalis in morbo longo et rebelli* ſiſtit. Quanto magis perſuaſum habeo, arti noſtrae a nulla re maiorem et clariorem lucem affundi, quam a genuinis experientiae dictaminibus, nec quicquam efficaciora, certiora ac promtiora, quibus humana gens affligitur, aegritudinibus, auxilia afferre, quam ſedula et attenta eorum, quae in aegris fiunt, quid Medicina praeſtat, obſeruatio, qualibuscunque philoſophumenis et ſcrupuloſis interpretationibus, quae ſaepe adeo conſilia Medicorum in damnum aegrotantium fallaciter vertunt, defaecata; tanto certior ſum, non omni vtilitate caſus mei conſignationem deſtitutam fore, idque eo magis, quo praeſtantior illius adplicatio fieri forte haud raro poterit. En illum! Iuuenis viginti circiter annorum, ſanus, vegetus, agilis temperamenti, ex graui lapſu ab equo currente, capite vehementer in humum illiſo, dum corpus valde exeandeſcebat, omnibus derepente ſenſibus priuatur, atque poſt aliquot demum dies mentis ſuae compos fit, nullo tunc, praeter gra-

uitatem aliquam capitis, malo ſuperſtite. Decem diebus et vltra, quibus ſatis bene ſe habuit, et iter quoque undecim milliariorum ſine incommodo equo emetiri potuit, elapſis, leui aliqua accedente cauſa, ſanguinem verſus caput congerente, in delirium maniacum ſubito incidit, atque plura abſona, confuſa, contra bonam rationem agit, fabulatur. Eſt facies rubore ſuffuſa, tumidiuſcula, vultus mutatus, ſplendent oculi rubentque, arteriae plenae fortiter digitum feriunt, et ſiticuloſus ipſe eſt, irrequietus et loquax. Delirium vero nulla ferocitate ſtipatum potius nugoſum, iocoſum eſt, quod vel inuitis riſum mouet. Caput exactius examinatum, num forte laeſionem externe acceperit, nulla violentiae ſigna oſtendit. Licet iamiam optima quaeuis auxilia, quae orgasmum et fluctus ſanguinis compeſcere, atque impetum illius verſus caput refraenare et deriuare valent, protinus adhibeantur, ſanguis quoque pluries mittatur, nullo tamen modo inſanae mentis turbulenti motus prorſus placari poſſunt, ſed per ſex continuo hebdomades, niſi quod aliquando paullo remiſerint, perſeuerant. Dies noctesque perpetuis occupationibus et phantasmatibus tranſigens raro aliquantulo ſomni fruitur. Appetitus optime vero viget, nec ſolis prandiis ac coenis ſatiatur, ſed jentacula quoque vehementer appetit. Cuncta demum in melius vertuntur, in diesque ſeſe tranquilliorem gerit. Redit ſomnus quietus et functionum omnium ordo et integritas, licet tamen mens nondum plenariae ſibi conſtet. Interim conſuetis iterum negotiis fungitur, et ſpes eſt, reliquias morbi ſub bonorum medicamentorum continuato uſu, ac cautis diaetae praeceptis ſenſim diſſipatum iri. Sed vix per quatuor circiter ſeptimanas bona ita ſatis ſanitate vſus eſt, de qua tantopere nos laetaba-

 mur,

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

tuli, olim prae mentis ignauia par non erat. Mutitas tamen et ſenſuum internorum torpor remanebant. Sed tanto itinere, quod mirum erat, feliciter abſoluto, alia poſt aliquod tempus praeterea accedunt ἐπιγενήματα, quae proximorum eorumque, qui circa ipſum verſantur, animos non minus graui terrore percellunt. Totius corporis plenaria fere inſenſibilitas atque inertia aegrum noſtrum moli inanimatae ſimilem vtique reddunt, viſu poſthaec quoque palpebris conniuentibus et conſtrictis orbum. Per plures hebdomades haec immutata ſtant, quae vero necdum malorum agmen claudunt. Violentiſſimis motibus ſpasmodicis per vices diſtorquetur adeoque ſubinde opiſthotono corpus retrahitur, vt, quandoquidem lecto incumbebat, abdomine eius ſurſum vrſo, homo ſubter dorſo commode transmitti potuiſſet. Horrendum aſpectu! Atque cum his et praeter haec artus quoque contrahuntur; vt taceam alias ſpasmorum ſpecies, quibus vario tempore afflictatus fuit, aliasque affectiones, ex vno eodemque fonte repetendas, quae plerumque breui iterum euanuerunt. Notabile tamen adhuc erat, aegrum inter haec nedum emarcuiſſe, quin ſaginatum quaſi fuiſſe, licet tenuiſſima parciſſimaque ſemper diaeta eaque vegetabili nutriretur. Haec itaque ſunt praecipua momenta, quae breuiter de morbo noſtro commemorare volui. Variae omnino excogitatae fuerunt morbi iſtius πολυμόρφῳ explicationes, et facile in determinanda eius cauſa efficiente fuit diſſentire et errare. Alius enim ita, aliter ſentiebat alius. Sed meum non eſt, tantorum virorum, quibus aegri cura demandata fuerat, placita dirimere. Omnes difficultates, quae ſubſequuntur, ſoluunt. Addam proinde paucis, quomodo tandem, plurimis aliis remediis fruſtra frequentatis, toti malorum cateruae ſubito exoptatiſſimum finem impoſuerit arte-

arteriae temporalis ſectio. Cum enim veſicantia, ſetacea, purgantia, vomitoria, Venaeſectiones, diluentia, reſoluentia, reuellentia, reliqua, nullam plane afferrent opem, ſed, omnibus incaſſum tentatis, ineluctabili ſorti miſer derelinquendus eſſe videretur, feliciter haud diu poſtea contingit, vt Medici inter ſe de inſtituenda ſectione venae iugularis conueniant, quem in finem Chirurgus habiliſſimus cum neceſſaria ad hanc operationem praeparaturus ligaturam circum collum circumponere velit, vt vena inſtrumento pateat, tanta obeſitate vbique collum tectum eſt, vt vaſi ſecando nullibi in conſpectum prodeunti Chirurgia applicari nequeat. Moleſte id Chirurgo noſtro ferente, qui tantam fiduciam in hanc Venaeſectionem poſuerat, protinus de arteria temporali loco venae iugularis ſecanda cogitans, cum Medici praeſentis experientiſſimi conſenſu, ilico arteriam temporalem ſiniſtri lateris ſcalpello callide praeſcindit. Et eheu! quanto effectu! Octo ad decem circiter ſanguinis vix emiſſis ſubito aeger noſter palpebras attollit, ac libere adſtantes circumtuetur. Interrogatus poſtea, annon caput liberius, ſerenius ſentiat, reſpondet perceptibile *Ja*, primum, quod ex longo inde tempore protulit, verbulum. Ah! quale inter nos gaudium, mutum loqui audientes! Sed ſanguis continuo adhuc mittendus eſt. Et quo diutius ille fluit, eo plura verba et diſtinctius fari poteſt. Octodecim demum poſtquam ſanguinis circiter vnciae exſilierant, arteriae, vt artis eſt, vulnus deligatur et aegro quies imperatur. Omnia nunc bona eſſe videntur, nec mali quid fere reliquum eſt. Cauſa morbi ita nunc eleganter detecta non dubitabamus, quin ex certiori methodo medendi illinc iam diligentius dirigenda plenariae ſanitatis futurae ſpem conciperemus, licet induciis non omni-

mode adhuc dum fidendum, et vasa encephali relaxata, iamiam depleta, nouo iterum facile laticis vitalis impetui patere, merito metuendum esset. Interim prudenti artis molimine illum sensim magis auerti et vasis naturale suum robur impertiri posse, aeque haud improbabile erat. Dum res itaque sic bene satis constitutae sunt, et aeger noster in singulas horas planius pluraque loqui discit, cuncta quoque clarius mens cognoscit, triste aliquod fatum, quod ab aliquo retro tempore acciderat, nunc demum vero ipse auribusque oculisque percipit, tam grauiter animum eius afficit deiicitque, vt nullo solamine erigendus in tetros melancholiae cruciatus relabatur, atque non multo post iisdem omnibus malis, quae antea passus erat, de nouo corripiatur. Quae nunc? Certe arteriomen repetendam suadebat optimus effectus quem semel praestiterat. At varia erant, quae impedire videbantur, quo minus idem ab illa effectus, exspectandus esset. Interim plurimis aliis remediis frustra iterum tentatis, sanguine quoque tam largiter e sinistro pede incassum misso, vt grauis lipothymia sequeretur, post aliquod tempus, nullo alio auxilio reliquo, et vehementi capitis dolore vrgente, ad arteriotomiam rursum refugiunt; atque nunc quidem tam admirando successu, vt non solum omnia mala, perinde ac prima vice, ilico dispareant sub ipso flumine sanguinis, sed et perfecta inde sanitas postea secuta sit. Mox enim vires ita restauratae erant, vt e lecto resurgere et sanus inter sanos versari posset, animi tamen adhuc aliqua tristitia affectus et hominum frequentiam fugiens, velut se ante actorum puderet. Sub potu dein Acidularum Swalbacensium largum per aliquot dies hoemorrhoidum fluxum experitur, de quo valdopere nos laetabundi ex animo ipsi omnino gratulamur deque vehementibus doloribus, quos inde conqueritur, facile illum consolamur. Cognoscendum enim inde erat benignae naturae, morbi impetum a capite deflexurae, laetabile benificium, quo merito nunc confisi eo minus relapsus metuendi nobis erant, nec spe nostra frustrati sumus. Namque vigor corporis pristinaque alacritas, animique consueta hilaritas in dies magis increscebant, et restitutus est ciuitati vtilissimus, meritissimus ciuis, qui huc vsque, summi Numinis benificentia, inter negotia sacra vitam sanam vegetamque viuit. — Et fui equidem omnium illorum perpetuus testis ac comes.

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

UB Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg Frankfurt am Main DFG

DISSERTATIO
DE
DIVERSITATE CORPORUM HUMANORUM, SECUNDUM DIVERSITATEM REGIONUM.

§. I.

Infinita varietas rerum, quibus mundus afpectabilis conflat, & pulcherrima earum, in fuo quovis genere, facies, præcipuum eft, quod fenfus noftros non folum admirabili fuavitate allicit atque oblectat, fed etiam plurimis vitæ neceffitatibus atque commodis maximam utilitatem affert. Quod, cum de omnibus in univerfum a fapientiffimo Conditore creatis rebus valet, tum imprimis in perfectiffimo animantium genere, homine fcil. perfpicitur, utpote cujus tanta eft varietas, ut foliis facici humanæ varietates poffibles ad 70434700017432699838042666061157752443983849436717414400000000000. computaverit Merritius.

Quanquam autem iftæ corporum humanorum varietates in omni vitæ genere diverfiffimo ufui interviant; tamen medicam potiffimum artem profitentibus utilis, adeoque neceffaria eft illarum cognitio: Hi enim, fi officiis fuis rite defungi velint, & tam in refpondendo de rebus medicis caute docendo, quam in curanda valetudine, rectum, verum, ac falutare fequi velint, cumprimis opus habent, ut præter communes corporum qualitates, etiam cujusvis proprias contemplentur (a) præceptaque generalia ad circumftantias ita dictas accommodent: Quo negecto unquam de pluribus recta

A bus

(a) Hac in re maxime diffidebant Veteres Methodici a rationalibus Medicis, quod illi tantum communia intueri neceffarium judicaverint: ut patet ex A. C. Celfo. de Medicina in præfat. & Claud. Galeno, de Sectis ad eos qui introducuntur. Cap. VI. VIII.

tum apices pilorum, incipiente hyeme, album indolle colorem, inferiores vero partes, quæ nempe frigori non ita expoftæ funt, adhuc grifeum colorem retinuiffe, ex quo apparet pilos permanere eosdem; Mirabile eft, quod idem addit, eodem tempore naturam animantibus novas & fingulares adhuc inducere pelles, quibus a frigore defendantur, idque adeo etiam iis accidere canibus, felibusque, quæ ex Europa illuc transportantur, has autem pelles paulatim cum redeunte calore iterum cadere l. evanefcere. An forte ex condenfata a frigore materia exhalante pelles iftæ nafcuntur? Cæterum fanguineum partium colorem a frigore adurí, & rufum fieri in Scythis, obfervavit Hyppocrates.

§. VIII.

Quæ vero plagæ iftis frigidiffimis proximæ, aliquanto benignioris cœli funt, ut Suecia, Norwegia, Scotia, porro Anglia, Dania, Germania, & ejusdem Climatis, l. temperatiore regiones alia, corpora producunt magna, quadrata, robufta, fucci plena, colore candido, capillis promiffis flavisque l. rufis, oculis cæfiis: quarum proprietatum caufæ potiffimum in abundantiore regionum humiditate & frigore quærendæ funt. Contra, qui proxime æquatorem degunt mitioris funt tefturæ, coloris fufci, imo quidam atri; crifpis capillis, nigrisque oculis, fanguine pauco & ferviđo præditi, hinc imbecilles. At temperatarum regionum incolæ, inter utrosque medii, mixtæ naturæ funt, & cum corporis magnitudinis mediocris, tum animi mitioris indolisque fapientioris: quia, Hyppocratis effato, *temperatura caloris & frigoris optimum habitum corporis & fanguinis effecit, & temperatus fanguis fapientiam concitat.* Propter hanc diverfitatem boreales populi deprehenduntur effe & longæviores, & fœcundiores: unde Scandinavia vagina gentium dicta & fertilitatis longævitatisque parens: Notatque Joh. Bodinvs imperia verfus Auftrum propagata femper fuiffe, vix ab Auftro verfus Septentionem: Eosdem populos plus alimentorum & fortiora medicamenta ferre polle, tradit Mich. Aloysius Sinapius, & obfervat, in Suecia ex centum trepanifationem pafis vix duos interire. In Gui-

variæ efformantur figuræ, ut columnarum, palatiorum, arborum, plantarum &c. ita credibile eft, corporis quoque partes ad præfcriptam Embrionis organicam fabricam, modo mere mechanico augeri & ftatum incrementi adipifci: Nifi velimus animæ ratione utenti hujus operis adminiftrationem attribuere, vel occultam aliquam qualitatem, five plafticam virtutem comminifci, aut ad ipfam Dei manum provocare. Sed hanc quæftionem in medio relinquam: hoc tamen nihilominus ex pofitis principiis fequi videtur, hominem maxima fui parte componi rebus alienis ad primigenia ftamina accedentibus, quæ tum in naturam humanam convertantur, quorfum referendæ carnes, pinguedo, parenchymata, multa fanguifera aliaque vafa, & in univerfum eæ partes omnes, quæ cafu l. morbis deperditæ, iterum regenerantur.

§. IV.

Hifce partibus ad feminalem homunculum fuperadditis atque adnatis, perfpicuum eft, addendas effe eas differentias, quæ homini genito & nato, a procatarcticis caufis adveniunt, ex quibus nimirum ipfæ illæ ortum trahunt: & quum hæ partes longe maximam corporis molem conftituant, liquet, hinc ampliffimum in homine locum patere varietatibus. Nec poteft aliter fieri, quam ut corpus pro varietate rerum circumftantium etiam varium fit. Quum enim res naturales omnes inter fefe connexæ fint, eædemque fuis fingulæ viribus inftructæ, quibus in fe mutuo agunt, palam eft, hominis quoque naturam a reliqua rerum natura non poffe non affici, & quum corpus non abfolute per fe immutabile fubfiftat, fed partim ab externis illud ingredientibus conftituatur, partim affiduis partium fuarum difpendiis reparationibusque renovetur, non idem femper manere poteft, fed nunc his nunc illis conftet particulis, & nunc fic, nunc aliter comparatum fit, neceffe eft. Denique, quum fingulæ res alium ac fingularem cum univerfo nexum habeant, ifta omnia in fingulis diverfa effe oportet. Ex quibus confequitur, quod quam maxime varia fint corpora. Et quanquam inter ea, quæ ad corpora immutanda & a fe invicem diftinguenda aliquid valent, ali-

alimentorum præcipua vis fit; tamen hæc ipfa, cum diverfam ratione reliquarum rerum circumftantium l. conjunctarum, acquirant indolem, tum fimiles propter caufas diverfo modo applicantur & in corporis compagem conformantur. Sed hæc reliquis rebus naturalibus, vel ut a Medicis appellari folent, non naturalibus, poteftas in corpus humanum immediate agendi, denegari non poteft: Inprimisque aeris tanta vis & facultas eft ad varianda atque immutanda corpora, ut non immerito ab Hyppocrate maximus vocetur in omnibus, quæ corporibus accidunt, dominus. Et ad hanc aeris claffem pertinet quoque differentia regionum, fi veterem fex rerum non naturalium divifionem fequi velimus.

§. V.

Hujus argumenti, ut ordinatior fiat expofitio, materiam, fecundum conditiones locorum, quarum conditionum refpectu corpora inter fe differunt, in certa capita vel fectiones dividam, ita ut I^mo. agam de differentia corporum, quæ a diverfitate climatum oritur. II^do. De differentia a fitu regionum. III^tio. Ab exteriore regionum habitu. IV^to. A foli natura. V^to. A diverfitate aquarum. VI^to. A qualitate proventuum. VII^mo. Ab athmofphæræ indole. VIII^vo. A modo habitationis, vel incolatus. IX^no. A commerciis. X^mo. A confuetudinibus, regionum. XI^mo. A ftatu politico, l. forma Reipublicæ. De quibus fingulis generatim dicam, & propofita exemplis illuftrabo; ubique autem ad noftras potiffimum regiones refpiciam, ut quæ nos proprie tangunt. Cæterum hoc prius monendum duco, regionis nomen nonnunquam parvam modo partem terræ complecti, atque urbium, tametfi unius tantum horæ itinere diftent, fæpe magnam effe ob pofituram aquarum, aerisque & ventorum, differentiam.

§. VI.

I^mo. *Climata*, quantum ad Medicinam & præfentem materiam attinent, funt fpatia orbis terrarum ex refpectu, quem habent ad annuum folis iter, defcripta, & ex diverfa folis actione, quæ quidem hic omnis cenfetur ab effectu caloris

bus dubiis vel controversiis recte judicare poterunt, uti de crisibus, de febrium differentiis, de sanguinis mittendi quantitate, quando purgationem alvi ciere præstat, quam venam secare, & de infinitis aliis; nec medicinam ægroto corpori convenientem præscribere. Quum igitur tanti res momenti sit, corporum cognoscere varietates, consilium cœpi in Specimine inaugurali edendo, ad hoc argumentum præcipue animum convertere, & quum illud sub specie Dissertationis academicæ totum absolvere non liceat, saltem particulam hanc, de iis differentiis, quas corporibus humanis Regio natalis vel quâ degunt, inducit, paulo plenius pertractabo.

§. II.

Quandoquidem exponere aggredior, quomodo corpora hominum, & quidem jam natorum inque lucem editorum, varias nanciscantur proprietates atque affectiones a variis regionum, in quibus educantur, ac vitam agunt, conditionibus; prius breviter indicandum est, & ab ipso ortu monendum, quid illud sit, quod homo, qui in dias luminis auras prodit, ex utero matris secum in mundum afferat, quodque deinde firmum ac stabile permaneat, neque a rerum externarum ad illud accedentium viribus immutetur. Etsi enim ipsum genitale semen, pariter ac materni, quibus fœtus in utero alitur, humores, etiam variam indolem ac qualitatem accipiant a diversa natura rerum non naturalium, ut vocari consuevére, quibus utuntur parentes, quæque ipsæ pro diversitate regionum quoque diversæ sunt; tamen eam contemplationem equidem nunc proprie non attingam, sed prætermittam.

Porro constat inter omnes, hominem generari ex conjunctione maris & fœminæ: Sed quid mas, quid fœmina proprie conferat ad illud opus, de ea re diversissimæ sunt Medicorum & Philosophorum sententiæ (a). Quas exponere & dijudicare, quum meum præsens institutum non permittat, breviter tantum, quantum quidem ad materiam præpositam atti-

(a) Has enarrat Ill. *Alb. de Haller.* Præcept. meus summo honoris cultu prosequendus, in Comment. ad H. Boerh. prælect. in institut. Med. P. V. p. II. § 694. & de Buffon in histoire naturelle avec la description du cabinet du Roi, T. II.

attinet, animadverto, & patrem & matrem similitudinem sui, totamve naturam atque indolem, tam corporis quam animi, in liberos transferre, adeoque persæpe ad matris naturam potius, quam ad patris appropinquare prolem, id quod in hybridis maxime adparet. Ita enim ipse ex vulpe matre & cane patre natum vidi animal, quod vulpem referret. Quare, quum fœtus essentiales sui partes non minus a matre habeat, quam a patre, certo concludi posse videtur, fœminam pariter ac marem ad materiam genitalem conferre, ex qua formetur atque in organicam fabricam coagmentetur Embrion, quod ex istis spermaticis partibus conflatum, verosimillimum est, perpetuo durare, nec posse, nisi cum ipso homine, destrui, siquidem principium constituit, ex quo vitam nacti hominis tota natura, proprietates, atque actiones pendent & tanquam ex fonte fluunt, etsi ab aliis rebus modos varios recipiant.

§. III.

Hoc rudimentum hominis animadvertimus ex minima, qua primum constabat, particula, in magnam excrescere molem, hanc ad certum terminum progredi, & accipere augmentum, quoad in utero materno conclusum est, ab humoribus matris; postquam vero hic nexus cum matre post partum solutus est, & infans liberiori aura, vitaque perfectiore fruitur, tum ab alimentis in plenum staturæ modum adolescit. Quod nutritionis atque incrementi negotium, ut hoc obiter moneam, ita concipi posse videtur; organicam istam compagem, constituentem prima hominis stamina, per motum vitalem & appositionem novarum atque heterogenearum partium, paulatim magis magisque explicari, extendi atque amplificari, & nacta inde cava & interstitia compleri. Quemadmodum enim in arbore, dum tenera est, si cortex certis figuris, ut crucis vel litterarum notis, e. g. nomine quodam proprio profunde incisa sit, partes nutritiæ corticis, pro ratione ac modulo notarum insculptarum, applicantur, & figuram prius formatam producunt, ampliusque extendunt; vel sicut in cavernis quibusdam subterraneis ab humore stalactitis jugiter effluente ac indurescente, pro varia directione motus,

variæ

suas proprietates possidere; Ea nimirum ratione, quo propius remotiusve ad solem posita est regio, sic eo brevius longiusve a sole collustratur: Modificantur vero actionem solis etiam alia, ut situs regionis, ejusque exterior habitus, & natura soli, similiaque. Sic observat BARTHOLINUS, non in omnibus regionibus, eidem Climati subjectis, eodem modo hyemem atque æstatem se habere l. eodem redire tempore: Angliam & Hyberniam minus sævas experiri hyemes, Galliâ; Et in Scotia minus intendi frigus, quam in Belgio & Germania: Quin & in Islandia temperatius esse hybernum tempus, quam in Lapponia, l. etiam in Norwegia; quam diversitatem Ventorum halitibus effectibusque adscribit. De China quoque refert MARTINIUS, licet ejus altitudo poli vix excedat gradum 42., tamen per integros quatuor menses sæpe flumina omnia adeo duro concrescere gelu, ut currus, equos, & gravissima etiam quæque onera glacies ferat illæsa, hancque securissime sic transeant: Simul tamen illud omnino mirum esse, quod non tantum videatur l. sentiatur illud frigus, ut Europeos ad hypocausta subeunda possit cogere, l. in Europa ad glaciem producendam sufficere, quapropter ad subterraneas illic exhalationes tanquam causas recurrendum existimat. In universum annotat PETRUS VAN HAVEN, quo longius ab Europa versus orientem progrediamur, eo intensius esse frigus in hyeme: Ut e. g. Petropolim sub eadem poli altitudine positam esse cum Holmia, Moscuam cum Haffnia, Pekingam Chinæ cum Roma Italiæ; nihilo tamen minus admodum magnam in his urbibus esse hyemis differentiam.

§. VII.

Itaque, quum differentiæ, quas Climata pariunt, a vario caloris solaris gradu, modo, temporibus, vicissitudinibus pendeant; maxime hic valet divisio orbis terrarum, secundum sic dictas Zonas, in regiones Septentrionales, (oppositasque antarcticas) Medias l. temperatas, & Torridas, l. meridionales, etsi hæ plagæ non usque quaque ad rationes astronomicas exigendæ sint, ut jam superius monitum est. Quam divisionem sequentes, observamus primo, sub Septentrione l. in frigi-

gidissimis plagis ordinario homines pariter ac reliqua animantia ipsasque arbores minoris, quam in calidioribus regionibus, esse staturæ, juxta relationem illorum, qui per eas regiones iter fecerunt; sic vetustiss. auctor HYPPOCRATES *de Scythis*, ex recentioribus vero *de aliis gentibus* MARTINIERE, FRIDERIC. MARTENS, JOH. ANDERSONUS, PETRUS HOEGSTRÖM, HENRICUS ELLIS, &c. Et scribit MARTINIERE Lapponibus minorer esse Borandios, his Samojedas, his Zemblanos: ita ut fere, quo magis versus orientem processeris, eo magis statura diminuatur. Cujus rei causa esse videtur, quod eadem ratione frigus increscat; Quum enim frigidior aer sit specifice gravior, hincque magis premat corpora, quibus incumbit, eundem plus impedimenti ponere necesse est, ne corpora ad magnam proceritatem excrescant. Simul tamen animadvertitur, quo minus in longitudinem producuntur corpora, eo majorem in latitudine molem adipisci, sicut apud citatos Auctores videre licet. Contra in Guinea reperiri Capreolos adeo parvos, ut octo l. novem pollicum altitudinem non excedant, narratur. (a) Sed eosdem ita gracilibus cruribus gaudere, ut calamo scriptorio non sint crassiora. Est & hoc aliquid extraordinarii. Pariter observatur, non tam multam sobolem procreari sub cœlo frigidissimo, id quod inprimis HYPPOCRATES annotat: cujus præterea singularis quoque est observatio, quod boves, cornibus propter frigus careant, qua in re ei etiam adstipulatur ANDERSONUS (b). Porro memoratu dignum est, quod in istis regionibus tempore hyemali feræ colorem pilorum & pennarum, quem habent brunum, griseum &c. mutent in album, ut cuniculi, lepores, perdices, ursi &c. Et quanquam sint, qui putant, pilis pennisque prioribus amissis recentes subnasci, tamen HENRICUS ELLIS diligentiore inquisitione deprehendit, in cuniculis summos tantum

(a) In Voyage du cher des Marchais en Guinée &c. T. I. cap. XI. 275.

(b) In den Nachrichten von Island, Grönland und der Straße David p. 34. qui tamen aliam causam adfert, nimirum pabuli defectum; hæc autem ratio facile cum altera conciliari potest. Etiam in Guinea Zonæ torridæ regione, cervorum genus cornibus carere scribit *P. Labat*: quia nempe caloris non minus quam frigoris excessus incremento officit.

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main
DFG

Guinea vero brevis vitæ sunt homines, ut ætas quinquaginta annorum pro decrepita senectute habeatur, referente Gulielmo Gossman. Propter eandem ante dictam climatis diversitatem, & propter mitem regionis naturam, in Asia omnia multo & pulchriora & grandiora nascuntur, ipsique Incolarum mores manifestiores sunt ac leniores, quam in Europa; Contra, Asiæ temperies minus apta est ad ingenerandum animum virilem, tolerantiam laboris, assiduitatem, & audaciam, quibus quidem virtutibus Europa cultores suos beat, & bellicosiores gentes, ac strenuos magis milites alit.

§. IX.

Climati etiam & ardori solis a multis ante hac adscriptum fuit, quod Nigritarum L. Æthiopum color ater sit: Nec videtur climatis vim omnem excludi posse, siquidem & reliquæ gentes, quæ sub ista cœli plaga vigitant, fuscum l. olegagineum contrahunt colorem (appellantur hi Leucæthiopes, vel Semiæthiopes, aut Mauri, sive Arabes) sed differt tamen haud parum hic color a vero illo æthiopico: Deinde Æthiopes, licet in alia Climata transportentur, tamen nec colorem mutant, nec, nisi cum aliis colonis hominibus congressi, alios quam sibi similes generant; nam, cute integra, nulla arte eius L. delere iste color potest (a). Deprehenditurque hærere in peculiari tenaci succo, interpositio epidermidi & cuti proprie sic dictæ, quæ pars corpus reticulare Malpighii vocari consuevit; Præterea jam in locis adeo ab utero reperitur ista nigredo profundior, quamquam infantes cum rubicundo habitu exteriore nascantur, & nigram speciem demum post octo dierum interstallum afficiant (b). Quæ cuncta videntur satis probare, quod hoc singulare hominum genus sit, quod hanc, a feminali potissimum virtute & fabrica, proprietatem habeat ingenitam, ut humor ille niger in ipsius sanguine elaboretur inque habitum corporis deponatur: Quemadmodum videmus in oculorum

B cho-

(a) Si autem a variolis l. morbillis excidtur cutis, macules deinde remanere affecientes, observavit Boyle, *Experiment. & colorib.*

(b) In Gazophylacio Regio Dresdensi ostenduntur, ut traduntur, aliquot Embryones æthiopes, qui liquido demonstrant, jam a conceptione atrum iis inesse colorem.

Proinde, quum tam diversa sit efficacia diversi locorum situs, etiam varii in variis regionibus morbi existant, necesse est, diversaque ratione corporum valetudo curanda erit. Claudius Galenus refert, se cum *Asclepiade* observasse, evacuationem sanguinis per Venæsectionem largam inflictam, in pleuriticis nullo modo utilem esse Romæ & Athenis, quam tamen semper salutarem expertus sit in Hellespontо; hujusque differentiæ causam imputat ventorum affatibus, liquidem Austrorum graves allitiones Romæ sint frequentes, Hellespontus contra Aquilonibus subjectus sit. Similiter Sanctorius imprudentiæ accusat eos, qui spirante Austro, multum moderatus, sanguinem; non animadvertentes, borealibus in sua regione Venetæ, magnam inesse vires roborandi facultatem, adeoque liberaliorem sub iis, si indicetur, derivationem requiri, quum contra Austri invalida reddant corpora, & hac ratione copiosis evacuationibus magis adversentur. Nimirum in nostro hemisphærio Boreæ salubritatis debere palmam, inter omnes contrarie, centet Hensicus Muxius, Autrum ex adverso valetudini maxime infestum deprehendit; idem figillatim etiam de Halfnia monet Erasmus Bartholinus: Utique adstipulantur Fabricius Bapuanus & Nicolaus Masinius: Ita quondam Marcus Terentius Varro, quum Corycize degerent exercitus ac classis, & omnes ædes referte ægrotis ac funeribus, immillo fenestris de novo apertis Aquilone, & obturatis veteribus pestilentis, januaque permutata, familique ejus generis industria adhibita, suos comites ac familiam incolumes reduxit.

Hoffmannum perhibent, a fabris tali modo, velut balneo vaporoſo, relaxatis, humidisque accumulatis, homines ſunt Scorbuto ſuſcipiendo idonei, naſcuntur inflationes cedematoſæ, anafarcodes, aſciticæ, incidunteque catarrhi ſuffocativi. At Gallos, Belgas, Anglos, qui ejusmodi hypocauſtis non utuntur, ſed caminis aſſident, horumque flammis ac fuligoribus obvertunt oculos, hinc adeo frequenter Cataracte & coecitati fere obnoxios, obſervat Heisterus. Nonnullis quoque perverſus Mulierculárum in noſtris regionibus mos, ignitabula, l. baſtillos prunis candentibus plenos, ſubjiciendi vellibus: Etenim a nato hinc majore internarum partium calore, & ab halitibus adverſis, inducuntur congeſtiones ad hæc loca, Mentes nimii, fluor albus, Catarrhi, cephalgiæ, Vertigines, ſuffocationes hyſtericæ, & ſimilia, quemadmodum notant Bruno, Degner, Schoockius, Krugerus. In Suecia tamen, laudabili inſtituto, hic mos non obtinet, ut ab indigenis accepi. Et cui cauſæ magis imputandum eſt, quod Londinum adeo expoſitum ſit nervorum affectionibus, hyſtericis & hypochondriacis pathematibus, quam quod aër ibi perpetuo Lithanthracum ſeu foſſilium carbonum fumo infectus hauriatur?

§. XXVI.

Lappones, Finnos, Norwegos, paſſim conſlictari Lippitudine & ophthalmia, quas haud raro coecitas ſequatur, ex Johannis Schefferi *Deſcriptione Lapponiæ*, refert Hoffmannus, & cauſam ejus non minimam merito quærit in fumo, quo illorum tuguria, per æſtatem partier ac hyemem, plena ſunt, & in quo a prima pueritia verſari cognuntur. Contra, de fumis lignorum ſubterraneorum, contendit Svnarius, ruſticos in Lithuania, qui fumoſas domus inhabitant, vel maxime dum lignum Pini, aliaque reſinoſa in camino pabulo accendunt, magna ex parte, ſale hoc oleoſo volatili, ore hauſto, & quocunque modo cum aëre attracto, feliciores, longævíores, vegetiores eſſe illis, qui ædificia exquiſita, calcem foedam ſpirantia, inhabitant. Præter monet Bartholinus, ad condiendas carnes fumos debere ex lignis præ-

remediis incaſſum adhibitis, denique mutaſſe locum & aërem, Viennamque commigraſſe, in cujus ſicciore cœlo vix per ſemeſtre degenti, ulcera omnia fuere perſanata. Inprimis vero dignum animadverſione eſt exemplum, quod refert Turquetus de Mayerne *in Conſilio de Phthiſi: Vidi*, inquit, *Nobilem, qui accepto profundo in thorace vulnere, bis ſanatus eſt, fiſtula ſuccedente apertioni, in oppoſita parte facta. In Hiſpaniam is migravit, ubi poſt quinque annorum moram occluſa fuit fiſtula. Patriæ redditus, climati frigido & humido, hanc ſponte reclueſam ſenſit, ſanationemque iterum recepit in Hiſpania, per totidem annorum ſpatium.* Quod confirmat ſimili hiſtoria Olaus Borrichius: *Vir*, ait, *generoſus ante hos viginti ſeptem annos infelici lapſu crus perfregit: Chirurgi advocati, licet diu tricantes, nequiere ita ſolidare vulnus, ut non perpetuo ſtillicidio ichor inde emanaret, deſinente in fiſtulam plaga. Poſt annos aliquot Madritum legatur, neglecta propterea, propter longi ſubſellii negotia, curá illa intentiore corporis: advertit tamen, elapſis aliquot menſibus, ſponte ſtare ſerum inviſum, nec amplius profluere quicquam triennio integro & quod excurrit. Ut rediit Haſſniam, paulatim aperitur fiſtula, & more vetere, ſero quotidie madet ad annos aliquot. Iterum in Hiſpaniam negotiorum cauſa mittitur; iterum coit vulnus, nec toto ſexennio, quamdiu Madriti ſubſtitit, ſcatuerit quicquam. Tandem redditus Patriæ, in paucis menſibus apertum rurſus foramen videt, quod hodieque vendum coiit.* Sed plane ſingulare atque admirabile, & quod, ut ipſe fatetur, unius teſtimonio vix credi poſſe videtur, eſt, quod narrat Walter in Periegeſi *Anſonis; fuiſſe in navi ſua emeritum Militem, qui ante 50. annos, in prælio ad flumen Boynæ in Irlandia, aliquot vulnera acceperat: hæc vulnera, licet tunc ſtatim perſanata fuerint, & curatus deinde tot annis optime valuerit, tamen in hoc æere marino, ex quo etiam ſcorbutum contraxerit, omnia recruduiſſe, eo habitu conſpicienda, quaſi adhuc recentia forent, neque unquam coiiſſent; quin adeo callus, quo fractum crus iterum coaluerat, deprehenſus fuit ita colliquefactus, ac ſi fractura recens accidiſſet.*

§. XXIX.

Atmosphæram autem, & per hanc humana quoque corpora

pora alterare, certa ſigna mutationum præbere, videntur præter Solem, etiam alia ſidera, maximeque Luna; Ita, ut aſtrorum influxus, ſtellarumque certo loco poſitarum vires, nunc mitius, nunc vehementius, hæc inferiora adficiant. Haud equidem ignoro, hanc a multis hypotheſin improbari, ac ſibilari, at hi non ſatis nec perſpiciunt, nec perpendunt, quæ & quanta ſit varietas cùm medicamentorum, tùm morborum diverſis in Regnis, regionibus, & climatibus, quæ profecto ex ſola Soli natura, ingenioque, nunquam diſtincte explicari poterit: Bene de hac re ſcribit Vir exquiſitæ doctrinæ Richardus Mead *in Libello de imperio Solis ac Lunæ in corpora humana: Hoc etiam ſciendum*, inquit, *ſuas quaque vires ſortita eſſe & reliqua ſidera, quæ quamvis ſolis lunæque actionem non æquent, conſpirant tamen variis modis ad horum influxus in corpora noſtra augendos vel minuendos: Et tanti ſane momenti ſint hujusmodi concurſus, ut extra dubium ſit, his quandoque acceptam referri debere ſubitam & occultam morborum gentibus univerſis ingruentium vim.* Adſtipulatur quadantenus Vir perſpicaciſſimus & judicandi facultate inſtructiſſimus, Hermannus Boerhavius, quando in Elementis Chemiæ, *ut ſingularia quædam*, inquit, *& raro contingentia phænomena fiant, operari inprimis poterunt Cometæ, Meteora, Planetarum aſpectus, ſtellæ forte ipſæ, quorum notabiles poſſint eſſe actiones rationis attractionis repulſuque, tum & reſpectu caloris, lucis, frigoris, denique & intuitu ipſorum effluviorum, quæ generant, & emittunt.* Similiter *Illuſtris Archiater & elegantiſſime Doctus Medicus*, Paulus Gottlieb Werlhof, in pulcherrimis Obſervationibus de febribus de periodicis atmoſpheræ, atque hinc pedentibus animalis œconomiæ, morborumque motibus, ingenioſiſſime philoſophatur.

§. XXX.

Quæ, ut exemplis clariora fiant atque confirmentur, inprimis Richardus Mead, caſibus in medium allatis, de comitiali morbo, de mania, vertigine, hyſtericis affectibus, paralyſi, catameniis Mulierum, deque Virorum hæmorrhagiis periodicis, de fluore albo, ulceribus, nephriticis dolo-

stantibus excitari, juniperinis ficiliect & faginis, interdum & querciuis: Cæpites bituminofos (Torf) non æque commodos, nifi magna dexteritate, accendantur. Qua in re continentem habet Bunoxen, limiliter Turfas cum Lithantraclibus ad hunc ufum, improbantem; quod quidem de impuris hetetogeneisque huic cæpiti adhærentibus, intelligere par eft: Alias enim hæc terra Torf dicta, laudes haud exiguas meretur. Namque, etfi Cajus Plinius *Major* infelicem dicat gentem, quæ materiem fuam urat, tamen Muxbius reperit, fumum hujus cæpitis fulphureum, phthifi laborantibus, pluritimum conducere. Regiones igitur, in quibus frequenter comburitur, a tabe pulmonari fere immunes effe, obfervatur. Mirifice quoque hanc gleb am laudat Synapius, aitque, *fi quis eam Spagyrice anatomizare noverit, habiturum effe liquorem meraicarbuticum incomparabilem, reperturumque, terram Torf non minus ad officinas Pharmacopæorum, quam ad furnos & culinam fpectare.*

§. XXVII.

VII^o. Hæc de Proventibus fpectaminis loco fufficiant. Ordinis ratio jam ducit ad contemplandam differentiam, quæ naſcitur *ex Aere & Atmofphæra*: Quorum fane maxima eſt poteſtas in omibus, quæ corpori accidunt, ficut inprimis egregie particulatim exponit Eximius Boerrhavius, *in Elementis Chemiæ*. Ita enim natura comparatum eſt, ut cœlo habitationis confinites neceſſario omnes evadamus, ingeniaque hominum, ad fimilitudinem cœli fint formata. Hæc namque, & non alia ulla, caufa eſt, ex fententia Polybii, cur pro varietate nationum, & prout quoque à fe invicem longiſſimis diſtant intervallis, ita plurimum inter fe morbus, formis, coloribus, maxima denique parte inſtitutorum, mortales differant. Hic primo loco notari meretur, populos æ'rem haurientes non ferenum, fed craſſum, & valde humidum, admodum graves edere verborum fonos: Sicut Marcus Vitruvius Pollio, & fpeciatim de Phafianis commemorat Hyppocrates. Similiter Anglis, obtervante Claromontio, ob æthem obfcuriorem, denſioremque ferme

mirum in illis regionibus, ubi tempora anni non magnas fiunt permutationes, five caloris, five frigoris, fed femper æqualia permanent, ibi propterea neque mens vehementer percellitur, neque corporis valida accidit mutatio: Si vero hæc contrario modo comparata fint, inde par eſt, iram exſperari, intellectum & calorem magis intendi, quam fi femper in eodem ſtatu res permaneant. Sic plerumque in Europa nationum homines inter fe diſſimiles fiunt, tam ratione magnitudinis, quam formæ, idque propterea, quod ibi magnæ ac frequentes accidant temporum anni mutationes: Nam & calores vehementes contingunt, & graves hyemes, & multi imbres, iterumque diuturnæ ficcitates, & plurimi venti; ex quibus multæ & omnimodæ fiunt permutationes. Ab iisdem rebus par eſt, generationem quoque in compactione lemmis aliam fieri, neque eandem in ætate atque in hyeme, in pluvioſo tempore atque in ficcitate, effe. Has ob cauſas videntur Europeorum formæ magis inter ſe differre, quam Africorum, itque magnitudine Corporum in linguis adeo civitatibus, quam maxime variare. De morbis autem eadem valet ratio: Nam & fcritas, & durities, & audacia, talque natura, innafcuntur: Nempe, ubi frequentes accidunt mentis perculſiones, feritatem inducunt, & manfuetudinem lenitatemque fuppriminnt: Contra, ab eo, quod femper ſimiles contingant temporum conſtitutiones, exiſtit pigritia animique remiſſio; ab eo vero, quod mutationes eveniant, tolerantia adverſitatum & laborum. Porro, a quiete pigritiaque augetur timiditas, contra ab adverſitatum & laborum perpeſſione, vires & fortitudo. Et has ob cauſas, videntur animoſiores & bellicoſiores eſſe populi, Europam incolentes, quam Aſiam.

§. XXXII.

Æthem antequam dimittam, de Epidemicis, qui illum potiſſimum agnoſcunt autorem, morbis, pauca dicam, quoad a regionis natura & conditionibus hæc æthis vis & effectus diverſitatem nanciſcuntur. Etenim æth, aut potius atmoſphera, Chaos eſt univerſale, in quo omnis ferme generis corpuſcu-

ribus, aſthmate, febrium criſibus, pluribusque aliis, demonſtrat, quantæ mutationes, in animantium corporibus, comitentur novilunium ac plenilunium. Præ cæteris memorabilis eſt Hiſtoria, quam de Puero epileptico proponit: Hic erat 5. circiter annorum, & adeo graves miſerum torquebant convulſiones, ut conclamatum fere non ſemel jaceret corpus. Remediis tandem ægre ceſſit morbus: at poſt aliquot dies ingruebat denuo plenâ Lunâ, ſervantibus ſideris periodos ita conſtanter paroxysmis, ut maris æſtibus quotidie reſponderent. Suppreſſa ſemper erat vox & ablati ſenſus, affluentibus ad litora aquis, refluentibus his, ad ſe redibat æger. Animadvertit hoc ipſius Pater, habitat enim ad ripam Thamiſis, & magiſter eſt navigii onerarii, quæ circa fluvii curſus ſedulo ſervare ſolet: Conſtans vero adeo & ſtatus fuit reciprocantis mali ordo, ut de lecto non ſemel ſurrexerit parens ad ea, quæ ſui erant muneris, agenda, clamoribus filii, ſenſum diſcuſſa paroxismi vi recuperantis, e ſomno ſuſcitatus, & de refluxu fluminis certior factus. Mirum quoque eſt, quod refert Theodrus Kercringius, de Matrona quadam gallica, quæ tempore plenilunii facie prædita erat rotunda & ſane quam maxime formoſa, ſed decreſcente luna, oculi, naſus & os in unum latus vertebantur, ita, ut deformis admodum, in publicum prodire haud ſuſtineret, donec creſcente iterum luna, paulatim & ipſa rediret ad ſuum plenilunium & formæ ſuæ venuſtatem. Quæ, quum ita ſint, convenit etiam Medico contemplari, quem reſpectum habeat regio verſus aſtrorum poſitus, inprimisque verſus Lunæ iter, quo atmoſphæra mutatur, quæ tum præſertim fluxum refluxumque maris moderatur, ac effectus quosdam in corpora humana transmittit: Et apparet, non ſine ratione dixiſſe Hyppocratem, ipſam Aſtronomiam haud parum conferre ad Medicinam cognoſcendam faciendamve, ſed omnino plurimum.

§. XXXI.

Denique in univerſum exiſtit diverſitas corporum a viciſſitudinibus, quas ſubit conſtitutio aëris & atmoſphæræ. Nimirum

ferme communis eſt vocis raucitas, & qui claro & acuto ſono modulentur, illic paucos reperies. Atque hunc metum, ne vocis ſuavitas ab aëre tali detrimentum capiat, Cantores, Cantricesque Italæ prætexunt ut cauſam, quare ægerrime in Angliam transfretare velint, licet honeſtiſſimæ ipſis lautiſſimæque offerantur conditiones, & magni haberentur, tum ingentes ſibi opes comparare poſſent. Neque minus in aliis plurimis occidentalis maris accolis gentibus, ut Batavis, Friſonibus, Cimbris, Dithmarſis, cæteris, eandem ex pari cauſa deprehendere licet gravitatem vocis ita, ut ſolo verborum ſono hæ nationes ab aliis diſcerni queant. Porro, ab aëre Angliæ, fere ſemper nebuloſo craſſoque, Claromontius originem ducit morborum ibidem longorum, atque utplurimum haud ſanabilium: Eidem cauſam tribuit, quod febres ibi ſine typo exiſtant, quodque aut nullæ, vel imperfectæ admodum in acutis morbis criſes eveniant, lenti in febribus & incerti motus, apparentiumque fallacia, & ſumma judicandi difficultas, accidant. Enimvero ſunt, qui haud absque ratione exiſtiment, pendulis nubibus, obſcuratum aërem, multo magis ſanitati contrarium eſſe, quam quum toto cœlo ruunt nimbi: Videatur Claromontius & Hyppocrates. Limitat hæc quidem Mundius (a), *Certe*, inquiens, *nebulæ, quæ particulis mere aqueis conſtant, licet aërem obſcurent, tamen innocentes ſunt, aut leviter peccant: at frequentius in earum ſinu fœdæ quædam impuritates hoſpitantur, & unæ ſublimes feruntur, quæ interdum tetro nebulæ odore, alias gravi aliquo effectu ſuam malitiam produnt.* Quæ licet concedantur, nihilo tamen minus, quæ ſolis in inferiora vim & actionem impediunt aut perturbant nebulæ ſive nubes, hactenus certe damnis mulctant terricolas; id quod profecto ſuam meretur attentionem.

§. XXVIII.

Memorabilis porro eſt differentia Aëris humidi & ſicci. Narrat Riedlinus, Juvenem a pueritia ulceribus manus dextræ, ſpinaque ventoſa laborantem, omnibus Chirurgorum

(a) In Operib. Medico-phyſicis pag. 41.

UB Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg Frankfurt am Main
DFG

nium vitæ, genus alacrius reddit, promovet omnes Artes; sive bonæ sint, sive malæ, acuit amplificatque ingenium, exercet ac perficit corpus: item confert ad abundantiam rerum quarumlibet, ad colligendas fordes, lutum, excrementa, ad copiosiores omnis generis, præsertim humanas & animales, exhalationes, earundemque communicationem (a). Unde in celebritate hominum, par est, frequentiores, perjoresque, cum ab ipsis sibi invicem hominibus, inferri morbos, tum per imporum hominum animantiumve, aut alia-rum rerum, & exhalationum contagia, multiplicari, excitari, communicari. Sed & plus opis adversus hæc mala tunc exspectandum esse, credibile est; Contra, in paucitate Habitatorum hæc alio modo comparata esse, facile patet.

§. XXXIV.

Sic, aërem ruralem & loca rusticana esse salubriora, temperaque præferenda oppidanis, haud immerito censetur: Siquidem aër in urbibus, & quidem majoribus, ob vaporum & exhalationum varietatem & copiam, in corruptionem ac putredinem maxime pronus est; & magnis urbibus incumbens aër, fumosis variisque aliis particulis heterogenis imprægnatus est. Similiter ab aëre, cattorum fordibus, inquinato, Cattenses febres oriri solent. Vidit Muysius numerosum exercitum, qui, præ imbecillitate, ex ea ægritudine cattensium febrium contracta, vallum ducere arcentia traductus, cito reconvaluit, & omnes fere vegeti & ad militaria munia intra paucos dies rite subeunda, apti obtervabantur. Pariter loca, ubi cadaverum acervi congesti, vel quæ sepulturæ destinata sunt, uti Cœmeteria, gravibus ex-pe damnis valetudinem civium l. vicinorum lædunt. Sæpius enim observatum est, homines prope Cœmeteriorum habitantes, iis præsertim temporibus, quibus terra fusos in altum dimittit halitus, repente in varios incidisse morbos, aut eos, qui rebus sacris in templo interfuere, ubi mortuorum exu-

(a) Videatur Heisterr Disputatio Inaug. de Principum cura circa salutem subditorum.

§. XXXIV.

Sic, aërem ruralem & loca rusticana esse salubriora, temperaque præferenda oppidanis, haud immerito censetur: Siquidem aër in urbibus, & quidem majoribus, ob vaporum & exhalationum varietatem & copiam, in corruptionem ac putredinem maxime pronus est; & magnis urbibus incumbens aër, fumosis variisque aliis particulis heterogenis imprægnatus est. Similiter ab aëre, cattorum fordibus, inquinato, Cattenses febres oriri solent. Vidit Muysius numerosum exercitum, qui, præ imbecillitate, ex ea ægritudine cattensium febrium contracta, vallum ducere arcentia traductus, cito reconvaluit, & omnes fere vegeti & ad militaria munia intra paucos dies rite subeunda, apti obtervabantur. Pariter loca, ubi cadaverum acervi congesti, vel quæ sepulturæ destinata sunt, uti Cœmeteria, gravibus expe damnis valetudinem civium l. vicinorum lædunt. Sæpius enim observatum est, homines prope Cœmeteriorum habitantes, iis præsertim temporibus, quibus terra fusos in altum dimittit halitus, repente in varios incidisse morbos, aut eos, qui rebus sacris in templo interfuere, ubi mortuorum exu-

§. XXXIV.

Sic, aërem ruralem & loca rusticana esse salubriora, temperaque præferenda oppidanis, haud immerito censetur: Siquidem aër in urbibus, & quidem majoribus, ob vaporum & exhalationum varietatem & copiam, in corruptionem ac putredinem maxime pronus est; & magnis urbibus incumbens aër, fumosis variisque aliis particulis heterogenis imprægnatus est. Similiter ab aëre, cattorum fordibus, inquinato, Cattenses febres oriri solent. Vidit Muysius numerosum exercitum, qui, præ imbecillitate, ex ea ægritudine cattensium febrium contracta, vallum ducere arcentia traductus, cito reconvaluit, & omnes fere vegeti & ad militaria munia intra paucos dies rite subeunda, apti obtervabantur. Pariter loca, ubi cadaverum acervi congesti, vel quæ sepulturæ destinata sunt, uti Cœmeteria, gravibus expe damnis valetudinem civium l. vicinorum lædunt. Sæpius enim observatum est, homines prope Cœmeteriorum habitantes, iis præsertim temporibus, quibus terra fusos in altum dimittit halitus, repente in varios incidisse morbos, aut eos, qui rebus sacris in templo interfuere, ubi mortuorum exu-

(a) Videatur Heisterr Disputatio Inaug. de Principum cura circa salutem subditorum.

COROLLARIA.

I. Fallum est tendines & aponeuroles sensibiles esse.

II. Impossibile est, periostеum, quatenus nullos recipit nervos, & propago partis insensibilis est, irritabile esse.

III. Limitanda sunt generaliter, quæ plerumque de sensibilitate & insensibilitate membranarum traduntur.

IV. Reflectio celeris per analeptica fit mediantibus vasis reforbentibus.

V. Causa efficiens morborum non est anima, sed corporis mechanismus.

VI. Methodus Variolas per inoculationem communicandi, laudabilis est.

VII. Dantur specifica.

que quod ad publica balnea attinet. Sanitatis rationes quoque pervertit mos Bachanaliorum; nam, quum iis in omne voluptatum adeoque libidinum genus complures, laxatis quasi habenis, ruant, necessario multa inde & varia in valetudinem, ipsamque adeo vitam, redundantia mala reportant; Sicut in Russis contingere, apud Hodœporos, Olearium, Weberum, Petrum van Haven, cæteros, non sine stupore animadvertere licet. Lupanaria publica permittendo, quam male consulatur valetudini, liquido demonstravit, Georg. Franc. de Franckenau.

§. XXXVII.

Huc quoque Artes Professionesque referri possunt, quæ in regione vel loco potissimum exercentur ac florent. Has enim pariter statum valetudinis, corporumque conditiones variare, manifestum est, quandoquidem & corpus & animum diversimode movent atque adficiunt, partim etiam a rebus, quæ tractantur, noxam & morbos concipi vel earundem effluviis dimissis, aërem corrumpi posse, inprimis egregie explicat Bernardinus Ramazzinus in *Libro de Morbis Opificum.* Sic, quæ nationes rem nauticam præcipue exercent, ut Britanni, Batavi, Dani, aliique maritimi populi, scorbuto, cachochymia, putridisque morbis, præ cæteris, vexantur: Quæ metallis potissimum dant operam, vel ut in Hercyniis, Metalliferisque Saxonicis, Bohemicis, cæteris tractibus, convulsivis maxime morbis nervorum & pectoris, colicisve doloribus conflictantur, ut ipse observavi in tractu Harcico, ditionis Hanoveranæ. Cavendum est, Judice Heistero, ne intra mœnia tolerentur ii Artifices, quorum officinæ aut tabernæ, graves, insalubres, tetrosque spirant halitus: uti sunt Coriarii, Fullones, Cetarii, Salsamentarii, Casearii, Olearii, Saponarei, Figuli, Laniones & similes; qui omnes vicinam late infestant nidore fœtidissimo atque adversissimo.

§. XXXVIII.

XI^mo. denique, quo perfectius intelligantur rationes om-

omnes, quibus diversarum regionum ac locorum incolæ differant a se invicem, vel adeo unius ejusdemque regionis homines inter sese, conven t etiam animum attendere ad *Politiam* gentis & regionis, hoc est ad Religiones, Leges, & Instituta civilia, quibus a se invicem distincti sunt populi. Olim imbellis erat Asiatica natio, etiam propter leges, quibus parere oportebat, quandoquidem duro subjecta Regio erat imperio: Contra Europæi, præsertim Græci, quia suo jure vivebant, fortes erant & bellicosi: Quin ipsi, qui in Asia, Græci, pariter ac Barbari, liberi erant a Regia dominatione, virtute admodum præstabant. Nam liberæ gentes, quum pro se ipsis pericula belli perferant, ipsique tam præmia fortitudinis, quam timiditatis atque ignaviæ pœnas referant; propterea alacriter bella suscipiunt, fortiterque gerunt. Sed ubi servitute premuntur animi, quum, si quid fortiter feliciterque gesserint, Dominis inde proveniant commoda, ipsis vero, præter graves militiæ labores, pericula, vulnera, ac cædes, parum aut nihil redundet; eam ob rem non id curant, quo in bellicis artibus se exerceant, sed potius hoc, ne videantur esse bellicosi: Hoc de antiquis temporibus tradit Hyppocrates. At vice versa hodie, postquam Græcia sub dominationem concessit Turcarum, fortitudinis laude jam pridem caret. De Suecis annotat Cajus Julius Cæsar (a) Libertatem vitæ, quod a pueris nullo officio, vel disciplina assuefacti, nihil omnino contra voluntatem facerent, & vires aluisse, & immani corporum magnitudine effeciisse homines. Similiter in libertate præcipuam omnium causam ponit Synapius, quod natio Polonica aliis nationibus Europæis vivacior, validior, durabilior fit: Unde eum tandem animi impetum concipit, ut exclamet

Vivat ergo libertas, Vivat vigor & generositas
inclytæ nationis Polonæ.

Idem valet de nostra Helvetia, ut inter omnes constat; applicari hæc quoque poterunt ad Britannos, Batavosque &c.

§. XXXIX.

(a) In bello Gallico Lib. IV. Cap. I.

UB Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg Frankfurt am Main
DFG

UB Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg Frankfurt am Main DFG

miisque Libris de Peſte, & de Variolis luculenter demonſtrarunt.

§. XXXVI.

X^mo. Quantum inſtituta, Mores, & conſuetudines locorum valeant ad conſtituendam atque immutandam valetudinem, & ad varianda corpora, veterum exemplis populorum pulchre oſtendit HYPPOCRATES: recentiorum vero populorum exemplis, idem declarat, Anglorum quidem, CAR. CLAROMONTIUS: Danorum THOM. BARTHOLINUS; Polonorum, MICH. ALOYSIUS SYNAPIUS; noſtrorum Germanorum veterum pariter ac hodiernorum, HERM. CONRINGIUS. Ita hic docet, ex eo quod veterum Germanorum vita omnis in venationibus atque in ſtudiis rei militaris conſtitit, tantum illis virium ac valetudinis natum fuiſſe, idem etiam valet de Helvetis: Laudat HEISTERUS morem illum in quamplurimis Germaniæ civitatibus receptum, quo cives quotannis orbem l. aves ex ligno conſtructas, globulis plumbeis petendo, pro præmiis privilegiorum quorundam & immunitatum a publicis oneribus decertant, idque in majoribus urbibus multa cum pompa peragunt: hoc enim arbitratur valetudini quoque conducere, maxime quidem eam ob cauſam, quia animos recreat atque reficit. Ante omnia vero inſignem ipſi commendationem mereri exiſtimantur Ludi, qui in celebrioribus urbibus vigent, ſcenici, a quibus abeſt obſcœnitas, & Dramata muſica: quippe quæ oculos ſpectaculo, aures muſica, animum fabulis mirifice oblectant. Quod calidiorum regionum populis in more poſitum eſt, ut balneis, iisque publicis, frequenter utantur, id hoc ſimul ſecum fert incommodi, ut ingruentibus, quemadmodum ſæpe fit, morbis popularibus, contagia promptius celeriusque & latius ſpargantur. Tali modo factum eſt Anno circiter 1577. ut Brunna Moraviæ, ex unica balneatoris officina, quæ gallico morbo infectum ſuſceperat, tota hac calamitate impleretur. Putatque HOFFMANNUS, hanc cauſam eſſe, cur balneorum uſus, in Germania olim etiam frequentiſſimus, multis in locis exſpiravit, indiesque magis exſpirat, uti-

vias terræ mandare mos eſt, ſubitis fuiſſe conflictatos ægritudinibus; idque potiſſimum accidiſſe ſequioris ſexus hominibus, propterea, quod propinquiorem ſepulchris ſedem occupare ſoleant. Quemadmodum latius exponit Joh. CHRISTOPH. ERNLICHIUS.

§. XXXV.

Commercia, quæ genti cum finitimis aliisve intercedunt, multiplicem pariunt differentiam regionum, dum peregrinum invehunt victum, cultumque, mores, morbos, medicinam; unde mirum quantum mutantur corpora, & valetudo. Hoc præclare oſtendunt de Germanis, HERMANNUS CONRINGIUS *in egregio Libro de Germanicorum Corp. habitu ac morbis ejusd. ac novis cauſis*, & de Danis Norvegisque THOMAS BARTHOLINUS *in Opere de Medicina Danorum domeſtica*: Etſi vero perſepe fanitati labes per commercia afferatur, præſertim introductis pravis vivendi, victitandi, veſtiendique conſuetudinibus; tamen peregrinis, Patriæ ſuæ neceſſitati, furtis caminisque & pavimentis, conſuliſſe Regem Norvegiæ Olai, ANNOTAT BARTHOLINUS. Camitos ſine dubio antea quoque in uſu habuerunt Norvegi, ſicut alii populi, ipſique

Vernales, cumprimis ex intermittentium genere, quarum cauſa tum male in ætrem regici videtur, judice HOFFMANNO, multumque a vero curationis ſcopo aberrat, ſi vitium illud, in dixta commiſſum, negligatur. Poſtremo lepidum eſt, quod Muhammedani Religione ſua impediantur, quo minus civibus uti poſſint: Qua obſcenas partes denudare pro-

§. XL.

Atque hæc ſunt, quæ de diverſitate corporum, ſecundum diverſitatem regionum, Specimînis loco afferre, maxime neceſſarium duxi, plurima adhuc addere potuiſſem, ſi contra morem Academiarum diſſertationem hanc uberius extendere placuiſſet. Aliqua interim ex parte tamen, ex iis quæ dixi, apparet, quot rebus circumſtantibus intentum eſſe oporteat Medicum, ut ædæquata humanæ naturæ, & valetudinis cognitio, & huic ſuperſtructa vera medendi ſcientia comparetur. Benevolum Lectorem officiole rogo, ut hanc opellam æqui bonique conſulat!

§. XXXIX.

Quod ad Religionem attinet, ſupra jam annotatum eſt ex CHARDINO, quod Muhammetanis, quibus vinum interdictum eſt, id eorum valetudini conferre. Jejuniorum ſtata tempora his pariter ac Judæis, & Chriſtianorum nonnullis cœtibus, aliisque religionibus præſcripta, varie ſe habent ad ſanitatem, prout ea vel laxius obſervantur, ita ut tantum carnibus abſtinere oporteat, ſed piſcibus, ovisque & lacticiniis veſci permiſſum ſit; vel omnis cibus ex animantium genere ortum ducens, vetitus eſt, ſolusque vegetabilis conceſſus, ut Gymnoſophiſtis, ſic dictis. FABRICIUS quidem BADUANIUS autumat, quia tempore Veris maxime temperantia in victu opus eſt, propterea recte & ſapientiſſime Eccleſiam Romanam iſto tempore Jejunium Quadrageſimæ ordinaſſe. Severioris jejunii legibus adſtricti ſunt Græci, Ruſſi, Armeni, & quotquot Eccleſiæ Græcanicæ ritum ſequuntur; Hi ſolo pane, cum alliis, cepis, braſſica ſale macerata, cucumeribus, ſimilibusque tempore Jejunii victitare neceſſum habent; Carnes enim, ova, lac, butyrum tunc ipſis plane negata ſunt. Hac de cauſa Ruſſos opus habere, ſpiritus ſtillatitios largioribus hauſtibus aſſumere, ex ſententia Medicorum cenſet PETRUS VAN HAVEN, additque experientiam docere, quod pauci illi, inter eosdem abſtemii, brevis vitæ ſint, perpetuoque ſemimortuorum vultum præ ſe ferant: Adeoque hanc eſſe rationem, cur in exercitibus Ruſſorum, licet omnium reliquorum ſumma fuerit penuria, tamen imprimis cura ſemper habita ſit, ne ſpiritus ſtillatitius deeſſet; quod, ſi Hoſtis hujus ſpiritus commeatum Ruſſorum exercitibus intercludere poſſit, ille facile reportaret victoriam. Simul autem facile perſpicitur, ſi illi, qui tali tenuiſſimo uſi ſunt victu, poſtea morbo corripiantur, iis certe male conſuli purgationibus ſive ſanguinis miſſionibus, quibus vires adhuc magis exhauriuntur. Conſueſcunt autem hanc abſtinentiam vel ante vel poſt quadrageſimam, compenſare intemperantia carnium, placentarum, aliorumve lautiorum ciborum: Unde accenduntur febres, quæ tum admodum frequentes evenire ſolent,

DISPUTATIONUM MEDICARUM
SEPTIMA,
DE
Respiratione, Usuque Pulmonum.

THESIS I.

Examinatis ordine aliquot Nutritioni famulantibus Functionibus, libet nunc *Respirationis* naturam investigare.

II.

Respirationem Vitæ hominis naturali absolutè necessariam evincit Mors eandem interceptam mox excipiens, comitansve; quando scilicet in strangulatione ac suffocatione aut extrinsecùs stringuntur, aut intrinsecùs opplentur fauces.

III.

Respirationis *Materia* est *Aër*, qui per os vel nares asperam Pulmonum arteriam ingreditur inspiratus, & vicissim per easdem vias ipsam egreditur expiratus.

IV.

Constat enim duabus Respiratio partibus, *Inspiratione* atque *Expiratione*, iisque alternatim reciprocantibus.

V.

Quamvis autem in prædictis, tanquam Sensu notis, nulla fortè occurrat difficultas, occurrit tamen gravis in *modo* & *vi*, quibus inspiratur, expiraturque mutuò per viam eandem Aër: Neque enim super hâc re satis inter se conveniunt Medici & Anatomici. Ut proinde in re dubiâ & rixarum plenâ propositam difficultatem solvamus fœliciùs, methodum sequemur in illius deductione Analyticam, inchoando scilicet ab effectis, in Sensus externos incurrentibus, & hactenus nobis notioribus, quippe priùs ac per se

innoteſcentibus; & pergendo gradatim ad Cauſas, ſoli Rationi per Ratiocinationem patentes, & hactenus nobis minùs, quia poſteriùs ac per conſequentiam demum notas.

VI.

Binorum ergò Senſuum, Visûs & Tactûs, ampliſſimo teſtimonio conſtat, unicuique ſaltem volenti, & imprimis dum decumbit ſemet ipſum attentè obſervanti conſtare poterit 1°. In Aëris inſpiratione, ac præſertim pro lubitu auctiore, attolli, hoc eſt, ſurſum, extrorſumque moveri thoracem; abdomen verò foràs propelli. 2°. In Aëris expiratione ſimiliter auctiore introrſum ac deorſum cogi, atque adeò deprimi thoracem; abdomen verò intrò compelli. VII.

Ex quibus Senſu, Experientiâque manifeſtis; tanquam Datis, ſequenti ratione ratiocinabatur porrò Mens noſtra.

VIII.

A pectoris muſculis dum attollitur Thorax; à Diaphragmate autem contracto dum deorſum ac extrorſum propelluntur Abdominis viſcera, (hæc verò ab illis ita cieri eàdem teſtatur Experientia) neceſſariò amplior redditur Thoracis Cavitas.

IX.

Hanc Thoracis cavitatem ampliorem factam ut repleant ipſi contigui Pulmones, explicantur quaquaverſum, utpote laudatâ Experientiâ teſte Spongioſi, & flexiles, adeoque explicationi prædictæ aptiſſimi. X.

Pulmonum verò explicationem comitatur neceſſario Cavernularum in ipſis exiſtentium ſimilis expanſio & hiatus major.

XI.

Hiatum denique hunc ingreditur atque implet Aër externus interno, inque aſperâ Pulmonum arteriâ contento continuus.

XII.

Concludimus proinde *Aërem* in ſui Inſpiratione *ingredi Pulmones, quia explicantur*; neutiquam verò dilatari aut explicari Pulmones, quòd Aër ipſos ingrediatur.

XIII.

Rurſus. A Muſculis ſuis dum coarctatur Abdomen, introrſum & ſurſum urgentur concluſa hypochondriis viſcera, & cum ipſis Diaphragma; eâdemque operâ deorſum ac introrſum trahitur Thorax, (hæc autem ita fieri memoratâ conſtat Experientiâ) interior Thoracis coarctatur Cavitas. XIV. Hanc

XIV.

Hanc Cavitatis Thoracis coarctationem compressi coguntur sequi Pulmones, qui proinde similiter coarctantur.

XV.

Pulmonum autem compressionem & coarctationem consequitur necessariò Cavernularum in Ipsis existentium angustia.

XVI.

Ex angustatis tandem Pulmonum Cavernulis foràs exprimitur iterum necessariò Aër modò per Inspirationem ingressus.

XVII.

Concludimus idcircò *Aërem* denuò *egredi Pulmones, quoniam compressi coarctantur*; neutiquam verò contrahi Pulmones ob Aëris egressum.

XVIII.

Atque talis quidem fuit Mentis nostræ Ratiocinatio, visa nobis valdè probabilis & verosimillima; quam interim pro verâ, probatâque non habuimus, donec eam confirmasset, sicque nos & alios certiores fecisset ulterior Experientia.

XIX.

Instituimus ergo in hunc finem non unam Brutorum Viventium dissectionem, atque pro modulo nostro satis accuratè singula examinantes comperimus, 1°. sensibus manifestam Thoracis elevationem, explicationemque in Inspiratione.

XX.

2°. Ejusdem Thoracis depressionem, detractionemve, atque complicationem in Expiratione.

XXI.

3°. Musculorum abdominis Contractionem ac tensionem, viscerumque in ipso contentorum versus Diaphragma, Diaphragmatis verò versus Thoracis interiora compulsionem in Expiratione.

XXII.

4°. Diaphragmatis motum proprium deorsum cum notabili sui explicatione, viscerumque abdominis deorsum, extrorsumque factâ propulsione, idque in Inspiratione.

XXIII.

5°. Ejusdem Diaphragmatis motum alterum, itidemque proprium, & priori adversum, utpote sursum latum, cum insigni satis corporis sui complicatione & coarctatione, atque (discissis etiam & quiescentibus proinde abdominis musculis) contentorum in

Thorace introrsum & sursum factâ compulsione, idque in Expiratione.

XXIV.

6°. Pulmones, quantum saltem hactenus ex autopsiâ assequi valuimus, Membranæ Costas succingenti, ut & Diaphragmati integris & illæsis, quamdiu scilicet supereſt aliqua Respiratio, contiguos, nec ab illis, nisi alicubi ita vulneratis & sauciatis, ut per patens vulnus pateat liber aëri externo aditus, secedentes, atque æquè ac in morte collabentes. Observantur quippe Pulmones costis prius quasi agglutinati per vulnus inflictum eruptionem tentare, mox verò, in vulnere ni hæreant, concidere, nec ampliùs, nisi vulnere iterum occluso, obturatove explicari.

XXV.

7°. Inflatos per tubulum in asperam arteriam immissum Pulmones valdè explicari, eosdem verò cessante inflatione sibi relictos mox iterum concidere, ac sponte ad priorem molem naturalem redire.

XXVI.

8°. Pulmones eosdem, si contrà per eundem tubulum exugatur fortiùs concluſus in ipsis aër, coarctari multum intra molem naturalem, ad quam sponte tamen relabuntur sibi relicti.

XXVII.

Ex hoc autem gemino per tubulum instituto in Pulmonibus experimento sic ulteriùs ratiocinabamur. Mediocris cùm sit moles Pulmonum naturalis, & ab illâ tum ex pandendo, tum coarctando per vim externam abduci queant benè multum, mox verò sibi redditi & ablatâ vi externâ ad mediocritatem pristinam redeant sponte, probabile fit *omnem Motum extra vel intra molem naturalem Pulmonibus contingentem ab externâ deducendum causâ.*

XXVIII.

Quòd si Causæ forinsecùs ipsis advenienti Motum suum debeant Pulmones, petendus is erit *aut à re ipsos subeunte, aut à re ipsos ambiente.*

XXIX.

Pulmones autem ingredi observantur, 1°. Sanguis è contracto Cordis ventriculo dextro per arteriam ab ipsis Pulmonalem dictam eructatus. 2°. Aër per arteriam asperam in Ipsos inspiratus. Eosdem 3°. per nervos ingredi Animales spiritus ex consequentiâ habemus.

XXX.

Quamvis autem 1°. permaneat in aperto per vulnus thorace Cordis motus, Ventriculique dextri æquè ac sinistri contractio, Sangui-

Sanguinisque adeò per arteriam pulmonalem in Pulmones propulsio, nulla tamen in Pulmonibus observatur expansio.

XXXI.

Unde Pulmones ab impulso in Ipsos sanguine non expandi concludimus. XXXII.

Quamvis rursus 2°. pateat læso Thorace aut Diaphragmate Aëri per Nares hinc & fauces in asperam arteriam ingressus, attamen ne sic quidem observantur expandi, explicarique Pulmones.

XXXIII.

Vnde similiter Pulmones ab Aëre ipsos subeunte non expandi concludimus. XXXIV.

Quamvis tandem 3°. illæsi perseverent Pulmonum Nervi, ac proinde non denegetur ad ipsos Spirituum animalium affluxus, vulnerato tamen Thorace non expanduntur ampliùs Pulmones.

XXXV.

Unde itidem Pulmones à Spiritibus animalibus per nervos allabentibus non expandi concludimus.

XXXVI.

Si proinde *à re Pulmones ingrediente non fiat Pulmonum expansio, expandentur ipsi à re eosdem ambiente.*

XXXVII.

Ambiunt autem Pulmones proximè pleurâ investitæ Costæ atque Diaphragma. XXXVIII.

Ad Costarum ergò *sive Thoracis & Diaphragmatis motum*, explicationemque *consequi Pulmonum explicationem*, atque expansionem concludimus. XXXIX.

Hanc Conclusionem confirmant superiùs allata experimenta bina sibi opposita, Pulmonum puta durante Thoracis & Diaphragmatis integritate explicatorum; Eorundemque ad alterutrius harumce partium aditum in Thoracis cavitatem liberum aëri præstans vulnus concidentium & collabentium.

XL.

Unde sic ampliùs argumentabamur. Quo posito ponitur, & sublato tollitur aliquis effectus; id omninò habendum pro efficiente illius effectûs causâ.

Atqui positâ motorum Thoracis & Diaphragmatis secundum sui continuitatem integritate, ponitur Pulmonum expansio: sublatâ verò eâdem illorum motorum per inflictum vulnus integritate, tollitur, cessatque Pulmonum expansio. Ergò

Ergò Thoracis & Diaphragmatis motorum ſecundùm ſui continuitatem integritas pro Efficiente Causâ eſt habenda Expanſionis Pulmonum. XLI.

Movebuntur proinde in ſui explicatione, hinc & contractione Pulmones ad reciprocum Thoracis & Diaphragmatis memoratum ſæpiùs motum; hoc eſt, Expandentur, explicabunturque Pulmones, quoties ſui elevatione Thorax, ſui verò depreſſione Diaphragma ſpatium ipſis præſtant, parantque in Pectore majus: Comprimentur verò, coarctabuntur, complicabunturque iidem Pulmones, quoties ſui depreſſione Thorax, ſui verò elevatione Diaphragma ſpatium ipſis faciunt in Pectore minus. Quod erat probandum. XLII.

Quoties verò explicantur, expandunturque Pulmones, toties ſpatium quoque majus efficitur in ipſorum ſubſtantiâ ſpongiosâ per aſperam arteriam cum faucibus, hinc per os & nares cum externo aëre communicans; Toties proinde Aër ambiens externus & interno continuus inſpiratur, hoc eſt, aſperam arteriam ingreditur & magis tunc patula Pulmonum explicatorum ſpatia implet. XLIII.

Quoties contrà complicantur, uti dictum, coarctanturque iidem Pulmones, toties ſpatium minus efficitur in eorundem ſubſtantiâ ſpongiosâ; toties proinde expiratur, hoc eſt, exprimitur denuò, propelliturque foràs per aſperam arteriam, hinc & os, vel nares inſpiratus priùs aër. Quod itidem erat probandum. XLIV.

Atque ſic Ratiocinatione, uti putamus, catenatâ, ſolidâque elicuiſſe ac eruiſſe nobis videmur *veram Cauſam & Rationem Motûs Pulmonum tam in Aëris Inſpiratione, quàm in reciprocâ ejuſdem Expiratione.* XLV.

Non moventur ergò Pulmones naturaliter motu proprio, verùm ſequuntur ipſi duntaxat Thoracis & Diaphragmatis motum: ſed *nec expanduntur Pulmones, quia implentur aëre, verùm aëre implentur, quia expanduntur.* XLVI.

Quamvis autem ſibi relicti (ut in Thoracis vulneribus magnis accidere docuimus per Experientiam) ſponte ſubſiderent, ſicque inſpiratum denuò expellerent aërem; non ſubſidunt tamen, donec ſubſidat Thorax, eleveturque Diaphragma, vel vulneretur alterutrum, Thorax præſertim. Quod accidit, ut vulgo loqui ſolent, fugâ vacui. XLVII. *Con-*

XLVII.

Contigua namque concluſa & mobilia non minùs moventur cum continentibus, quàm Continua. XLVIII.

Contigui autem ſunt in viventibus Thoraci ac Diaphragmati ſanis Pulmones, qui proinde in ſui explicatione ac complicatione utriuſque ſequuntur motum.

XLIX.

Aëri verò Interno Continuus eſt externus; qui proinde illius quoque motum ſequitur, pro re natâ nunc accedens, nunc recedens. L.

Hâc ratione ſi fiat Pulmonum motus, Aëriſque Inſpiratio & Expiratio, quæritur nunc meritò, *Quem in naturali vitâ præbeat homini Uſum Inſpiratus, Expiratuſque Aër.*

LI.

Certè utilem, imò neceſſariam eſſe homini Aëris Inſpirationem, Expirationemque vel inde patet, quòd alterutrâ impeditâ mox angatur, ſublatâ verò confeſtim è vivis tollatur homo.

LII.

Ut proinde Inſpirati, Expiratique Aëris ad vitam neceſſitas & utilitas cum Pulmonum Uſu evidentior fiat, fundamenti loco præmittendum, *Naturalem hominis Vitam pendere proximè ab Ignis in Corde accenſi*, hinc per arterias cum Sanguine quaquaverſum diſtributi *perpetuitate*; poſtquam ipſius extinctionem conſequitur ſtatim & ſemper mors. LIII.

Accendi ergo & ab extinctione præſervari debet Ignis ille Cordis vitalis ad Vitæ perennitatem.

LIV.

Accenditur & quidem perpetuò, (ſi veritatis manifeſtandæ, ac propagandæ ergo Conjecturas noſtras ulteriores, & poſteriores ſecundum id, quod Diſp. V. theſ. 48. inſinuavimus, publico examini ſubjicere licet, uti licere putamus) *Accenditur*, inquam *Ignis vitalis ex Sanguinis tum aſcendentis Bile amarâ imbuti, tum deſcendentis Lymphâ ſubacidâ referti in Cordis auriculâ dextrâ, hinc & ventriculo dextrò confluentis efferveſcentiâ.*

LV.

Hanc in Corde naturaliter excitatam Efferveſcentiam non valdè abſimilem cenſemus artificioſæ ex lixivio ſulphuri cuivis per cocturam juncto ad aceti vel vini acidiuſculi affuſionem productæ.

LVI. Pu-

LVI.

Putamus insuper multas partes igneas tum in acido Lymphæ Spiritu, tum in amaro Bilis sale lixivioso semper abundantes in conflictu illo à suis compedibus liberatas, erumpentesque aggredi & ingredi partem Sanguinis Butyrosam, illamque blandè accendendo calorem illum sensui nostro manifestum causare.

LVII.

Huic effervescentiæ, fervorique contemperando Inspirationem Aëris; halitibus verò tunc simul excitatis exterminandis Expirationem ejusdem opinamur dictatam.

LVIII.

Hujus Opinionis nostræ confirmationem petimus ex singularibus, quæ in Pulmonibus ipsis & Animalibus Pulmones habentibus occurrunt considerandæ.

LIX.

Nam ut de Nervis, ac Vasis Lymphaticis nunc sileamus, utpote nihil in Pulmonibus singularis ostentantibus; considerandum 1°. Solos Pulmones accipere Sanguinem & tantùm ex dextro Cordis ventriculo per arteriam suam Pulmonalem.

LX.

Considerandum 2°. Solos Pulmones remittere Sanguinem & tantùm ad Cordis auriculam sinistram & ventriculum sinistrum per venam suam itidem Pulmonalem dictam.

LXI.

Considerandum 3°. Solos Pulmones accepisse vas continuò patulum, Tracheam videlicet arteriam: cùm venæ lacteæ, quando nullum devehunt Chylum, ita sint coactæ atque coarctatæ, ut pro fibris habitæ sint olim, habeanturque adhuc hodie à non paucis præconceptæ Opinioni suæ, quàm veracibus Sensibus externis, aut illis consentienti Rationi plus tribuentibus.

LXII.

Considerandum 4°. Solùm Pulmones habere Animalia, quorum Cordi est annexus Ventriculus dexter.

LXIII.

Considerandum 5°. Animalia Pulmonibus prædita Calorem habere ac promere in suo & Corde & Corpore majorem, quàm cætera Pulmonibus destituta.

LXIV.

Considerandum 6. Insingulis Animalibus Pulmones habentibus pro Caloris in ipsorum Corde accremento aut decremento augeri, minuive Respirationem.

LXV. Un-

LXV.

ıde liquere videtur 1°. *in eundem Scopum collineare Ventriculi Cor-xtri, Pulmonumque productionem.*

LXVI.

Propter Ignem, hinc & Calorem auctiorem concessos iisdem Animali-m dextro Cordis ventriculo Pulmones.

LXVII.

Calorem proinde in Cordis ventriculo dextro excitatum majorem ri denuò & temperari in Pulmonibus ab Aëre inspirato.

LXVIII.

Huic usui inservire tum Arteriam, Venamque Pulmonalem Sanguini ati devehendo; tum Arteriam asperam Aëri æstum temperaturo per ationem admittendo, hinc & absolutâ temperatione rursum per expi-em emittendo destinatas.

LXIX.

ıâvi autem, quâve ratione temperet Sanguinis æstum inspi-aër, licet non demonstret, commonstrabit saltem ac quo-ıodo illustrabit accuratum Ignis vulgaris Fornace Chymicâ usi & ad sui conservationem præter pabulum Aërem quoque rantis examen, & cum Igne nostro vitali collatio amussitata.

LXX.

uemadmodum enim 1°. plus aëris requiritur Igni fumanti, nantive conservandi, minus prunæ: [illegible] plus aëris deperan-mperando Igni Cordis interno in Respirantibus animalibus ri, minus in Transirantibus duntaxat parciori.

LXXI.

emadmodum 2°. pro Ignis cujuslibet augmento vel decre-plus vel minus aëris requiritur; Sic pro aucto, diminutove vitalis incendio augetur, minuiturve in nobis Respiratio, ac inusve inspiratur expiraturve Aëris.

LXXII.

madmodum 3°. pro ipsius Aëris diversitate observamus plurimum Ignis externi vivacitatem; nam existente Aëre frigido & sicco magis luculentè, potentiusque ardere so-s, eodem autem existente turbido, æstuoso, & nebuloso, humidove, obscuriùs, debiliusque: sic ad ejusdem Aëris nes nominatas deprehendimus & Ignem Cordis internum sensibiliter, & Respirationem contingere variam; nam existen-

existente aëre sereno, frigido & sicco, vegetior est Ignis noster internus, proceditque Respiratio faciliùs; eodem autem existente turbido, æstuante, & pluvioso, hebetatur Ignis noster internus, proceditque Respiratio difficiliùs.

LXXIII.

Quemadmodum 4°. potentiùs ardere observamus Ignem fornace conclusum, quando non tantùm parte superiore liber est fumo exhalanti exitus, verùm insuper parte inferiore liber aëri aditus & accessus; Eundem contrà languescere, quando alterutra obturatur via, superior præsertim; extinguitur enim tunc paulò post Ignis: Sic vivacior exiltit Ignis noster vitalis, quando præter Transpirationem integra permanet Aëris Inspiratio & Expiratio; hebescit verò, quam primum alterutra vel minimum labefactatur; suffocatur denique, ubi Respiratio intercluditur. Quoniam verò eâdem viâ recedit aër, quâ priùs accesserat, idcircò cum fornacum Chymicarum fabricâ similitudinem majorem habent viæ, per quas in piscibus admittitur, emittiturque Aqua, quæ Ipsis esse solet loco Aëris à nobis respirati.

LXXIV.

Cùm autem ab inspirato aëre Sanguinis æstum concludamus temperatum, necesse est, ut aliquid ex aëre communicetur Sanguini, quod contrariam illi, quam in Corde accepit, producat in ipso mutationem, nempe quod blandè rarefactum blandiùs condenset, accensumque in ardore suo leniter compescat.

LXXV.

Nihil autem observatum est hactenus, quod *condensandi, hinc* æstum comprimendi vim habeat æque atque sal

LXXVI.

Salem proinde puriorem ac simpliciorem per aërem dispersum [illegible] *mur, eumque Copiosiorem hyeme aut hyemali ex tente aëris constitution*

LXXVII.

Hunc *salem* puriorem præ notis cæteris salibus omnibus *in N*[illegible] *tro abundantius concretum* testatur per notos Nitri effectus Experientia.

LXXVIII.

Concludimus igitur *Aërem Inspiratum ratione Salis sui purioris condensare denuò in Pulmonum Vasis Sanguinem in Cordis ventriculo dextro rarefactum, atque operâ eâdem reprimere æstum majorem in ipso simul excitatum: hunc que primarium esse Pulmonum, Respirationisque Usum.*

FINIS.

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS DE VENENIS eorumque ANTIDOTIS,

PRÆFATIO.

Corpus humanum rectissime Machinam omnium perfectissimam appellari, extra omne dubium positum est, eo, quod infinitam Summi Architectoris artem pro Auctore agnoscit, quam nulla humana ratio, imitari poterit: tam mirabiles enim effectus & conspirationes partium mutuæ in hac machina conspiciuntur, & perfectissimæ regulæ ac leges motuum ibi reperiuntur & inde addisci possunt, quæ omnia longissime quamcunque excellentissimam ullius hominis artem exsuperant; quam diu itaque in hac nostra Machina omnes partes solidæ ratione structuræ integræ ac salvæ sunt, & fluida quoque benigna temperie, ac justa quantitate constant, tamdiu non immerito sanitatem ac vitam adesse dicitur. Infinitæ licet sapientiæ Machina sit corpus humanum, nihilominus ratione materiæ est summe corrupti-

ruptibilis, & ratione ſtructuræ & unionis partium eſt valde mutabilis, & tandem deſtructibilis, ita, ut perquam facile integritate, mobilitate, ac denique vita privari poſſit: Medici equidem idcirco præcipuum eſt officium mutationem, deſtructionem, & corruptionem, in quam corpus humanum facillime ruit, avertere, & ejus Vitam diutius conſervare, quamvis non in ipſius poteſtate ſit, ſemper juvare, & corpus ab omni morborum afflictione, eo minus à morte ipſa illibatum ſervare; etenim omnes una manet mors, ſed mille viæ ad eam ducunt, mille pereundi modi toto occurrunt die opinione citius, & infelicius. Hiſce ſi VENENA adnumero, quæ tam inopinato, tam cito, & tam infelici modo ſumma partium tenuitate ſuas præſtant operationes, non errabo, quorum Naturæ & Medelæ inveſtigatione, ut paululum animum fatigem, cupido inceſſit, & licet vaſtiſſimum æquor & fere labyrinthum hic ingredi videar, viriumque defectus plurimos jam in limine deprehendam, certa tamen ſpe niſus, illud, quod ingenii viribus deeſt, æqui bonique Lectoris benevolentia reſarciet, & dum inter Venena verſor, Lectorem tela linguæ venenata à me avertere adiuturum confido.

CAPUT. I.

DE VENENIS IN GENERE.

§. I. Egregius ille Medicus Sennertus *Pract. lib. VI. p. 5. c. 2.* ſcribit: *ſunt rerum natalium ſpecies & à Deo creatæ, per ſe bonæ:* & quis hiſce verbis fidem denegabit, ſi in vera rerum naturalium contemplatione animum exerceat, ubi omnia in uſus hominum ſalutares condita inveniet, ſi modo vera inſtituta præparatione, juſto tempore, & adæquata doſi propinentur.

§. II. Receptum eſt in Medicina proverbium: *ubi virus, ibi virtus*; in medicam ſi trahimus conſiderationem, nullum re-

reperiri virus, in quo non aliquid virtuosi & utilis sub noxa ista præsentanea lateat, certum est, cum notum sit, ipsius arsenici vim coctione fieri optime diaphoreticam, & ipsam Viperam optimum & saluberrimum nobis præbere alexipharmacum, & sic porro.

§. III. Alit interim Natura res, quæ exigua mole & summa partium tenuitate, brevi temporis intervallo motuum vitalium ordinem pervertunt, vel in totum destruunt, & hæ VENENORUM titulo insigniri solent.

§. IV. Tres itaque notæ essentiales Venenorum hic occurrunt, quibus ab aliis rebus exitialibus, & humanæ naturæ inimicis discernuntur; prima est, quod exigua mole & summa partium tenuitate agant; secunda, quod brevi tempore motus fluidarum ac solidarum partium proportionatos in universo corpore pervertant, & gravissima symptomata vel mortem ipsam inducant; & denique tertia, quod in fluidum tenuissimum, & partes maxime nervoso-fibrosas structura vim suam exerceant, & stases sphacelosas & inflammatorias producant.

§. Venenorum diversa prostant genera, quæ his infensa, aliis vero minime; reperiuntur inde Venena certis potissimum animantibus noxia, sic amygdalæ amaræ, quas nos inter bellaria reponimus, in volucribus præsertim in ciconia, columba, convulsiones excitant, imo felibus & canibus oblatæ cum convulsionibus interficiunt; scorpioni oleum olivarum, quod nos in deliciis habemus, venenum est, si modo guttulæ tres vel quatuor supra dorsum instillentur, & spatio horæ quadrantis vita privatus erit.

§. VI. Ut vero medicamina non agunt simpliciter ad modum activitatis, sed, ut ita dicam, suæ receptivitatis; ita causæ diversorum, quos venena excitant effectuum, in ipsius veneni peculiari crasi, quæ motuum vitalium rempublicam evertit, sunt quærendæ, & quamvis intellectu non capere possimus omnium causarum morbificarum energiam, modumque agendi peculiarem, sufficit interim ad scopum medicum nosse effectus, eosque ratione mechanica produci.

§. VII. Quodvis Naturæ Regnum, dum nobis tam medicamina adversus omnia morborum genera, quam peculiaria Venena profert, consultum fore credo, ut quoque in Specie secundum tria Naturæ Regna in Venenis eorumque Antidotis enodandis, progrediar.

CAPUT. II.

DE VENENIS ANIMALIUM EORUMQUE ANTIDOTIS.

§. I. Venena omnium subtilissima, & quæ penetrantissimæ indolis sunt, in Regno Animali hospitantur, quæ morsu, vel ictu, ab animantibus, rabie, vel ira vehementi percitis, communicantur, & vocantur à Cl. Boerhaavio *in Instit. med. Venena heteroclita.*

§. II. Neque insectum, neque ullum aliud animal in se est venenatum, sed maxime eorum jctus vel Morsus vim veneni induit, alias à viperarum, aranearum, vel aliorum insectorum, quæ vulgo pro venenatis habentur, usu interno, mors, vel ad minimum insignis pernicies esset metuenda, cum potius Hydropicis, quoniam interius assumta urinam pellunt, hæc ipsa remediorum genera sint saluti.

§. III. Experientia constat, in locis calidioribus & tempore fervidiori animantium & insectorum ictus vel morsus multo periculosiores & venenosiores esse, quam in locis frigidioribus.

§. IV. Inter animi pathemata Ira singularem vim in corpora exercet, quia fluidum in celerrimum motum violenter abripit, non mirum est, omnes corporis succos concipere inde venenosam quandam indolem, salivam vero imprimis venenata imbui qualitate, ex eo patet, quoniam est humor valde subtilis, naturæ quoque maxime fermentativæ, & spirituosæ.

§. V.

§. V. Sic MORSUS CANIS RABIDI salivali illo virulento liquore partibus non tantum nervosis & fibrosis, sed si ad fluidum corporis nostri tenuissimum delatus, nisi venenum affrictum cito removeatur, est summe pernicialis.

§. VI. Mirandum, ut à tam exili Canis rabidi vulnusculo hominibus, aliisve animalibus inflicto varia exoriantur symptomata, oritur enim dolor illius partis, qui nonnunquam ad superiora membri, vel vicina loca tendit, oritur lassitudo, gravitas, tarditas, adsunt somni inquieti, turbati, terribiles cum convulsionibus, suspiria, tristitia, solitudinis studium; accedit porro ingens circa præcordia angustia, respiratio difficilis, horror ad conspectum aquæ, liquorum quorumcunque & rerum pellucidarum vel instar speculi reflectentium horripilatio, tremor, appetitus prostratus, deglutitionis difficultas, convulsiones immanes, furores; hæc symptomata exacerbantur, & sequi solet linguæ asperæ exsertio, sitis ingens, spumæ in ore collectio, sudor gelidus, summaque rabies.

§. VII. Unum alterumve ut tantummodo exemplum allegam, ita docet Forestus, mulierem à cane rabido tempore partus morsam factam fuisse maniacam; idem memoriæ prodidit, juvenem XVII. annorum in digito sinistræ manus, qui minimo proximus à canicula rabida morsum incidisse in furorem; refert quoque de Monacho, quod à canicula, quam in sinu fovit, dum confessioni vacaret auriculari, in labiis commorsus sit, ex quo factus rabiosus; & *in Ephem. Germ. Obs.* 142 *A.* 6. *&* 7. exemplum puellæ extat, quæ modo saliva ex ore spumante catelli domestici hinc & inde corpore nudo commaculata, exinde rabiosæ; & quid opus plura allegare, cum libri Observationum illis sint referti, & experientiam testem habeamus.

§. VIII. Hic periculum in mora, cito si occurratur convenientibus medicamentis horum animalium morsibus, morbus adeo truculentus esse non solet; miserrimum vero & molestissimum est morbi genus, intimius si penetraverit virus.

§. IX.

§. IX. Horum intuitu Cura externa eo dirigatur, ut vulnus nisi satis apertum cito profundius scarificetur, aut si satis magnum Cucurbitulæ admoveantur fortiter trahentes, & inflictum vulnus vino calido, vel aqua muriatica ex sale marino, & aceto abstergatur; nec improbandum quod Sennertus, *L. I. Pract. Med. part. 2. c. 16.* suadet; *primum expedit, si partis conditio admittat, ut vincula partibus affecta parte superioribus injiciantur, & per tres vel quatuor digitos supra affectam partem arcta instituatur ligatio*; sed optime monet Celsus *l. 5. c. 27. partes nimium fortiter ligentur, ne torpeant:* eodem nititur fundamento adustio loci affecti cum cauterio actuali, *v. Hildan. Obs. 97. c. 1.* & Celsus consentit dicens *l. c. si locus neque nervosus neque musculosus est, vulnus id adurendum.*

§. X. Vulneri vero inflicto non statim inducenda cicatrix, ne fomes concluſus in latibulo maneat, sed ad dies xxx. vel XL apertum servandum, atque Cucurbitulæ cum profundis scarificationibus repetitis imponendæ, qua ratione materia illa morbifica, quæ ibi hæsit, simul cum sanguine eluitur, nec statim profluvium sanguinis sistendum, sed juvat vulnus Sem. Sinapios in aceto macerato fortiter fricare, vel Theriaca in Sp. Vini soluta, camphora permista, abluere, desuper Empl. Diogenis, aut Cataplasma quoddam miasma illud in ipso vulnere alterans, & extinguens, ex cepis, alliis, Theriaca cum fol. rec. marrub. & melissæ invicem contusis, calide cum lacte admoveatur.

§. XI. Hac de re Veteres non sine ratione & singulari effectu animalia viva discissa partibus demorsis admoverunt, etenim externe adversus venenorum vim convenientissima sunt, quæ stricturas partium laxant, emolliunt, poros aperiunt, & virulentæ materiæ exitum præbent; hinc Celsus imperat *vivum gallinaceum pullum, vel columbam per medium dividere, & protinus calide super vulnus imponere, sic, ut pars interior corpori jungatur. Facit id etiam hœdus agnusve discissus, & calida ejus caro statim super vulnus imposita*; hac de causa monet Foreſtus *Obs. Chirurg. 34. l. 6. Pullos gallinarum*

rum, vel eorum podices esse admovendos.

§. XII. Quidam Practicorum Amputationem partis læsæ suadent, ubi notandum, partem quidem cito resecari, sed non tam facile recuperari, nec agglutinatione alius frustuli carnis expleri posse, qua de re solum necessarium judico, si sphacelus accessit, & sine vitæ periculo fieri possit.

§. XIII. Interim non negligenda sunt remedia interna, quæ S. C. restituant, quæ motus spasmodicos compescant, quæque contagium transpiratione & sudore cito è corpore eliminent; hinc sese commendant omnia sic dicta Alexipharmaca, vel delicatiori & recepto hodie nomine Bezoardica, Balsamica, terrea, subacida, diuretica, & blanda sudorifera; qua ratione omni mane jejunus parum sudet assumto aceto aromatico, sale marino, vel aqua calida; ex horum numero porro prostant Theriaca cœlestis diffuso magis & latiori significatu non minus ac virtute, Diascordium, Tinct. Bezoard. Wedelii, Ess. theriac. myrrhæ, acetum vini, succus citri, acetum theriacale, pulv. Bezord. Sennerti, Salia fixa & vol. imprimis viperarum, cancri fluviatiles combusti, ♁ diaphoret. bezoard. mineral. regul. ♃ij. & ex Herbis Marrubium, pimpinella, verbena, gentiana, lapathum acutum, quod ultimum laudat Aetius in hoc morbo, quia copiosissimas ducit urinas & una venenum; & ex his allatis pro Medici intentione varia componi possunt medicamina.

§. XIV. Celsus. *l. 5. c. 27. necessarium est*, inquit *exsorbere potionem meri vini cum pipere, vel quodlibet aliud, quod calori movendi est*; hinc Vinum Rhenanum & Mosellanum ob blandum quod fovent acidum ad vim virulentam expellendam, & liberiorem sanguinis ad partes externas influxum promovendum, singularis efficaciæ credo.

§. XV. Ex quo perspicitur, quam egregie ad expellendum venenum conferat solus moderatus motus, & exercitatio corporis, qua transpiratio promovetur, & sudor prolicitur.

§. XVI. Veteribus in more positum fuit, hominem, in

miserrimo isto morbi genere, in quo simul siti & aquæ metu cruciatur, ex improviso in piscinam projicere, & si natandi scientiam non habeat, modo mersum bibere pati, modo attollere: si habeat, interdum deprimere, ut invitus quoque aqua satietur, sic enim simul & aquæ metum & sitim tolli crediderunt; sed remedium illud famosum in curandis à cane rabido afflictis, cum Celsus ipse infidum declaret, dubium & plane insecurum illud remedium consultius rejicitur.

§. XVII. Præterea veneno tactos balneo immisisse Celsus *l. 5. c. 27, his testatur: quidam post rabiosi canis morsum protinus in balneum mittunt, eumque patiuntur ibi desudare, dum vires corporis sinunt, vulnere aperto, quo magis ex eo quoque virus distillet, deinde multo meracoque vino excipiunt, quod omnibus venenis contrarium est, idque cum ita per triduum factum, tutus esse homo à periculo putatur*: & cui non arridet temperatum balneum, quod nervosarum partium strictura laxat, poros recludit, & C. S. vino insuper propinato liberiorem reddit, juvando transpirationem virus ex sedibus intimis expellit.

§. XVIII. Si vero morbus ingravescat, ut summus inflammatorius tractandus, mittendo largam sanguinis copiam, mox Clysmata ex aqua nitrosa & modice salsa, cum pauxillo aceti injicienda, quæ, si conditio postulet, repeti possunt.

§. XIX. In Medicorum tum veterum tum recentiorum monumentis Observationes prostant, ubi à rabidis admorsi exacto fere mensis vel anni spatio gravibus & funestis correpti fuerint symptomatibus; hinc Cæl. Aurelianus *l. 3. c. 9.* annotat, *quidam post morsum celerius in passionem veniunt, quidam tardius, ideo etiam post annum aut eo amplius, sed plurimi post XL. dies.* Hoc peculiare phænomenon cautelam observari monet, ut ejusmodi medicamina allegata prophylactice modo adhibeantur, modo continuentur & repetantur: ad præservationem hujus lethalis veneni adhuc commendo Vinum vel Acetum medicatum ex Rad. contrajerv. gentian.

Vale-

Valerian. angel. ana ℥j. flaved. citri ℥ß Herb. marrub. pimpin. lapath. acut. Summit. rutæ, ſcordii, centaurii, Fl. roſar. rubr. ana mj. M. ſervetur uſui quotidiano; cui combinentur alexipharmaca & diaphoretica ſupra laudata, ne virus illud latens poſtea fiat præſentaneum mortiferum.

§. XX. De cetero Diæta obſervetur morbo conveniens in aëre temperato, cibus ſit facilis digeſtionis, & potus acidulus, vel cereviſia tenuis, cui copioſa Theè & Coffeè ſorbitio magno cum emolumento poteſt ſubjungi, ut ſanguis diluatur, & corpus ad ſudorem componatur, alvus ſervetur aperta; quod reliquum eſt, vitentur Animi pathemata.

§ XXI. Paulo prolixius fui in explicandis Canis rabidi phænomenis, quoniam Lupi, Cameli, Urſi, Feles, Equi, Aſini, Sues, quando agitantur rabie, & homines mordent idem illis affricant contagium, eademque mala timenda, & præcavenda ſunt, teſte Borello *Obſ: Medico-phyſicis Cent.* 1. *Obſ.* 75 inde fere eandem Curam admittere mihi perſuadeo; qua de re B. L. ad Theſes antecedentes e volvendas, ſi placet, relinquo: neque Hominis Morſus, ſi rabie correptus à malo hoc immunis eſt, luculenter id docet Galen. *l.* 6. *de loco affecto c.* 5. imo ſi tantum iracundia commotus, morſus adeo funeſtus exiſtat, ut mors inſequatur Autore Paulo Aegineta & teſte Celſo *l.* 5. *c.* 26. Ita à Felis rabidi ſolummodo ſcalptura maniam factam Hildan. *Cent.* 1. *Obſ.* 86 & Zacut. Luſitan. *L.* 3. *Obſ.* 83. refert: à morſu Galli gallinacei & de Equis rabidis Barthol. *C.* 3. *Ep.* de Bovibus rabidis ex morſu Canum vel Luporum idem Auctor *c.* 2. *hiſt.* 89. & de Mulo rabido Schenckius *Obſ. l.* 7. eadem mala orta annotant.

§. XXII. Idem valet de Vulpium, Simiarum, aliorumve animantium ira vel rabie correptorum inflictis vulneribus, quorum Morſus ob virulentiam extimeſcendus, & ſi cuidam contingat, ante omnia, uti jam dictum, vulnus aperiatur, abſtergatur, & purificetur, ne ſaliva animalium virulentia prædita ad interiora vergat; interne

humorum Crasis & S. C. adhibitis alexipharmacis, & sudoriferis modo recensitis liber conservetur.

§. XXIII. Ex Insectis hunc potissimum censum subeunt VIPERARUM, SERPENTUM SCORPIONUM & ARANEARUM Jctus vel Morsus.

§. XXIV. VIPERARUM morsum esse lethiferum quis non novit, ast certa experientia constat, lethiferum illarum venenum, imo totum animal innoxie ore assumi posse, neque necare hominem nisi vulneribus instillatum v. Franc: Redi *Experim: & Obs. de Viperis:* nolumus hic disceptare, an morsus Viperarum maris, aut fœminæ majori violentia polleat, modo audiamus Nicandrum, qui ita disserit.

Porro ex vipereo, quod noris, germine pejor
Fœmina, quæ veluti majori accenditur ira.

§. XXIX. De Viperarum Veneni natura multis experimentis institutis omnium optime scripsit Celeberr. Autor Franc. Redi *Tom.* II. *p.* 206. *venenum*, inquiens, *aliud non dari, nisi illum liquorem qui palatum humectat, & in vaginis dentes operientibus restagnat, non ex vesica fellea eò transmissum, sed generatum in universo capite, & derivatum fortasse ad vaginas per quosdam ductus salivales, quos forte caput illis communicat: hunc-qve liquorem non solum esse venenosum vivo animali, dum mordet, sed etiam quando colligitur ex vipera per aliquot dies jam mortua, modo in ipsa vulnera penetret, ibique permaneat.*

§. XXV. Interim secundum Subjectum, & secundum Locum, quem vipera feriit, oriuntur symptomata vel leviora, vel sæviora, vel ipsa mors sequitur citius, aut tardius, imprimis si locus vulneratus habeat rariorem aut densiorem texturam venarum, vel arteriarum, aut si ipsæ venæ & arteriæ sint subtiles, vel crassiores; quod si ex vulnere multum sanguinis prosilit, evenit aliquando, ut ex eo subjectum non solum non moriatur, sed nec grave patiatur incommodum; accedit & hoc, quod flavescens ille liquor arte intrusus non tam cito perimat, quam si quis ab ipsa Vipera vulneratus fuerit.

§. XXVI.

§. XXVI. Hinc colligo, quantum possit illos juvare, qui a Viperis sunt demorsi, loci commorsi Scarificatio ad evocandum corruptum sanguinem, aut applicatio Cucurbitulæ, aut admotio unius aut alterius Hirudinis bene purgatæ, aut etiam si exsugendum præbeatur homini vulnus, adhibita Avicennæ cautela, ne ille, qui exsugit ejusmodi vulnera, habeat dentes corruptos aut carioſos, & summo cum judicio C. Celsus & Aëtius admonuerunt, ne ulcera aut vulnera in ore habeat; demum vulneris crebra fiat absterſio ruta, vel echio, addito aceto sive vino: Weckerus de Secretis ad Viperarum morsum specifice commendat Trifolium; *miraculo est*, inquit, *Trifolium, quando flores vere emittit, & cum semine decoctum morsibus viperæ ex aquæ fotu admotum, illis medetur, & dolores statim sedat.*

§. XXVII. Propinentur quoque interne remedia, quæ sanguinis circuitum servent liberum & æqualem, ne virus ad vasa & internas partes serpat: huic scopo inserviunt Infusa calida, Decocta, Essentiæ atque Tincturæ diaphoreticæ jam allatæ; his usui prophylactico addo Pulverem ex pulv. rad. gent. pimpinel. contraj. vincetox. ana ʒij. Bol. armen. ʒj. Elæosach. citri ʒß. M. crebrius de hoc pulvere ad ʒj. sumatur cum vino, sive aceto bezoardico: tanquam Euporista sese commendant Essentia, Spir. & Sal. vol. Viperarum, si vel sola vel acidis mixta in usum trahantur: mirifice hinc profuisse refert Celeb. Hoffmannus *in Clav. Schröd.* de Citro, solius Citri succum in Studioso quodam Medicinæ, à Vipera Italica vulnerato, & jam inflammatione, febre, & ictero correpto.

§. XXVIII. His ad latus pono Morsus SERPENTUM, quorum salivale virus mediante morsu communicatur: eleganter hinc Lucanus, ubi describit Catonem Romanum exercitum per Libyæ arenosa deserta deducentem:

Noxia Serpentum est admixto sanguine pestis,
Morsu virus habent, & fatum dente minantur:
Pocula morte carent.

§. XXIX. Varia equidem Serpentum tam aquaticarum,

quam terrestrium reperiuntur genera, quarum Conr. Gesnerus mentionem fecit, & quamvis Antiqui in singula genera singula præciperent, eadem tamen in earum morsibus maxime proficiunt, nec curatione differunt, modo supra vulnus membrum deligatur, dein venenum Cucurbitula extrahatur, vel scalpello circa vulnus incidatur, quo sanguis vitiatus effluere possit.

§. XXX. Supra jam dixi de Vulneris venenati exsuctione, quæ & hic locum habet, imo in omnibus morsu afflictis vulneribus. Antiquitus homines erant, qui pretio conducti artem exsugendi morsu venenatos profitebantur, & Marsorum, Psyllorum, & Ophiogenarum nomine nobis noti: nemo vero sibi persuadeat, peculiari & propria tunc temporis virtute præditos fuisse, quam quilibet hodierno die, nam ipsi Psylli non minus, quam alii homines à serpentibus afficiebantur, & pro sanatione opus habebant antipharmaco; testatur hoc C. Celsus *l. 5. c. 27. neque hercule*, inquiens, *scientiam præcipuam habent hi, qui Psylli nominantur, sed audaciam ipso usu confirmatam*, & pergit, *ergo quisquis exemplum Psylli secutus id vulnus exsuxerit, & ipse tutus erit, & tutum hominem præstabit.*

§. XXXI. Omnis Morsu animantium tactos interna curandi ratio, dum in eo versetur, ut venenum per transpirationem aut sudorem cito è corpore pellatur, motusque spasmodici compescantur, nec hic negligenda est, sed per jam commendata blanda diaphoretica, infusa calida, diluta, diuretica, acida, Salina putrefactioni adversa, veneni enervatio & expulsio efficiatur: Celsus consentit, *hæc*, dicens, *adversus omnes jctus utilia sunt, communiaque: usus tamen ipse docuit, quem Aspis percussit*, de quo Fr. Redi *Obs. de animalculis vivis p. 3.* loquitur, *vipera ipsa magis virulentus atque lethiferus, eum acetum bibere debere.*

§ XXXII. A SCORPIONUM jctu subtilissimum quidem infligitur vulnusculum, simulque subtile virus instillatur, nihilominus vulnus aperiendum, & venenum lethale communicatum eliciendum; hic Scorpio pulcherrimum præbet Antido-

tidotum, ipsius enim Oleum emolliendo & rarefaciendo partem vulneratam operandi vim infringit, simulque veneni excretionem promovet; quidam non sine effectu contritum Scorpionem super vulnus imponunt, & alii contritum cum vino bibunt, vel vulneri furfures, vel rutam cum aceto, vel Sal cum melle tostum, applicant: huc pertinent quoque tam interna quam externa jam allata remedia.

§. XXXIII. Sunt & alia Animalcula ex genere Araneārum, quæ Italis TARANTULÆ dicuntur.

§. XXXIV. Hoc Insectum æstu flagrantissimo jctu virulentum, reliquo vero anni tempore haud ita pernicioſum, inditum enim morsu virus paulatim per corpus diffunditur, ita, ut paradoxum hoc venenum longo temporis intervallo homines per varias metamorphoses excruciet.

§. XXXV. Vulnus Tarantulæ etiamsi tam leve, ut muscæ punctūram mentiatur, tamen morbos diversos, atrophiam, arthritidem, febres ardentes, cachexiam, icterum, appetitum prostratum producit; adest quoque ingens dolor, pruritus, titillatio, vertigo, seminis profluvium, stranguria, alvus mox dura, mox laxa, ventriculus inflatur, corpus friget, oculi rubent cum sudore rigido, vires prostratæ, & nisi celeri succurratur consilio & auxilio, aut mentis alienatio, aut certa mors subsequitur.

§. XXXVI. Quamprimum aliquis à Tarantula se commorsum senserit, sine mora locum commorsum circum circa profunde scarificari, & venenosum hoc miasma cum sanguinis copia elici, imo, si necesse videatur, loco scarificato Cucurbitulas imponi, curet, demum abstergatur pars scarificata aceto, aqua marina, muria, vinoque abluatur, insuper imponendo Cataplasma è sinapi, allio, & cepis contusis, admista Theriaca; his & similibus acribus absterſio fiat, & si quid restet veneni, pars suppuretur, illudque cum pure expellatur.

§. XXXVII. Cura quæ internis medicamentis perficitur, ex iis petere licet, quæ ad Morsum Viperarum sunt commendata, quibus tanquam Evporista à Practicis adjiciuntur

tur & laudantur Rad. Gentian. Angel. Zedoar. Contraierv. Aristol. rot. Dictamn. Torment. Herb. Agrim. Meliss. Phalang. Sem. nigell. pastin. & cum fructu assumuntur Costum, Cassia, & Cinnamomum; præstat etiam solam Theriacam, Elect. Diascord. Tinct. Bezord. D. Michælis, C. C. Succini, & acetum Theriacale adhiberi.

§. XXXVII. Quod præservativam Curam attinet, magni hic inde æstimatur à Practicis, si V. S. instituatur, cuivis vero è re nata suo judicio relinquo.

§. XXXVIII. Quoniam in Tarantismo, quod & in Scorpionum morsibus fuit observatum, spasmi cutim constringant, hinc motus & corporis exercitatio, quæ transpirationem adjuvant, & sudorem provocant, optimum & experientia confirmatum in Tarantismo sunt præsidium. Probe notatum à sagacioribus, non Musicam, qua tantopere delectantur Tarantula icti, genuinum esse Tarantismi remedium, sed potius motui ac sudori, quem movet saltatio adscribendum esse, quo ipso Venenum expellitur.

§. XXXIX. Nota sunt Animalcula atque Insecta ista Volucria VESPÆ, CRABRONES, APES, & hujus generis alia, omnis quidem venenosæ qualitatis expertia, tam inimica vero humanæ naturæ ratione effectus, ut perniciali nervosarum ac tendinosarum partium punctura vim veneni æmulentur, & tumores, inflammationes, gangrænam, febres, aliaque funesta inducant symptomata.

§. XL. In horum symptomatum præoccupatione quid consilii est, consistit in eo, 1. ut aculeus, si relictus putatur, extrahatur: 2. inflictum vulnusculum scarificando aperiatur: 3. inflammatio, & alia metuenda symptomata tam externis quam internis discutientibus & diaphoreticis removeantur: ad hunc scopum quadrat Cataplasma ex Theriaca cum foliis rutæ paratum, vel super imponatur allium cum ruta mixtum, & ex ol. contritum; imo ipsi Apes contusi ab Auctoribus loco cataplasmatis applicati laudantur; intus assumatur succus citri, acetum prophylacticum Sylvii, vel acetum squilliticum cum aquis destillatis, diaphoreticis, & alexipharmacis mixtum.

§. XLI.

§. XLI. Devenio nunc ad CANTHARIDES, quarum phænomena tam mira, ut modo salutaria, modo funesta ludant; multi Casus Tragici apud Autores occurrunt, ubi exhibitione, & illarum assumtione, vel horrendis symptomatibus tentatos, vel in vivis tandem esse desiisse: penetranti enim dum pollent Sale vol. acri, causticо, quo erodunt, inflammant, partesque nervosas vehementer stimulando doloribus excruciant, non sine periculo, nec sufficienti cura & cautione, externe vel interne applicandas, vel propinandas esse, puto.

§. XLII. Si itaque à Vesicatoriis dolores excitati, Unguentum ex Cort. secundo Sambuci viridi, in oleo dulci cocto, sive Empl. de Sperm. ran. sive Ceratum applicetur.

§. XLIII. Quacunque vero occasione & ratione introsumtæ fuerint, cruciatusve excitarint, omnis conatus eo vergat, ut hostilis illa materia exhibito Vomitorio ejiciatur, quodque simul Sal corosivum obtundat, spicula involvat, viscerumque parietes muniat; quo fine magnam aquæ tepidæ copiam ebibendam suaderem, ol. olivarum superbibendo; vel sola Aqua tepida repetitis hausti bus sumta, vomitu iterum rejecta, novaque ingesta, sufficere potest, & si vomitu nil amplius rejicitur, acrimoniæ oleosis medela afferatur; hunc in finem laudem merentur butyrum rec. non salitum, juscula pinguia, gelatina C. C. mucilagines sem. cydon. psyllii, Decoctum Rad. & Herb. malv. alth. viol. puleg. tussilag. sem. fæn. græc. lac caprinum vel emulsio amygd. d. vel Sem. 4 frigid. maj. papav. cum Aqua avenæ facta, cui adde Ebur s. Igne & terr. sigill. quæ simul ad temperandum urinæ ardorem non levem præstabunt operam.

§. XLIV. Si vero non solum Venena, sed ipsa quoque Animalcula, vel illorum Seminia per os recepta, & deglutita fuerint, omnis juvandi spes in Vomitoriis oleosis mixtis sita est; ita LEPUS MARINUS homini valde venenosus optime iis rejicitur; in HIRUDINUM deglutitione Celsus acetum sale bibendum, vel solam muriam affatim hauriendam suadet; nonnulli Elix. Vitriol. Mynsichti hic magni faciunt:

ciunt: Si BUFONES, SERPENTES, LACERTÆ, & id genus alia ore introsumta, Decoctum ex Tanac. Absinth. Ruta, Eryngio, Abrotan. Marrub. Origano, Alysso, Centaur. cum lacte, vel vino, cum fructu exhibetur, & nisi recedant, lene Vomitorium propinetur; vel si per inferiora dejici debent, medicamentum catharticum admoveatur, donec Insecta secedant, ex Mercur. dulc. cum stimulo purgante; vel præstat cum lacte acriora dare, hinc non sine effectu Allium ex lacte coctum adhibetur, vel Clysteres è sacharo & lacte ad animalcula prolicienda applicantur, abdomen quoque Unguento de Arthanita, vel ol. Absinth. Tanaceti, cum Mercur. vivo inungatur. Si vero Ventriculus & intestina ab hujus generis animalculis vulnerata fuerint, Balsamica, Vulneraria, & Oleosa dentur.

§. XLV. Spectat huc, quod Amor insanus, & veneni assumti similia symptomata per PHILTRA, quæ ex partibus animalibus scilicet Saliva, Semine & Sanguine menstruo, vel quocunque alio parari solent, excitentur, quibus addo LAC, quod intus coiit, de quo Celsus loquitur; hinc post Vomitorium, resolventia, & putrefactioni resistentia adhibeantur, ex Sperm. Cet. Antim. diaphor. Lap Cancr. Sp. C. C. & Bezoard. Bussii, similibusve, & simul sudor proliciatur, corporisque motus imperetur.

CAPUT. III.

DE

VENENIS E REGNO MINERALI EORUMQUE MEDELIS.

§. I. Regnum Minerale, dum nobis Venena suppeditat Regno Animali haud subtiliora & mitiora, hinc proximum sucatur locum.

§. II.

§. II. E Regno Minerali petita Venena agunt tenuissimo quodam Salino, & subtilissimo causticо, corrosivo principio, quo, vel interne vel externe applicata, erodunt, inflammant, dolores, ardores, siccitates, primo in parte læsa, mox in toto corpore excitant, hinc in faucibus, œsophago, ventriculo & intestinorum canali morbos acutissimos inflammatorios creant, vel nauseas, vomitus, vel dysenterias, vel choleram curant, mox vertigines, inflationes, convulsiones, imo mortem ipsam, aut vita concessa, cachexiam, paralysin, aut contracturam producunt.

§. III. COBALTUM Venenorum primarium, & unicum tantum nativum, ob virulentam quam exerit vim, notissimum est venenum, & ex hac Minera præparatione artificiali prodeunt ARSENICUM citrino colore tinctum, ARSENICUM RUBRUM, & denique ARSENICUM ALBUM, sublimatum, vel Venenum crystallinum, innumeris satis lethalibus exemplis infamatum, horumque perniciosissimum, ac nostris temporibus pervulgatum, maxime enim eo ad patranda Veneficia, quia neque in solida, neque fluida si exhibetur forma gustu percipitur, utuntur.

§. IV. Egregie hic conducunt oleosa, pinguia, quorum Lac adversus venena ista corrosiva certissimum præbet auxilium: hoc sciunt Agyrtæ & Circumforanei dum illorum Theriacam præsidium adversus omnia venena exclamant potentissimum, prius vero ad fucum faciendum Ventriculum oleosis pinguibus infarciunt, antequam venenum assumant, inde causticam vim non potest exerere, & sine noxa vomitu rejiciunt; porro, aquam tepidam, acidulsculam, mellitam, copiose bibere, usui est promptissimo; de cætero jura pinguia, butyrum, & mucilaginosa prosunt, imo juscula exhordeo, avena, lacte, butyro largiter condita, ingurgitare, conducunt, & si alterandi necessitas adsit, interponantur alexipharmacis absorbentia & præcipitantia, eum in finem Decoctum Avenæ. cum ras. C. C. & passul. ℔j. cui adde Crystall. mont. bene ppt. ʒij. Bol. armen. Terr. sigill.

Lemn.ana 3j.& Syr.papav. errat.q. f. pro potu usurpare sufficit. Si vero jam ad intestina penetraverint, requiritur usus Laxantium pinguium, cum alternatione Sudoriferorum & Theriacalium. Memorabilem Vir Cl. Hoffmannus inseruit Casum *Tom. II. Philos. corporis humani morbosi:* Halæ ipsi obtigisse, ut x juvenes illustri prosapia geniti, jusculum avenaceum, cui Arsenicum ultra duas fere uncias cum æquali sacchari pondere admixtum erat, assumsissent, ac brevi post summis anxietatibus ac rosionibus ventris torquebantur, & ancilla, quæ jusculum usque ad fundum vasis magno cum appetitu exhausserat, eo graviora sensit symptomata, sed omnes ol. amygd. d. & lacte liberati; hæc vero remedia tanta in quantitate fuerunt exhibita, ut singulis vix x mensuræ lactis sufficerint, quæ semper vomitu rejiciebantur, imo tam diu propinata, donec omnis vomendi conatus cessaret.

§ V. Ejusdem ferę farinæ sunt MERCURIALIA ut sunt Mercurius præcipitatus ruber, albus, viridis, sublimatus, corrosivus, Turpethum minerale, & similia, quæ non rite parata, vel administrata, gravissima, truculenta, & virulenta inducunt symptomata, quæ sunt ingrati sapores, oris & ventriculi erosiones, inflammationes, escharæ gangrænosæ, nauseæ, Vomitus, dysenteriæ, cardialgia, fœtor cadaverosus, salivatio, aliaque jam jam exposita; peculiari vero ratione agunt in fauces earumque glandulas, eas constringendo & exulcerando.

§. VI. Majorem noxam ab Inunctione Mercuriali in corpore impuro, quam ab introsumto Mercuriali bene præparato remedio extimescendam esse, mihi persuadeo, quia ejus vis in primis viis multum ab occurrentibus humoribus infringitur, aut etiam citius per secessum aut Vomitum eliminatur, secus accidit, quando immediate poris cutis insinuatur, & salinis imprægnatum sordibus, facilius vim suam deleteriam reliquis partibus nervosis communicat.

§. VII. Unum tantummodo in medium proferam Casum de præsentanea Mercurialium, si externe adhibentur, noxa, ubi li-

ni-

mimento capitis Mercur. ſublimatus, loco Mercurii dulcis, fuit permiſtus, inde caput valde intumuit cum inflammatione, & inſonti pereundum fuiſſet, niſi lixivium linteo exceptum capiti applicaſſent, inde brevi convaluit; poſſumus quoque in ejuſmodi Caſu balſamicis externis, & internis ſudoriferis ſuccurrere.

§. VIII. Intus ſi cum damno adhibita fuerint, requirunt dilutionem per aquea, obtuſionem per oleoſa, inverſionem per lixivia ſaponacea, leviter alcalica, acrimoniam acidam infringentia, aut Aqua ſimplex ſaponacea cum oxymelle ſimili uſu adhiberi poteſt; bibant emulſiones amygd. d. cum Decocto C. C. paratas, aſſumant olea blanda, recentia; præterea quoque in ſpecie proſunt alcalia, & laudatur oleum Tartari p. d. imo inſigni virtute pollet Antimon. diaph. in averruncandis Mercurii aſſumti vitiis.

§. IX. Eandem ludunt Tragœdiam ANTIMONIALIA VENENA, quæ ſumma partium ſubtilitate, adeoque in exigua doſi celerrime in nervoſas partes operantur, ex quibus Flores, Vitrum, & Crocus Antimonii, item pulvis regulinus; Mercurius vitæ vulgo dictus, eminent, & modo vehementes ſæviſſimis torminibus ſtipatas hypercatharſes, modo dolores viſcerum atroces, modo ſpaſmos, anxietates, imo haud raro mortem ipſam inducunt.

§. X. Cura horum venenorum intus aſſumtorum conſiſtit in dilutione, emollitione, & obtuſione per infuſa, oleoſa, pinguia, & mucilaginoſa, acida, mellita; hinc Lac caprinum cum mucilagine Sem. pſyllii permiſtum magni faciendum: Celſus *l.* 5. *c.* 23. præſcriptum *Mithridatis antidotum mella exceptum ad magnitudinem nucis cum vino propinandum*, imperat; Si ad inteſtina jam penetraſſe dijudicantur, iisdem modo addantur Laxantia, vel Clyſteres oleoſi exhibeantur, quibus vis corroſiva facile infringitur; phthiſeos periculum imminens declinari poteſt Lactis potu aſinini, vel caprini cum Sem. aut myva Cydon. cocti.

§. XI. Hic quoque produco AQUAM REGIAM & AQUAM FORTEM, aliasque Metallorum acidas Solutiones, si quis ex improviso hauserit, simplicis Aquæ potu se potest sanare, & corpus pro torminibus atrocissimis inde oriundis salvare, cui simul jungantur lacticinia, mucilaginosa, & hujus generis adversus acria ista venena iam laudata remedia.

§. XII. In numerum Venenorum jure referuntur illa ex AURO, VENERE, & SATURNO non recte præparata, vel usurpata medicamina, quæ atrocia tormina, colicam convulsivam, nauseas, cardialgias, vomitum, choleram, icterum, ventris intumescentiam, gravitatem Ventriculi, urinæ suppressionem, alvi adstrictionem, colorem lividum, plumbeum, contracturas, asthma, lentas febres, vertigines, & sæpius mortem creant; de quorum ultimo, homines repetita minori dosi lenta morte tollere, compertum est, adeo ut plures sibi persuasum habeant, lentum illud Venenum, quod Galli la Poudre de Succession vocant, esse Saturninæ prosapiæ.

§. XIII. Huc pertinent reliqua illa RECREMENTA METALLICA, quorum in Medicina ingens reperitur numerus, quæ vel erodendo, constringendo, obstruendo, cita vel lenta morte perimunt, & cum illis §. XII. allatis nil speciale requirunt, modo vomitoriis & laxantibus cito è corpore eliminentur, & oleosis pinguibus, nempe lacte cum melle, cremore ptisanæ, & aqua mulsa eorum acrimonia obtundatur, visceraque corroborentur amaris, tonicis, nervinis, balsamicis & bezoardicis.

§. XIV. Locum hic sibi vendicant VENENA ista acria, mere MECHANICA, scilicet Vitrum contusum, Adamas, Alumen plumosum, Limatura ferri, & similia, quæ validissime partes nerveas pungunt, vasa vulnerant, & hæmorrhagias, ulcera, convulsiones, aliaque mala excitant. Indicant itaque usum copiosum oleosorum ac pinguium, citoque hauriantur emulsiones.

XV.

§. XV. Huc refero quædam uno momento SPECIE HALITUS SUFFOCANTIA, quamquam non omni ex penu minerali prognata, ut Carbonum vivorum & ardentium, Antimonialium, Mercurialium, aliorumve Mineralium Sulphureorum fumus, incaute ore & naribus hauſtus, item Vapor lignorum, & qui ex fermentatione vini, muſti, & cereviſiæ fortiori prodit; ejuſdem eſt indolis, quod ex muris vel domibus recenter calce obductis exhalat, ſi quis in iis diu verſetur, vel noctu dormiat, Experientia enim & annotatæ Obſerv. ejus noxam ſatis abundeque patefaciunt, imo vapor ille Calcis vivæ, ſubtiliſſimæ, acris, & corroſivæ indolis, item aër ſubterraneus diu recluſus, & graves, tetræ, & putridæ illæ exhalationes, aliæque acorem ſpirantes; omnesque illi halitus, quibus Artifices ſunt obnoxii, de quibus legi meretur Ramazzinus *de Morbis Artificum.* Monendi itaque ſunt ii, ut in aprico, & in ampliori ſpatio non in concluſis locis hujuſmodi opus perficiant, etenim procul hinc, procul à morte: deſuper nares oleis & balſamis inungant, & os loco vaporum, pane butyro largiter illito impleant; quoties vero gravem aliquam noxam exinde contraxerint, ol. amygd. d. emulſ. ſem. melonum, ptiſana hordeacea, hauſtus vini generoſi, odor. ſp. ſal. ammon. Aquæ theriacales fuerunt ex uſu; illi, qui à vaporibus his jam ſemi mortui, (nil magis enim molli pulmonum texturæ, ac membranoſis partibus eſt hoſtile, quam tales exhalationes & vapores) ex mortis faucibus adhuc eripi poſſunt, ſi cito in liberum & purum aërem transferantur, eorumque membra fortiter cum pannis fricentur, vel ſanguis detrahatur, ſimulque balſamica, nervina & fragrantia applicentur.

CAPUT

CAPUT. IV.

DE VENENIS E REGNO VEGETABILI EORUNDEMQUE CURA.

§. I. His demum adjungo Venena ex Vegetabilibus Salino acerrimo, subtiliſſimo ſulphureo, narcotico, vaporoſo, & nocentiſſimo elemento imbuta.

§. II. Venenis illis vaporoſo narcoticis primo omnium adnumero OPIUM decantatiſſimum, & hujus farinæ papaveracea, quæ ſomnolentiam, ſtuporem, & ſoporem menti cum ſubſequenti vertigine, morbique exaſperatione minus decenter correcta, aut uſurpata, facillime inferunt.

§. III. Si itaque ventriculo inhærent, aſſumantur Salia vol. urinoſa, & oleoſa, imo acidis temperata; quorum præcipua ſunt ſp. & ſal. vol. C. C. Tart. Succini, aut ſp. urinoſus ex Sale ammon. præparatus, item ſal vol. oleoſum Sylvii, Eſſ. ſuccini, myrrhæ, & ſimilia, quorum acetum rutaceum, ſive acetum purum ſulphur narcoticum optime extinguit, atque infringit.

§. IV. Ad ſtupefactiva, quæ valentioris ſunt virtutis omnia ex SOLANO furioſo, DATURA, & STRAMONIO pertinent, quæ ſtuporem, & ſenſuum alienationem inducunt; quicquid hic remedii ſuper eſt, curandum, ut nociva illa materia Vomitu, & ſi jam ad inteſtina devenerit, ano educatur, maxime demum juvat acida, ipſum acetum, vel rutaceum, vel bezoardicum, & ſuccum Limonum propinare, vel ex Aquis alexipharmacis cum Pulv. rubr. pannon. lap. bezoard. unicorn. Bol. armen. & Specif. cephal. D. Michaëlis Medicamen concinnare.

§. V. Cui non nota eſt HYOSCYAMI vis deleteria, & quam varia in corpore humano excitat ſymptomata, & effe-

effectus ebriorum more ludicros, modo delirant, modo rixantur, modo hinniunt, modo asinorum more clamant, modo quasi dentibus nuces frangunt, artus trement, & asthma, convulsiones, epilepsia, syncope, aliaque truculenta superveniunt mala. Hæc omnia præmissis cito Vomitoriis, Laxantibus, & abstergentibus evanescunt; hinc Celsus commendat, fervens mulsum bibendum, aut quodlibet Lac, maxime tamen asininum: de cetero rutam, allium, Castor. Theriac. cum vino assumere, vel rad. cichor. cum aceto, Sale, & Oleo conditas usurpare, convenit.

§. VI. Similiter MANDRAGORA infatuat, ejus Poma, Succus, & Radix vertiginem, pruritus, ruborem oculorum & totius faciei, linguam aridam, & œsophagi ardorem pariunt; opponenda his sunt ex antecedentibus Venenis narcoticis præscripta, loco Antidoti specialis sit vinum absinthiacum, acetum rutaceum, castor. & rad. raphani domest. cum sale vel aceto trita.

§. VII. NAPELLUS venenum dicitur præsentaneum, linguam inflat, ut os illam non capiat, cordis syncopen, vertiginem, & lethargum inducit, oculos convellit, corpus nigredine perfundit, & strangulando interficit, nisi cito Vomitorio succurratur, imprimis hic prodest rad. Anthoræ, Bistort. Contraj. Succus raphani, & acetum bezoardicum.

§. VIII. ACONITUM dulce quidem gustui, sed amarum venenum corpori, vertiginem, lethargum, eademque cum Napello Symptomata producit, ideoque eandem Curam admittit.

§. IX. Hic in medium profero ACORUM, ARUM, OENANTHE, COLCHICUM, FLAMMULAM JOVIS, PERSICARIAM ACREM, & similia, quæ acrem, causticam, Sulphureo-narcoticam, & virulentam possident naturam; in horum præpostero usu nullum efficacius datur remedium, quam si Lac bubulum, vel Decoctum Serpilli cum lacte exhibeatur.

§. X. Inter præsentissima Venena è Regno Vegetabili nota est CICUTA, nemini enim latere credo, quam truculen-

culenta creet ſymptomata; brevi itaque via è Ventriculo Vomitu, leni ſtimulo concitato, educatur, hinc Aqua & Oleum tepide larga manu iteratis vicibus, vel pro ſuaviori hauſtu cereviſia cum butyro, ſive oleo amygd. d. recenti ingeratur, iſtis vero hauſtibus tamdiu pergendum, donec omnis Cicuta è Ventriculo pulſa ſit; admiſceri poteſt iſtis hauſtibus Oxymel ſquilliticum, vel ſi tempus concedat cum aqua aut cereviſia coqui poſſunt Rad. Beton. Summitat. aut Cort. virid. Sambuci, Fl. geniſt. & ſimilia.

§. XI. Epilepſia à Cicuta excitata ſi urgeat, naribus admoveantur acrimoniam aliquam ſpirantia ex Herb. Majoran. Hyſſop. Saturej. Fl. lavend. Rut. Bacc. Laur. Junip. Caryoph. Aſa fœt. Caſtor. & ſimilibus parata, in nodulum ligata, ac aceto aut vino madefacta: alvus Suppoſitoriis & Clyſteribus ſervetur aperta ex Sale gemmæ & ſapone, ſive Sale cum melle, vel ex aqua, melle, pauxillo olei & ſale copioſiore, quam vulgariter admiſcetur, paratis: & ſi ad tormina, ardorem, & inflationem ventris Laxantia requirantur, ſint mitiora ex Syr. de cichor. cum rhabarb. Elect. Lenitiv. vel de Tamarindis parata; educta è Ventriculo & inteſtinis Cicuta, tum demum ad auxilium præſentiſſimum Vini generoſi potum deveniendum eſſe moneo, & vinum erit efficacius admixtis abſinthio, caſtor. ruta, mentha, ſtyrace, & foliis lauri: Cl. Ludovici memorat duas Viduas in cœna ediſſe Cicutariam, quibus præſentaneum tulit auxilium potio ex Aq. Chærefol. C. B. ana ℥iß Aq. Antid. Matthiol. ʒß Ther. Androm. ℈ij Sal. vol. C. C. ℈ß M. S. ʒß Syr. de Scordio q. ſ. Plura invenies in Cl. Wepfferi eleganti ſcripto *de Hiſt. Cicutæ Aquaticæ.*

§. XII. CORONÆ IMPERIALIS Bulbum Cicutæ virulentiæ non multum imparem, ſi non ſuperiorem, abunde evincunt Obſ. Cl. Wepfferi, præter acrimoniam enim, & effectus quos edit virulentos, ſpirat fœtorem allio deteriorem, quem Joh. Bauhinus *viroſum & colchicum* appellat, Cluſius *hircum olentem, & nares procul etiam ferientem* ait; medelam ex antecedentibus petere, licet.

§. XIII.

§. XIII. ANACARDIUM & Mel Anacardinum, sive Confectio Anacardina ad memoriam extollendam magni æstimantur, sed cum timore assumi, necesse est, nam intensum calorem capiti inducunt, mentis alienationem producunt, inde melancholia cum tremore manuum præsto observata in Viro quodam Nobil. qui ex adaugendæ memoriæ desiderio hujus Confectionis per tres dies moderatam assumsit quantitatem, sed paucis post diebus inceperunt symptomata graviora, quæ nullis cessarunt auxiliis, quin elapso mense vitam finiret: præmissis universalibus æque vis narcotica & stupefactiva, quantum fieri potest, tollatur per acetum bezoard. rutaceum, Camphorata, & Castoreata.

§. XIV. Pari virtute deleteria abundant RICINUS, & CATAPUTIA, quæ si assumuntur cardialgias, & deliria creant; usum hinc præstat promtissimum Aqua tepida, vel oleo ventriculum implere, & vomitus exspectare; loco specialis Antidoti celebrantur Theriaca, & Rad. Vincetox. quæ, præmisso jam vomitorio, cum vino exhiberi possunt. Galenus ovorum putamina cum Sale aut muria trita commendat, imo sola muria, salsaque alia magno sunt auxilio.

§. XV. COCCULAS acrimonia linguæ papillas nerveas ferire, quilibet illis leviter modo admotis experiri potest, inde acrimoniæ & erosionis effectus sunt dolores, anxietates præcordiorum, nausea, salivatio, & spumæ eructatio, spasmi cynici, & alii. v. Cl. Wepff. *Obs. Cicut. Aquat.*

§. XVI. NUCES VOMICÆ, quæ à Cocculis haud multum differunt, graviora vero producunt symptomata, perquam facile enim sequuntur ventriculi inflammationes, aphthæ, & terribiles convulsivi motus.

§. XVII. Ad horum vim infringendam Oleum, Lac & Decoctum Malvæ ingenti copia illico ingerendum consulo, & nisi per os plenarie materia est rejecta, per clysmata simul educatur, & sedatis gravioribus symptomatibus sudor largus, & sæpe repetitus per theriacalia promoveatur: Sennertus jubet rad. Zedoar. cum vino bibere, vel Cort. & succum citri ac Cydoniorum usurpare.

§. XVIII. FUNGI non infimum tenent locum, qui fere omnes alienam & naturæ inimicam facultatem habent, quæ in quibusdam plane deleteria est; qua de re Plinius illos vocat *Venenum voluptuosum*, & integras interdum familias, & tota convivia inde periisse, commemorat; reperiuntur quidem inter esculenta, sed non sine ratione rei culinariæ periti, oleo, butyro, pipere, & aceto illos bene fricare, vel etiam cum cremore lactis, vel exsiccatos, & cum aqua calida elotos, præparare solent; si quis forsan venenatos quosdam assumserit, nullum præsentius possum suadere auxilii genus, quam ut Emeticum cum copioso lacte & oleo assumat, quod & temperandæ acrimoniæ, & expellendæ è Ventriculi regione venenatæ materiæ erit accommodatissimum. Celsus *radiculas contra fungos inutiles cum Sale & aceto edere* jubet.

§. XIX. Demum se sistunt ESULA, EUPHORBIUM, ASARUM & HELLEBORUS, quæ acerrimo nobis inimicissimo elemento imbuta: exigunt hæc pro Curatione jam dicta; ad ardorem vero & erosionem imprimis faciunt lacticinia, jusculæ, ptisanæ, Clysteres lenientes, emulsiones, quibus Pulv. Crystall. Bol. armen. Terr. Sigill. & unicor. foss. addantur.

§. XX. Porro nota SEMINA Oleosa diuturna corruptione acria, & RANCIDA facta, quorum effectus fere similes ac modo dicti, quin & Indicatio perfecte eadem.

§. XXI. Haud raro occurrit, & observatu dignum, quod Vegetabilia Insectis intoxicentur, vel ex vitioso Rore fructus inficiantur, de quibus notabiles hinc inde apud Autores interspersi sunt Casus; ex symptomatibus si dijudicare licet, & quidam quid metus superfit post eorum usum, clementi Vomitorio exturbentur, & respectu Animalculorum Cura ex Cap II. repetatur.

§. XXII. Et certe Venenorum Natura & Classis latius patet, quam vulgo existimatur; quid enim sordes illæ ad partes extremas amandatæ, si retropelluntur? quid Emetica & Purgantia illa drastica & vehementiora? certe nil nisi veri veneni vires æmulantur; & adhuc plura quidem restant, his vero invitus Dissertationis filum abrumpere cogor.

S. D. G.

I 2a

Medic. Rariora.
Diss. v. Göckel

Inhalt: Dissertatio Inaug. Medico-
Chirurgica, de Ossium
Tumoribus v. Göckel
Ms. 488. Okt 1740

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

DISSERTATIO INAVGVRALIS
MEDICO-CHIRVRGICA
DE
OSSIVM TVMORIBVS
QVAM
GRATIOSISSIMI ORDINIS MEDICI CONSENSV
PRAESIDE
LAVRENTIO HEISTERO
MEDICINAE DOCTORE
SEREN. DVCIS BRVNSV. ET LVNEB. A CONSILIIS AVLICIS
ET ARCHIATRO MEDICINAE CHIRVRGIAE ET BOTANICES
PROFESSORE PVBL. ORD. ACAD. CAESAR. NAT. CVRIOS.
NEC NON REG. LOND. ET BEROLIN.
COLLEGA
PATRONO COGNATO AC PRAECEPTORE SVO
OMNI PIETATIS CVLTV AETERNVM
DEVENERANDO
PRO GRADV DOCTORIS
IN IVLEO MAIORI
HORIS ANTE ET POST MERIDIEM CONSVETIS
PLACIDAE ERVDITORVM DISQVISITIONI
SVBMITTIT
AVCTOR ET RESPONDENS
CHRISTIANVS FRIDERICVS GÖCKELIVS
NORIMBERGENSIS.

D. OCTOBRIS MDCCXL.

HELMAESTADII
TYPIS PAVLI DIETERICI SCHNORRII
ACAD. TYPOGR.

Dissertation (med.-chirurg.)

D. Christian Friedrich Bückel

(aus Nürnberg)

Octobr. 1740.

in Salzburg

48 Bl.

PRAEFATIO.

Corpus humanum infinitis fere morborum generibus affligi poteſt et ſolet, ex quibus vero non inter rariſſimos referri ſolent *tumores*, machinam humanam in quibuscunque eius partibus haud raro infeſtantes; qui pro diverſitate naturae ipſorum, itemque pro partium, quas occupant, varietate, diverſa mala, variaque incommoda concitant. Pro diverſa autem eorum natura, varios habent progreſſus et exitus, adeoque et diverſas curandi rationes expetunt, quando iis rite mederi volumus, alias omnem operam et oleum in eis

tractandis curandisque saepe perdimus. Generatim tamen *in duplex genus dispesci* commode possunt: quorum alterum in *partibus corporis mollibus* tragoedias suas ludit; alterum vero *partes duras* sive *ossa* infestat. De tumoribus, qui partes molles afficiunt, et quorum ingens copia est, quique 1) in *calidos* vel *inflammatorios*; 2) in *frigidos* vel *oedematosos*; 3) in *scirrhosos* dividi possunt, iam saepius et multoties actum est ab aliis, ita ut crambem saepius coctam atque recoctam denuo recoquere haud libeat. Verum *hi tumores, qui in et circa ossa* saepe oriuntur, quique difficultate et pertinacia caeteris tumoribus haud cedunt, verum eos potius saepe superant, ita ut *non solum medicam opem, verum etiam chirurgicam manum* quam frequentissime exposcant. Quae res maximi licet momenti, eam tamen a *nullo*, quod sciam, *in dissertatione quadam Academica pertractatam* ac ventilatam hucusque esse, summopere miror. Quibus expensis ego utrique Medicinae, tam quæ victu et medicamentis, quam quae manibus curat, deditus, et fidelissima *Excell. atque Experient. Domini* PRAESIDIS Fautoris atque Affinis ad cineres usque colendi, solidissimaque suffultus manuductione, loco thematis inauguralis, pro consequendis summis in arte medica honoribus, argumentum de OSSIVM TVMORIBVS evolvere atque paulo intimius pervestigare mecum decrevi. Quod ut feliciter fiat, summum Numen ardentibus imploro precibus.

I. Quod

I.

Quod ossa sint *corporis partes albicantes* ac *durissimae*, adeoque quid sub eis intelligatur a Medicis, non opus esse puto, ut prolixe hic exponam; neque etiam, quaenam sit earum fabrica, quoniam hoc a quam pluribus iam factum, atque etiam in omnibus fere recentioribus scriptoribus Anatomicis expositum est: unde, qui ea forte adhuc ignorat, facile peti possunt. *Ossa quid?*

II. Cum igitur instituti nostri ratio tumorumque conditio pro corporis humani divisione ex praemissa praefatione satis, ut opinor, eluceat, actum me agere existimo, si altius huc vergentia repeterem. Ne autem vel iusto brevior, lectu difficilior, vel commissi in methodo tractandi erroris reus videar, haud abs re fore duxi, ut accuratissimam, quam possem, licet hoc quoque omnibus fere notum sit, *tumorum ideam* hisce in principio insererem pagellis. *Tumor autem est* magnitudo partium corporis praeter naturam aucta, vel etiam protuberantia quaedam *praeternaturalis* in quacunque corporis parte, a vitiosa materia copiosius in iis, quam par est, congesta vel stagnante, unde varia, eaque gravia saepe mala producuntur. *Tumores quid?*

III. Differunt autem tumores non solum inter se, verum etiam *ab excrescentiis;* hae enim supra cutem excrescunt; illi infra eam delitescentes augentur. Relictis uero, ut supra diximus, tumoribus *Differentiae eorum et*

mollium partium atque excreſcentiis, ceu rebus a multis aliis copioſe pertractatis, omnibusque ambagibus remotis rem ipſam, quam exponere ſuſcepimus, accuratiori mentis oculo intueamur. Aſt quo omnia luculentiora evadant, nec lectorum ſpem fallamus, haud a ſcopo nos receſſiſſe confidimus, ſi illud, *quod ſub tumoribus oſſium intellectum velimus*, ſuccincte explicemus. *Tumor autem oſſium* vix differt a tumoribus partium mollium, niſi ſubiecto aut parte, cui inhaeret, eſtque *magnitudo partium oſſearum praeter naturam aucta*, ſive protuberantia oſſis praeternaturalis, a vitiata et copioſiori materia in iis ſtagnante dependens.

Quid tumor oſſium ſit?

IV. Verum enim vero quam dubia, intricata, et eruditorum controverſiae ſit expoſita haec de tumoribus oſſium doctrina neminem, vel leviter in hac arte verſatum, fugit, quam paucis accuratior ſeu intimior huius deterrimi ſtatus diſquiſitio curae cordique fuit, dictu haud opus eſt, praeſertim *cum multi fieri vix poſſe crediderint*, ut os, pars adeo dura, rurſus molleſcere atque tantopere ſe praeter naturam expandere ſive intumeſcere queat. In tam ambigua ſimul atque ardua re, tenuitatis ingenii mei probe conſcius, animus haeret, qua ratione lites haſce dirimam, aut a dubiis hoc argumentum fatis vindicem. His igitur cogitationibus atque meditationibus inhaerens, *Excellentiſſ. Dom. Praeſidis*, Praeceptoris et Affinis aeternum devenerandi, humanitas et integerrima, qua hactenus frui licuit in rebus Medicis

Differentiae tumorum oſſium.

dicis Anatomicis et Chirurgicis, institutio, discussis tenebris, plurimisque illustratis dubiis ad solvendum huncce nodum Gordium arma viresque subministravit. Quantum igitur polleam ingenio, quantum humeri ferant, vires experiar. Variant autem insigniter in malis hisce Ossium definiendis atque discernendis tam antiqui quam recentiores scriptores, ut quem sequar, vix habeam. Antea vero quam ad eos diiudicandos atque definiendos progrediar, *enumerare prius opus esse iudicavi tumorum species, qui in ossibus frequentius observari solent*, ut deinde tanto melius eos definire, explicare atque investigare valeam. Observantur itaque, quantum deprehendere potui, 1) tumores in ossibus quidam, quos *Spinam ventosam* appellare hodie vulgo solent, 2) *Pædarthrocace*, 3) *Exostosis*, 4) *Nodi* et *Tophi*, 5) *Gummata* quae, quia in lue venerea affectis saepe occurrunt, *Gallica* vulgo dici solent: et 6) denique tumores, qui in *rhachiticis* infantibus, circa ossium extrema potissimum observantur, qui *rhachitici* dici possunt. De prioribus primum dicturi sumus.

V. SPINAE autem VENTOSAE nomine cum recentioribus *intelligo tumorem ossis alicuius*, utplurimum *dolentem* (interdum tamen quoque indolentem,) a causa plerumque interna ortum, humoribus scilicet vitiosis intra lamellas eorum haerentibus atque os sensim destruentibus. *Quid spina ventosa.*

VI. Huius vero *plures agnosco gradus* sive *species* ac *differentias*, qui neglecti multis errandi occasionem *Eius gradus tres.*

nem dedere; quorum vero primus est, quando os vel solum intumescere incipit; vel quando dolor aliquis, qui osteocopus vocari solet, fere continuus in interiori ossis substantia et in medulla quasi ossis sentitur ab aegro, qui quandoque temporis intervallo tantus iamiam est, ut aegrum dormire vix sinat, absque tamen subinde tumore et dolore quodam externo, quo instatu morbus tantum intus in osse latet. *Alter gradus* esse potest, quando praegresso tumore indolente dolor accedit, vel si praegressis doloribus, *tumor quidam in osse quoque sese manifestat*, sive ille sit durior, sive paulo mollior et quasi *ventosus*, cum dolore etiam externo modo leviori, modo graviori. *Tertium* vero gradum voco, quando praegressis malis prioribus istiusmodi *tumor* magis manifeste inflammatur, rubicundus fit, et *abscessum movet*, atque successu temporis vel sponte rumpitur, vel scalpello aperitur, et ichor foetidus sive purulenta materia, butyri vel lardi rancidi odoris, exit: qui postea eodem modo, ut in ulcere carioso, plus minusve continuo effluit, atque ulcus huiusmodi creat, quod veteres *ulcus cum ossis carie saepe vocarunt.*

Veterum appellationes.

VII. Hippocrati, Medicorum Principi, hoc vitium graece Τερηδων, vulgo *Teredo*, nomen a similitudine illorum vermium, teredines dictorum, ligna corrodentium, desumtum, aliisque priscis auctoribus *Sideratio*, *Gangraena*, *Cancer*, aut *Sphacelus* ossis audit. Plerique autem recentiores clarioris distinctionis gratia *spinam*, ut iam diximus, appellant *ventosam*. Spinae no-

nomen obtinet malum, quia saepius infixae carni instar spinae pungit, ac nonnunquam acerbissimos excitat dolores; ventosa autem, quoniam saepe pars affecta intumescit, ut tumor tangenti vento vel aëre videatur inflatus, licet eo reipsa haud confertus sit, aut saltem rarissime, cuius ex nominis barbara mutatione PANDOLPHINVS, a) Ventositatem b) spinae effecit.

VIII. Tumor, quem M. A. *Severinus* PAEDARTHROCACEN, vocabulo ab ipso primum excogitato, appellavit, ipsi vocatur tumor, circa articulos aut extrema ossium, indolens, in pueris, a παις puer, ἀρθρον, articulus, et κακον malum, consarcinatum. *Hoc nomen vero non adeo aptum* esse inde iudico, quia eiusmodi tumores quoque haud raro in adultis oriuntur, sicuti hoc ex ipsis figuris, quas de similibus ossibus exhibuit RVYSCHIVS c) et postea BIDLOVS d) videre licet, multique ex his tumoribus vel ad spinam ventosam incipientem, vel ad rhachiticos tumores, praesertim cum Severini tempore rhachitis morbus nondum adeo fuit notus aut perve- *Quid paedarthrocace.*

 stiga-

a) Ioseph. PANDOLPHINVS de Ventositatis spinae morbo saevissimo Tractat.

b) Ventositatis vocabulo quidem iam antea usus est Caelius AVRELIANVS; verum non hoc in sensu, sed pro flatulentia ventris et intestinorum.

c) in Epist. Anatom. Problemat. XIV. De nova artuum decurtandorum methodo.

d) in Exercitat. Anat. Chirurg. IX. De Exostosi p. 202. seq.

ſtigatus, ita ut tumores rhachiticos forte ſaepe pro Paedarthrocace habuerit, cum hi plerumque non doleant, niſi forte in ſpinam ventoſam, ſicut haud raro fit, tranſeant.

Quid exoſtoſis.

IX. Sub EXOSTOSEOS nomine proprie et vi vocis nihil niſi eminentia oſſea ex oſſe maiori, ſicuti apophyſis pronata aut prominens intelligi poteſt: ita etiam ab erudito GORAEO in definitionibus ſuis medicis pag. 110. definitur, *quod ſit oſſis eminentia et extuberatio in quacunque corporis parte praeter naturam contingens.* Adeoque male illos facere exiſtimo, *qui hoc vocabulo omnes oſſium tumores contra vocis naturam* et contra veterum ſententiam comprehendi atque intelligi volunt, adeoque novam ipſi ſignificationem, quam apud antiquiores habuit, affingunt, cum hoc ipſo multis erroribus anſa praebeatur; quando autem eo ſenſu, ſicut nos cum veteribus fecimus, ſumatur, commode a ceteris oſſium tumoribus diſtingui valet; alias haec de oſſium tumorum doctrina, ſi ſpecies eius non accuratius diſtinguuntur, confuſionis eſt pleniſſima, atque fallacisſima. *Naſci autem poſſunt eiusmodi exoſtoſes*, quando forte in oſſis quodam loco perioſtium fuit laeſum, quod alias formam oſſibus in generatione ipſorum praeſcribere ſolet, ſicuti D. PRAESES dudum docuit a) os tunc eo in loco a ſucco nutritio influente, quia perioſteum tunc non reſiſtit, protruditur, excreſcit, atque oſſeam eiusmodi prominentiam producit, qualem in fibula

a) in Comp. ſuo Anatomico. p. 64. §. 187.

bula humana, quam asservat oculis meis, (quae singularis eius in me est benevolentia,) saepius lustrare licuit.

X. Pestis huius subiecta sunt *ossa totius corporis*, vixque unicum ab hac labe immune est. Omnes autem huius partes osseas a capite ad calcem percursuri, vix ulla supererit, quin a medicis practicis et apud auctores his malis affecta vel inquinata non prostet. Exempla, praecipue vero *Spinam ventosam* ac *Paedarthrocacen* in maioribus modo ossibus et circa extremitates vel capita ossium deprehendi perhibent. Interea tamen spinam ventosam haud raro *etiam in medio* horum nasci vidi, ut et exostoses stricte sic dictae satis ubique testantur. Verum nec minoribus ossibus parcunt. Vidit enim *Exper.* DN. PRAESES spinam ventosam quoque in ossibus nasi externis, in ossibus malae sive zygomaticis, osse maxilliari superiori, imo et singulis faciei, ossibus simul, quae inferiorem orbitae partem efficiunt, ut et indigitis a) et speciatim quoque aliquando *Exostosin* in latere maxillae inferioris sinistro. *Nodi* autem sive *Gummata*, tam *simplicia*, quam quae vocant *Gallica*, in frontis et bregmatis imo et in caeteris calvariae ossibus ac denique etiam in tibiis haud raro sedem figunt. *Rhachitis* omnia quoque totius corporis ossa afficit; sensibus autem maxime in ossibus cubiti, praesertim circa carpos et cubiti articulum cum humero, itemque in cruribus spinaque dorsi quae mirifice saepius, inde deformantur, patefit, nec non in capite, quod plerumque in his solito maius fieri solet. *Partes bis malis subiectae.*

a) Vid. eius Inst. Chirurg. Tab. XII. pag. 16.

Signa diagnoſtica. XI. Antiqua, vera tamen eſt paroemia, qui bene diſtinguit bene curat. Examinatis igitur ſatis eorum differentiis, de eruendis, quibus ſe produnt, *ſignis* erimus ſolliciti. Cognoſcuntur autem omnes hi morbi potiſſimum e magnitudine partium aucta, inaequali, dolore oſteocopo, modo graviori, modo leviori, modo etiam nullo. In ſpina ventoſa interdum inflammatio una cum rubore partis ac febricula et quandoque abſceſſu accedunt; quandoque ichore, quandoque pure cocto, ſi aperitur, promanante, aut materia impura, lardiformi in ulcere ſe manifeſtante. Luculentiora autem omnia ex ſignis cuiusvis ſpeciei propriis, ſiue ut in Medicis ſcholis audiunt, *pathognomonicis*, patebunt. *Peculiaria autem ſpinae ventoſae ſigna* ſunt, huiusque primi gradus, ſi os quoddam ſolito magis intumeſcit; verum tunc, praeſertim ſi in puero eſt, a paedarthrocace aut rhachitico tumore vix vel ſaltem difficulter diſtingui poteſt, niſi temporis intervallo, et praeſertim ſi dolor in oſſe accedit oſteocopus, nec a tactu aut preſſione laeſae partis exacerbatur. In hoc tamen etiam ſtatu nullus quandoque adhuc tumor vel magnitudo praeter naturam externe in ſenſus cadit. *Alterum vero adeſſe gradum* indicat, ſi cum oſſium ſubſtantia perioſtium et cellularis ſub cute tunica, aëre quaſi ventove impleta, magis tumet magisque dolet, quam in priori. Si autem his tandem *abſceſſus* ſupervenit, ut §. VI. iam diximus, isque pure praeſente vel ſponte rumpitur, vel ferro aperitur, elucet notas *tertii ſpinae ventoſae gradus* in aprico eſſe

Pathognomonica.

se, ubi os affectum intimius considerantí, *spongiae instar pumicisue in modum exesum* et erosum foraminulisque plenum deprehenditur, quo in casu veteres *teredinem* malum appellarunt: atque ex his huius mali mutationes, gradus et differentias satis intelligi posse mihi persuadeo.

XII. *Paedarthrocace* SEVERINI, teste ipso auctore, *sine dolore et rubore* circa articulos dignoscitur, atque cum primo gradu nostrae spinae ventosae aliquo modo convenit, et praesertim, quia neglecta in hoc statu faciem saepe spinae ventosae induit, et sub iisdem symptomatibus fabulam ludit. *Exostoses* ex solis prominentiis, paulo acutioribus, quae sub cute sentiuntur, absque tristi saepius sensu aliisque malis aut incommodis cognoscuntur; interdum tamen etiam ulcus et caries cum ipsis coniuncta sunt. *Paedarthrocaces et exostoseos signa.*

XIII. *Nodi autem et tophi ossium*, mea quidem sententia (nam auctores in iis definiendis insigniter variant) sunt certi in iis tumores, qui duritie praesertim et aequalitate a se invicem differre videntur. *Tophi* enim nomen adipiscuntur a lapidibus, qui *tophi* appellantur, atque *asperi, inaequales et leves sunt*, adeoque prominentiae illae osseae, quae ad lapidum horum modum asperitate et inaequalitate gaudent, vi vocis *Tophi* vocari possunt; quorum notabilem casum, quem Cl. DN. PRAESES quondam curavit, delineatum mihi demonstravit, pluresque apud BIDLOVM, a) CHESELDENVM, b) aliosque videri pos- *Nodi et tophi quid.*

 sunt,

a) Exercit. chirurg. p. 208 Tab. 2. b) in Osteographia. Tab. 46. et 55.

sunt, qui eadem fere ratione, qua Exostoses generari solent. *Nodi vero appellari assolent*, quando inter os, et periosteum ex interstitiis fibrarum ossium, a quacunque caussa erosis aut relaxatis, succus ossium glutinosus exsudat, cutem cum periostio in tumorem, *nodi instar* sensim elevat, atque saepe ad modum glutinis vel gummi cuiusdam fusi, aut liquati; et rursus ad duritiem fere usque inspissati, ibidem haeret, unde eiusmodi tumores *Gummata* quoque dicta sunt, quae vero non semper veneream caussam agnoscunt, adeoque male promiscue *Gummata Gallica* dicuntur, quia quandoque sine caussa venerea in personis utriusque sexus castissimis, aut nulla ratione de malo venereo suspectis, oriuntur; quia vero haec tumorum ossium species saepe a caussa venerea originem ducunt, *Gummata gallica* tunc recte appellari possunt. Haec mala saepe diu sunt absque dolore, atque ad modum vel glandulae induratae, vel parvi steatomatis aut alius tumoris cystici sese habent, temporis autem intervallo haud raro materia intus contenta in pus convertitur, acris et erodens fit, ossaque subiecta, et vicina sensim arrodit, imo quandoque et praesertim calvariae ossa, omnino perforat, atque in cavum cranii irrumpit, diversis graviss imisque cum phaenomenis et symptomatibus, sicut ex sequentibus notatu digniss imis exemplis, quae *Excell.* DN. PRAESES mecum communicavit, intelligi potest.

Exemplum gummatis. XIV. *Vir militaris et quidem Praefectus equitum*, triginta circiter tunc annos natus, ceterum sanus, media

media in fronte sentit aliquando ex improviso *tuberculum quoddam*, pisi per medium dissecti magnitudine, quod autem principio parvi facit adeoque prorsus negligit. Successu temporis phaseoli minoris, tandem maioris acquirit molem, verum adhuc sine dolore aut incommodo permanet. Quia autem aliquam inde deformitatem metuebat, si in maius succresceret, consilium primo a chirurgis suis castrensibus petiit, qui emplastra superimponenda ipsi suadent atque exhibent. Verum enim vero malum sensim augebatur, adeoque et alios adiit, quorum vero non nulli tumorem illum lamina plumbea super tumore ligata, reprimere aut dissolvere voluerunt; sed frustra: tumor enim non solum sensim sensimque ita increvit, ut a radice nasi usque ad capillos in suprema fronte non solum se extenderet, verum etiam dolere inciperet, atque hi dolores brevi temporis lapsu quam vehementissimi fierent. Consuluntur rursus alii et Medici et Chirurgi, qui omnes vero tumorem dissolvendum esse semper iudicarunt, omnisque generis remedia, huic scopo inservientia, commendarunt, sed frustra. Nam tumor non modo semper augebatur, verum etiam dolores semper crescebant, atque tandem tam immanes evadebant, ut dies noctesque dormire non posset atque in furorem fere ageretur. Hoc in statu *Excell.* DN. PRAESIDEM *convenit*, eiusque auxilium imploravit; qui quomodo illum curaverit, infra, ubi de curatione acturi sumus proponemus.

tis notabilis.

XV.

Aliud exemplum.

XV. Alterum exemplum memorabile, ab hoc tamen plane diverſum, mihi retulit de puero nobili, qui impura nutrice uſus erat, atque poſt varia ſymptomata in prima iuventute exantlata, tandem octavo fere et nono aetatis anno ulcuſculis in faucibus et palato, quae ipſum palatum perforaverant et ſimul tuberculis variis in cranio, uno ſcilicet in oſſe frontis, altero in oſſe bregmatis lateris dextri et duobus in oſſe bregmatis ſiniſtri corripiebatur, quae nucis moſchatae per medium diſſectae magnitudinem aequabant, nec admodum dura erant, ſed ut gluten vel gummi molle tactu percipiebatur, adeoque DN. PRAESES pro *Gummatibus gallicis* illa declaravit. Haec autem etiamſi ſine omni erant dolore, nam puer nunquam de ullo dolore conqueſtus erat, attamen DN. PRAESES ſuaſit ac voluit, ut inciderentur, quo materia noxia educi poſſit, et ne calvariam erodat; verum parentes ſpe lactati, quod diſſolvi adhuc poſſent remediis, noluere inciſionem admittere, praeſertim quoniam aeger de nullo dolore conquereretur; verum quicquid etiam ageretur, nodi hi ſive gummata medicamentis neque minui, multo minus diſſolvi poterant; ſed e contrario aliquando ſubito percipiebatur puerum huncce iudicio privari et quaſi fatuum factum, qui tandem poſt motus quosdam convulſivos mortuus eſt, Cadaver incidit, et cranium aperuit, invenitque omnes hos tumores in oſſibus bregmatis in pus abiiſſe, et cranium non ſolum perforaſſe, verum etiam duram matrem arroſiſſe, unde ſine dubio mentis illa alienatio et convulſiones, imo et ipſa mors concitata fuerunt. XVI.

XVI. RHACHITIS tandem praecipuis quibusdam gaudet notis, variosque admittit gradus. In leviori enim saepe nulla alia praesto sunt mala, quam ossium tumores circa articulos; successu temporis vero corpora infantum mire deturpantur; sic ut crura vel extrorsum vel introrsum, vel antrorsum aut retrorsum incurvata, vel pedes modo extremi indecore inflexi cernuntur et quidem modo extrorsum vel introrsum, eandemque in spinae dorsi curvatione ludit fabulam, quam modo ad latera, modo antrorsum, modo retrorsum incurvat, caput solito maius, cutis item aspera est, macilenti sunt, os saliva scatet, cutis tactu sicca est, torminibus ventris et alvi fluxibus continuis fere consumuntur, somnus adest interruptus, insatiabili vorandi cupiditate flagrant, motibus convulsivis quandoque infestantur, alvus saepe viridis est iuncto immani foetore; corpus pallet, abdomen valde tumidum et durum est, et nisi quoque mature malo occurratur, in atrophiam, imo et in febrem hecticam abire consuevit, atque mortem fere certissimam inducit. *Rhachitidis notae.*

XVII. Cum autem nihil in mundo fit sine ratione, nunc ad investigandas mali huius causas ordo me ducit. Oritur autem haec labes sive ab externis sive ab internis caussis. Externae paulo rariores existunt; haec enim mala rarius a vi quadam externa, ut fractura, collisione, vulnere, aut fissura proveniunt. Internae autem sunt longe frequentiores, eaeque potissimum *humores acres et viscidi* stagnantes, *scorbutus*, *variolae*, aut *morbilli* *Caussae*

billi praegressi, *febres male curatae*, inprimis autem deterrima illa *lues venerea*, cuius ante ortum quaedam horum malorum rarius homines in Europa infestasse verisimile est; quia plerique veterum scriptorum parum vel nihil de iis in scriptis suis reliquerunt. Interea tamen non prorsus incognita fuisse, partim ex supra dictis §. VII; partim ex AVICENNA, Medico Arabe doctissimo, patere posse arbitror, qui ita de ea, eiusque caussa loquitur a): *Ventositatis spinae caussae sunt humores acuti, penetrantes in os et corrodentes ipsum. Et incessus ventositatis spinae, est incessus doloris iuncturarum.* Quid vero ultimis his verbis auctor velit, vix perspicio. Ita et *haereditaria dispositio* multum ad haec mala facit, saepius enim medici practici et nominatim etiam *Excell.* DN. PRAESES vidit infantes, qui vel spina ventosa, vel rhachitide laborarunt, quorum parentes in iuventute cum eodem malo conflictati fuerunt.

Caussa a nutrice.

XVIII. Praeterea a *nutricibus impuris*, scorbutico, rhachitico aut venereo malo inquinatis, infantes etiam his morbis infici posse, saepissime observatum est, hocque non solum uberius evincit observatio *Exc.* DN. PRAESIDIS supra §. XV. proposita, verum etiam exemplum huius mali a Parente longe charissimo, Medico Norimbergensi communicatum, quod hoc loco inserere licebit. Qui *observatum est a me*, scribit, a *nutrice scorbutica* forte et non ab *omni labe venerea* olim perpessa immuni, infantem quendam usque ad

a) Oper. Medic. Tom. II. Lib. IV.

ad nonum aetatis annum perpetuis hecticae scorbuticae insultibus tentatam inde fuisse, et ossa ipsa texturae debilioris extitisse, quibus semper medicamentis appropriatis sanguinem corrigentibus et roborantibus, ipsoque saepius caprilli lactis, tempore vernali; diuturniori usu medela adhibita est; verum hic omnibus frustra adhibitis, nono vix ingruente aetatis anno *Spina ventosa* in utroque pede sensim se manifestavit, quae hactenus ad biennium fere sese extendit, et insanabilis fuit, Verum enim vero aeger nunc decimum annum agens, sex abhinc mensibus variolis infestabatur, quibus superatis et ego et parentes infantis, materia multa vitiosa expulsa, malum, nisi plane sit cessaturum, aliquanto tamen levatum iri, sperabamus; sed omnium spem fefellit: unde credo, aegrum sensim extenuatum tandem lenta morte esse periturum.

XIX. *Paedarthrocacis vitium*, si distinctum a spina ventosa incipiente aut rhachitide consideratur, caussa fere solum in viscido peculiari mihi latere videtur, quod partim ex eo patere potest, quia in tumore ossium sine dolore consistit; partim ex natura infantum, quibus hoc malum proprium, elucet; quippe qui adultis utplurimum serosiores, magis pituitosi et plerumque etiam magis voraces reperiuntur: quas igitur ob caussas si eiusmodi humores in ossium cavernulis congeruntur, facillime hoc vitio inquinantur. *Paedarthrocacis caussa.*

Exoſtoſeos cauſſa. XX. *Exoſtoſis* ſtricte ſic dicta, meo quidem iudicio, e laeſione levi oſſis, ſive haec a cauſſa quadam interna ſive externa proveniat, ortum trahit, cuius vaſa ſuccum os nutrientem vehentia vel laeſa vel omnino disrupta ſunt, et ſic ille ſe ultra oſſis ſuperficiem effundit, ibidem adhaeret, coagulatur, in cartilagineam ac tandem in oſſeam ſubſtantiam mutatur, eamque oſſis prominentiam ſine ullo triſti ſenſu efficit. Tumores vero, quales, ſic dicti *Nodi* et *Gummata*, praeſertim *venerea* ſive *Gallica* exiſtunt, pravam ſucci nutritii conditionem pro fundamento habent, qui ex laeſa oſſea ſubſtantia quaſi exſudat, atque inter os et perioſteum deponitur, ac ſenſim ſenſimque accreſcit. Non autem haec ſemper ex venerea cauſſa oriri exiſtimo, ut iam dixi; quia novi homines vitae integerrimae, qui nodis oſſium, et quidem in cranio afflictantur, quosque iam diutiſſime, ſine ſuppuratione aut eroſione ſubſecuta, geſtarunt. Quando vero in pus abeunt et oſſa erodunt, peioris et altioris indaginis eſſe videntur, et praeſertim ſi dolores eorum noctu ingraveſcunt.

Rhachitidis cauſſa. XXI. Tandem nec *Rhachitis* ſua cauſſa caret, ſed ex ſolito maiori copia viſcidarum, tartarearum, lentarumque partium in ſucco alimentoſo praeſentium, ſicut in Paedarthrocace, atque in inaequali fibrarum oſſearum nutrimento, obſtructione glandularum meſeraicarum, et ductuum lacteorum derivari poteſt. Notandum tamen, nunquam infantem hac lue inquinatum ex utero in mundum prodire, ſed poſt ali-

aliquot demum menſes, aut intra annum primum et ſecundum hoc morbo, raro tardius, affici ſolere, ſicut prolixius hoc olim *Exper.* DN. PRAESES in *diſſ. de Rhachitide* indicavit pag. 8. *Proxima autem cauſſa* non in permutatione infantum per diabolum vel ſagas facta, ut olim exiſtimarunt, a) ſed in prava nutritione et educatione infantum, aut vitio nutricis lactantis morboſae ſaepiuſcule conſiſtit. Ex his fontibus ſatis patere exiſtimo, unde haec venena ſua primordia atque incrementa capeſſerint.

XXII. Quo peior igitur cauſa, eo difficilior periculoſi- *Prognoſis generalis.*
orque eſt iudicatio: ſaepe enim morbus eiusque cauſſae ſunt leves, adeoque et lenibus cedunt medicamentis; aſt ſi peior, haud raro contumaces adeo reddit hos affectus, ut ſaepe et praeſertim diutius neglecti aut male curati, inſanabiles fiant. Igitur quo recentiora haec mala omnia, et quo leviori gradu, quo pauciora atque mitiora adſunt ſymptomata, eo facilior eſſe ſolet plerumque curatio. Interea tamen nunquam vilipendenda ſunt omnia haec mala, quia ſaepe *latet anguis in herba*, et ex levi in principio, tandem peſſimum fit. Ideoque quo graviora et peiora adſunt ſymptomata, quo maius malum, et quo magis inveteratum eſt, eo difficilior eſt curatio, imo et quandoque impoſſibilis. Interim tamen officium medici exigit, ut, quantum fieri poteſt, ſuo fungatur munere, adſtantium autem medici de eventu mali ſententiam expiſcantium ſpem nec nimis erigat, nec

a) Vid. *Excell* DN PRAESIDIS programma de infantibus pro a diabolo ſuppoſitis habitis, revera rhachiticos fuiſſe A. 1725.

fallat; anceps enim et dubia horum morborum praedictio pariterque curatio est, et quam saepissime, licet remedia initio parum proficiant, omnem tamen spem abiicere non debemus: nam si idoneis remediis continuatur, longinquitate tandem temporis, seduloque usu praestantiorum medicamentorum continuato, tolluntur.

Prognosis spinae ventosae specialis.

XXIII. Igitur *in primo et altero spinae ventosae gradu* itemque in *paedarthrocace* malum adhuc aptis tolli potest remediis: quo magis autem inveteratum est, quo graviora iuncta sunt symptomata, eo difficilior medela. Summe vero ambigua in tertio illius gradu est praedictio: ubi enim in adultis vehementior spina ventosa adest, quae medicamentis cedere recusat, atque maiores adhuc progressus facit, praesertim si malum est in digito, manu, brachio, aut pede et maxime in articulis, membrum integrum saepe est resecandum, ne pars sincera trahatur. Sin totius massae sanguineae pravus adest habitus, pessimae est indolis; una enim parte, brachio scilicet, manu, pede, ablata, in alteram, ut in cancrosis affectibus haud raro fieri assolet, grassatur, id quod immedicabilem saepe reddit statum, ut aegri viribus exhausti, febre superveniente extenuati, moriantur.

Exostosium.

XXIV. *Exostoses* autem in se, nisi deformitatem aut impedimentum in subeundis negotiis creent, nec spinam ventosam aut cariem comitem habeant, nihil saepe mali portendunt, et in variis defunctorum cor-

corporibus reperiuntur, qui vivi de nullo inde percepto incommodo sunt conquesti: sed si dolores excitant, aut actiones laedunt, ferro sunt auferendae.

XXV. *Nodi*, nisi in tempore resolvantur, in *gummata* et abscessus saepe transeunt, qui nisi mature incidantur, purgentur et glutinentur, ossa exedunt, et cumprimis, si in calvaria nidulantur, ossa eius omnino perforant, sicut in casibus §. XIV. XV. prolatis factum est, unde aegri in vitae incidunt periculum. *Tophi*, ob tophaceam vel lapideam quasi substantiam, medicamentis vix tolluntur; quandoque vero in ferro, sicut in aliis exostosibus, salus reponenda est. *Nodorum gummatum et tophorum.*

XXVI. *In incipiente rhachitide* nunquam de salute aegrorum desperandum, cum tantus hoc morbo affectorum numerus aptis remediis ex orci quasi faucibus ereptus sit. Praesente autem graviori statu, ubi vitio mali moris tota massa sanguinea commaculata est, nisi mature remedia valentia ei opposita sint, infantes sensim contabescunt, viribusque prorsus prostratis, febricula superveniente, nullis plerumque tunc amplius remediis locus datur, sed omnibus frustra adhibitis, lenta morte extinguuntur. *Rhachitidis.*

XXVII. Praemissis hisce necessarium atque utile esse arbitror, *nonnullorum phaenomenorum praecipuorum* in tumoribus ossium occurrentium *rationes pervestigare*, easque pro virium ingenii ratione uberius excutere. Iam supra innuimus, difficile, imo fere *Phaenomenorum explicatio.*

re

re imposſibile multis videri, oſſa et cumprimis adultorum, perquam dura ac robuſta, diſtendi atque in tumores elevari poſſe. In infantibus quidem aut pueris, res haec non tantis videtur obnoxia difficultatibus, quia in his oſſa nondum valde dura, ſed paulo molliora adhuc exiſtunt idque eo magis, quo infantes ſunt iuniores. Interea tamen his ipſis in morbis ſaepiſſime videmus, oſſa revera diſtendi atque in tumores expandi: adeoque neceſſe eſt, ut fibrae et lamellae ipſorum molleſcant, atque relaxentur, ut humoribus intus fluentibus, ob quamcunque cauſſam congeſtis, cedere et, ut in partibus mollibus, extendi queant.

Quod oſſa mollia fieri queant.

XXIIX. Vberius vero oſſa mollia fieri poſſe, ſine dubio ab humoribus praeter naturam collectis, probatur inde, quia non ſolum SAVIARDVS, Chirurgus quondam celebris Pariſienſis, a) verum etiam COVRTIAL b), alius Gallus, exempla referunt, ubi oſſa tam mollia in vivis hominibus obſervarunt, ut inſtar cerae mollioris in omnem ſenſum flecti potuerint: id quod a peculiari prava humorum conſtitutione ortum eſſe videtur. Praeterea ex ſectionibus eiusmodi hominum, qui ſpina ventoſa laborarunt, cognitum eſt, oſſa hoc morbo afflicta tam mollia fuiſſe, ut ſine ullo negotio, aeque facile ac partes molles, ſcalpello diſcindi potuerint. Ita *Experient.* DN. PRAESES mihi retulit, ſe aliquot pueros,

a) in Obſerv. ſuis chirurg. itemque Chirurg. Dn. le Clerc Tom. I. p. 33.

b) Nouvelles obſervations Anatomiques ſur les os Obſerv. XI. p. 82.

ros, inter quos cumprimis unum, qui iam octo annos et quod excedit, habuerat, post mortem incidisse, quorum ossa, spina ventosa correpta, adeo mollia deprehendit, ut facillime conscindi potuerint.

XXIX. Sed ne quis existimet, *hos ossium tumores solum in infantibus vel pueris contingere*, sciendum, quod praeter alios multos auctores, *Ill.* DN. PRAESES haud raro in adultis ac *senibus eos* viderit, et quidem speciatim in *faciei ossibus* aliquoties: ubi alterum latus in enormem et maxime deformem figuram, qualem fere MEEKRENIVS exhibet, a) transformatum erat, itemque in ossibus *digitorum*, b) *nasi* et *orbitae*, imo superiori adhuc anno Brunsvigae virum secuit quadraginta quinque annos natum, qui in *ossibus tarsi* et *metatarsi* spinam habuit ventosam, cuius ossa in sectione tam mollia sunt deprehensa, ut aeque facile, quam puerorum, scalpello ea findere potuerit, eique sectioni varii et medici et chirurgi interfuerunt, qui hanc rem non sine admiratione aspexere. *In adultis et senibus mollia fieri possunt.*

XXX. Probata sic ossium morbosa illa mollitie, investigandum iam erit, *qua ratione, quibusve de caussis illa mollities in ossibus oriatur*, aut oriri queat, eisve inducatur. Stahliani, qui in omnibus morbis bonam animae intentionem, ob quam symptomata omnia fiunt, ostendere atque evincere studeant, forte hic parum habent, quod dicant; cum haud pa- *Ex Stahliana hypothesi hoc explicare nequit.*

a) In observat. Medico-Chirurg. Cap. XII. p. 76. Edit. latin.

b) Vt ex eius chir. Instit. Tab. XII. fig 16. videre est.

teat, quam bonam intentionem anima illius hominis in ſpina ventoſa aut mollitie aliqua oſſium praeternaturali corpori ſuo inducenda habere queat, dum hoc ipſo iſtius oſſa tam vehementer laedit, ac tandem prorſus deſtruit. Verum ſi rem ſecundum ſaniora phyſica et mechanica principia conſideramus, nulla fere alia re opus eſt, quam ut quietem vel ſtagnationem aliquam humoris cuiusdam viſcidi, aut alia ratione vitioſi, ad tranſitum minus idonei, concipiamus, ſicuti ii in partibus mollibus ſaepe etiam haerere ſolent, ſi deinde cor cum arteriis humores, motus lege et circuli ſanguinis, illuc urget, haerentes vero partes renituntur, ſenſim ſenſimque premendo, ſinguloque pulſu cordis et arteriarum pellendo et urgendo, lamellae oſſeae a preſſionis hac vi diſtenduntur, ſenſim ſimul emolliuntur, atque expanduntur, praeſertim ſi humores ſimul prava aliqua qualitate, quae oſſa mollia reddere poteſt, a) ſicuti ea in ſanguine veneno venereo aliove ſimili malo infecto, quia experientia probatur, negari nequit, imbuti ſunt, quae ut in exemplis SAVIARDI et COVRTIALII, §. XXIIX. adductis, aliorumque oſſa tam mollia reddere valet, ut preſſioni humorum, in interſtitiis fibrarum et lamellarum oſſearum haerentium, tanto facilius cedant, atque ſic maiorem in amplitudinem ſeu formam tumoris expandantur.

Sed ex Mechanica.

XXXI.

a) *Hanc* pravam qualitatem acidum quoddam eſſe contendit GLASSIVS in Diſſ. De oſſium inflammatione, §. 75. forte tamen et aliae eſſe poterunt.

XXXI. *Quoties hoc fit sine inflammatione*, expansio illa fieri potest vel sine dolore, vel saltem sine dolore valde acuto et solum leni vel obtuso; *sed quando inflammatio accedit*, et humores acriores, aut fervidiores sunt, imo et abundantiores, *dolores accedunt*, eique tanto vehementiores, quanto humores sunt vel acriores, fervidiores, vel copiosiores, vel in motu concitatiores. Haec enim omnia, sicuti in inflammationibus aliarum partium, ita et in his dolores vehementer augere valent. Inprimis vero hic dolores vehementes fiunt, quando periostium inflammatum ac deinde humores intra os compulsi et saepe iteratis pulsibus pressi, substantiam osseam una cum periostio violenter expandunt. Quo magis vero periostium, idque praesertim inflammatum, expanditur sive tenditur, eo fibrae eius violentius extenduntur, adeoque eo rupturae accedunt propius, et per consequens eo vehementior dolor. *Quando sine aut cum doloribus.*

XXXII. Quando hae ossium inflammationes *ad abscessum spectant*, aut abscessus iam intra et extra lamellas osseas factus est, dolores quoque adhuc sunt vehementes, donec pus distendens et forte simul rodens, exitum acquirit. Nam quamdiu hoc adhuc incluſum est, augetur, motu intestino agitatur, exitum molitur, vicinas partes magis urget atque extendit, tandem disrumpit aut erodit, nisi prius scalpello exitus ipsi paretur, et tum dolores minui solent, atque os, si exploratur, quasi a teredinibus erosum, sicut in carie offenditur, adestque tunc re- *Quando abscessus adest.*

vera caries, sed quae intra os incepit, et a caussa interna producta est.

Quare spina ventosa extrema ossium maxime afficiat?

XXXIII. *Spina ventosa* quidem in omni ossis parte oriri, et sedem suam figere potest: sed *quod frequentius epiphyses et extrema ossium aggrediatur*, caussa est, quod ossa ibi sint minus solida, sed teneriora et magis spongiosa, ubi humores vitiosi non solum facilius congeri et haerere, verum et minori negotio debiles lamellas osseas ibidem expandere valent. Interea tamen *et media ossium* haud raro quoque vehementer a spina ventosa expandi, non modo iam varii notarunt, sed vidit quoque sic aliquando *Exper.* DN. PRAESES femur pueri decem circiter annorum, cuius ambitus circa medium trium erat pedum, magnis eisque multis venis in superficie defoedatum; aliquando etiam tibiam enormis crassitudinis, cuius delineationem mihi ostendit, aliaque multa ossa a spina ventosa valde tumida; his tamen longe maiora, notavit CLERICVS, a) qui *casum refert cubiti* in tantam molem expansi, ut post mortem *pondus X librarum* habuerit, aliudque simul recenset, ubi MERYVS *genu* eiusmodi Academiae Regiae demonstraverit, quod pondus XX librarum superavit.

Curatio eiusque indicationes generatim.

XXXIV. Expensis igitur omnibus, quae circa horum malorum naturam dicere maxime necessaria esse iudicavimus, supereſt, ut *medelam*, qua tolli optime possunt, nunc proponamus. Ne autem empiri-

a) la Chirurgie complete Tom II. p. 269.

piricorum mores, qui sine ratione in morbis sanandis procedunt, quique omnia cunctis prodesse sibi persuadent, sequamur, pro diversitate malorum eorumque graduum et caussarum, pro mali itidem parvitate aut magnitudine, pro subiectorum denique differentia, aetate et viribus, omnia probe sunt trutinanda. In curatione igitur horum malorum in universum, tam incipientium sive recentium, quam inveteratorum, sequentes habemus indicationes, quibus rite observatis, feliciter utplurimum illorum perfici posse curationem existimamus.

I. Scilicet humores vitiosi, modo acres, modo viscidi, partim evacuandi partim corrigendi, et speciatim viscidi et stagnantes attenuandi ac fluxiles magis sunt reddendi.

II. Tumores in partibus osseis resoluendi ac discutiendi partesque debilitatae rursus roborandae;

III. Si forte iam in abscessus abierunt, aperiendi sive incidendi, et, si aditus patet, purgandi ac denique consolidandi veniunt.

IV. Si malum, et cumprimis spina ventosa, ad extrema pervenit, pars immedicabilis ferro amputanda et removenda, ne partes sincerae ab illo vitio quoque inquinentur.

XXXV. *Corrigunt autem* massam sanguineam, *humoresque vitiosos* simul omnibus istis in morbis tumorum ossium *evacuant*, ex fonte pharmaceutico *apta purgantia*, *mercurialibus adiuta*; v.g. ex pulveris radi- *Quae evacuant et corrigunt.*

cis vel resinae Ialappae, apta dosi, pro aetatis et virium diversitate, additis semper granulis aliquot mercurii dulcis, vel in pulveris vel pilularum forma; infantes medicamenta haecce his sub formis assumere recusantes, sirupo de cichorio cum rhabarbaro, addita pulveris Ialappae et mercurii dulcis sufficiente quantitate, fallere iuvabit, quae subinde modo citius, modo tardius, repetenda, prout res circumstantes id desiderabunt. Ita et in *adultis sanguineis* detractiones quoque sanguinis saepe sunt perquam utiles ac necessariae.

Quae praeterea corrigunt.

XXXVI. Praeterea ad sanguinem vitiatum corrigendum, diluendum et attenuandum quam maxime prosunt decocta, vel etiam solum infusa fervida, satis tincta, ex rad. chinae, sarsaparillae, scorzonerae, cichorii, bardanae aliisve similibus, cum herba saponariae et ligno sassafras, guaiaco, iuniperi, pro mali gravitate bis terve in die apta copia sorbenda; insimul vero Essentiae lignorum praedictorum et quarundam radicum vel herbarum, Tincturae itemque antimoniales interpositae huic malo egregie adversantur: et nominatim Essentia ligni sassafras, vel lignorum, alexipharmaca, pimpinellae albae, vel herbae trifolii fibrini, aut scordii, Mixtura simplex, Tinctura Antimonii acris, sive Tinctura Antimonii tartarisata. In forma sicca sive pulveris huic scopo inserviunt lapides cancrorum, conchae praeparatae, et in quibusdam citri succo saturatae, tartarus vitriolatus, antimonium crudum vel diaphoreticum, salia

ia ex cineribus herbarum parata, ut ſal abſynthii, centaurii minoris, cinnabaris nativa vel antimonii; aliaque huius commatis, addito cuivis doſi mercurii dulcis uno vel altero granulo, aut huius loco panaceae mercurialis vel et aethiops mineralis dari poteſt, imo et quandoque turpethi mineralis gr. j in robuſtioribus, pro aegri ſcilicet et mali conditione, quae in his vitiis ceu ſpecifica praeſtantiſſima habenda, et ſine quibus parum boni caetera fere omnia remedia proficiunt: unde factum eſſe puto, ut, dum tam multi terreis, abſorbentibus aliisve ſimilibus tantum contra acidum, quod horum malorum praecipuam cauſſam eſſe exiſtimarunt, curarunt, aut pugnarunt, atque his ipſis mala haec curare voluerunt, nihil fere effecerint; cum contra ſub prudenti uſu mercurialium curatio plerumque feliciſſime ſuccedat.

Curatio Spinae ventoſae interna.

XXXVII. Speciatim vero in ſpina ventoſa primi et ſecundi gradus § VI. *Excell.* DN. PRAESES interne, praemiſſis evacuantibus neceſſariis, infuſis vel decoctis illis mundificantibus et attenuantibus numeri praecedentis, iunctis illis eſſentiis lignorum et tincturis antimonialibus ibidem laudatis, interpoſita ſubinde, quotidie ſcilicet ſemel aut bis, apta pro aetatis ratione mercurii portione, atque poſt dierum aliquot intervallum aegris his praecipit, ut decoctis illis, una cum eſſentiis aut tincturis mane in lecto utantur, corpus poſtea bene obtegant, et ad lenem ſudorem vel largam tranſpirationem diſponant, quam

quam initio per horam dimidiam, postea sensim per integram aut paullo diutius patienter ferant, quo ipso medicamenta longe melius per minima quaeque vascula penetrant, humores viscidos haerentes et quiescentes melius resolvunt atque in motum concitant, hinc noxios per invisibilia cutis foraminula sensim sensimque expellunt, eoque ipso malum minuunt ac tollunt.

Externa. XXXVIII. Externe, ubi solum dolor in osse percipitur ab aegro, vel ubi solum os intumuit sine dolore, primo partem contra frigus probe defendere iubet; id quod et in caeteris omnibus ossium tumoribus observandum, quia hoc his malis valde est contrarium: deinde si in pede vel brachio vitium est, vapore decocti herbarum resolventium calido, cui et rasuram ligni sassafras vel guaiaci incoqui praecipit, partem aegram bis vel ter in die per horam dimidiam aut diutius fovet. Praeterea, praesertim si tumor ossis simul adest, unguento mercuriali, ex mercurio vivo, terebinthina pauca subacto, et adipe porcina parato, partem tumefactam calide probe ac diu fricari bis quotidie iubet, superaddito deinde emplastro mercuriali, vel ex diachylo simplici et argento vivo parato, vel ex emplastro diachylo composito et de ranis vigonis cum mercurio duplici vel quadruplici, iisque ipsis per aliquot hebdomades rite usurpatis, ac simul victus regimine rite observato, multos ab his malis rursus, Deo benedicente, liberavit.

XXXIX.

XXXIX. Plura hic adducere possem exempla hac ratione curata, quae ex adversariis et observationibus suis mecum communicavit; sed nonnulla tantum, ne dissertatio mea in librum excrescat, paucis enarrabo. Quadriennium excessit, quo *puer consiliarii* comitis cuiusdam sex annos natus *circa flexuram cubiti sinistri* spina ventosa laborabat, quae non solum partem ossis humeri interiorem, ubi ossa cubiti tangit, verum etiam utraque cubiti ossa, ubi ossa humeri iunguntur ita infecerat, ut tota vulgo ita dicta cubiti regio ad trium quasi pollicum latitudinem, tam supra quam infra flexuram, valde tumida ac dolens, praesertim si tangebatur, et rubra fuerit, cubitumque vix atque ne vix quidem flectere potuerit; id quod iam per plures menses duraverat, multis remediis variorum medicorum et chirurgorum frustra adhibitis. Cum vero tandem ab *Excell.* DN. PRAESIDE contra pessimum hoc malum, quod totius brachii, imo ipsius vitae interitum minitabatur, anxie consilium petiisset; hic ipsi, praemisso purgante, decoctum lignorum, tincturam antimonii tartarisatam, et pilulas mercuriales interne, unguentum vero et emplastrum mercuriale externe diligenter usurpanda ordinavit, quibus effecit, ut intra sex hebdomades dolor omnis et tumoris maxima pars evanuerint, mobilitasque articuli multum redierit, omnia vero mala post continuationem eorundem remediorum per alias adhuc sex hebdomades prorsus sublata sint, et aeger integrae sanitati, qua adhuc nunc gaudet, restitutus fuerit.

Exemplum spinae ventosae in brachio pueri.

XL. *Puer alius Magdeburgensis*, septimo aetatis anno

Alia in tibiis.

anno, *in parte tibiae anteriore et fere media, ſpina* laborabat *ventoſa*, quae verſus partem eius ſupremam ſe extendebat, cum tumore ac rubore, quaeque magnos dolores ipſi concitabat, atque a variis fruſtra per plures menſes ibidem curatus erat; quemvero poſtquam Helmſtadii ſe curationi *Exc.* DN. PRAESIDIS commiſerat, eadem ratione intra aliquot hebdomades reſtituit. Superiori vere *nobilis erat viginti circiter annos* natus, qui eodem in tibiae loco ſpinam ventoſam tumidam, rubentem ac dolentem habuerat, una *cum parvo nodo in fronte;* quem vero eadem quoque ratione brevi ſanavit, atque eum a duplici illo malo liberavit, niſi quod adhuc in principio, quia ſanguineus ſiue plethoricus erat, ſanguinem apta copia detraxerit, quod vero in pueris omittere ſolet.

Exemplum in ſterno.

XLI. Praeterea Anno 1736. eques erat Boruſſicus, e vicino ducatu Magdeburgenſi, qui *ſpinam ventoſam habebat in ſterno*, qui a media eius parte ad ſuperiorem extendebatur, cum rubore ac dolore, quaeque iam ad abſceſſum ſpectare videbatur. Hunc praefectus ſive centurio ipſius, praeſertim quia Vir erat inſignis proceritatis ac ſtaturae, et Chirurgi illius legionis pluribus hebdomadibus omnibus ſuis remediis nihil efficere poterant, ſed ſymptomata ſemper creſcebant, *Excell.* DN. PRAESIDIS curationi commendabat. Et quamvis hic ipſe de felici curationis ſucceſſu et cumprimis mali reſolutionis in oſſe hoc initio dubitaſſet, aegrumque ſub incerta ſpe in curationem recepiſſet, idem tamen curandi modus tam feliciter ceſſit, ut intra duorum menſium ſpatium ab hoc periculoſo malo integre liberatus eſſet. XLII.

XLII. Circa idem fere tempus iuvenis nobilis ab *Excell.* DN. PRAESIDE consilium petebat, cui *sinistra pars ossium nasi, una cum vicino osse maxillari* iam ab aliquot mensibus indecore intumescere coeperat, ac simul ex eadem nare tetrum odorem spirabat. Hunc aegrum iisdem medicamentis internis atque externis §. XXXV. ad §. XXXVIII. curare instituit, addita solum foetoris narium caussa, qui ulcerationem internam indicavit, iniectione in narem laesam ex aquae calcis vivae, pauca mercurii dulcis copia impraegnata et quotidie aliquoties repetita; cuius liquor etiam subinde ope turundae in narem laesam et cumprimis noctu immittebatur, atque sic hic aeger, qui de naso amittendo vel saltem de insigni faciei deformitate haud parum fuit sollicitus, his ipsis restitutus est, relicta solum levi aliqua ossis nasi protuberantia, quae vero vix observatur. *In nasi ossibus.*

XLIII. *Mulier quaedam satis formosa*, triginta fere annos nata, quae haud sine suspicione contracti mali venerei erat, ulcusculis in faucibus et *simul spina ventosa in osse maxillari et iugali sinistri quoque faciei lateris* corripiebatur, quae praesertim versus orbitam protuberabat, atque oculum haud sine notabili deformitate sursum pellebat. Haec variis, sed sine fructu, iam usa erat remediis; tandem vero, cum facies inde valde deformaretur, ea autem formositatis esset studiosissima, *Ill.* DN. PRAESIDEM tandem consuluit. Hic perspecto malo, sine fortiori mercurii usu adeoque sine leni salivatione parum effici posse iudi- *In osse maxillari et iugali*

cavit, quam ipsi propterea proposuit: et cum illa metu maioris mali facile consentiret, curam cum ipsa suscepit, eamque etiam bimestri spatio sic restituit, ut vix aliquid praeternaturalis amplius in ea observetur, atque ossa in pristinos fere limites, quod mirandum, redierint. Id quod, quomodo fiat, ut ossa semel ita extensa, se rursus fere sicut partes molles, quae tumidae fuerunt, constringere atque restituere valeant, haud adeo facile concipi aut explicari posse existimo. Interea tamen hoc fieri *Exper.* DN. PRAESES saepe observavit, atque inde tanto magis similitudo morborum inter partes molles et ossa, de qua supra aliquid diximus, elucere mihi videtur.

Quaenam spinae ventosae peiores.

XLIV. Quando autem *spinae ventosae nimis magnae sunt in ossibus faciei*, atque eam exhibent faciem, quam MEEKRENIVS in Observ. suis p. 25. iam citatis, delineavit, et quales *Exper.* DN. PRAESES quoque aliquot vidit, parum plerumque medicamenta, imo et ferrum et ignis proficiunt. Ita *et spinam ventosam in ossibus tarsi et metatarsi pedum*, praesertim si malum iam invaluit, vel insanabile est, vel saltem longe difficilius et non nisi longissimo temporis spatio tolli posse, diuturno harum rerum usu didicit.

Cautio circa gradum tertium.

XLV. Adhuc peiora autem sunt omnia haec mala, quando ad *tertium spinae ventosae gradum, abscessum* scilicet et *exulcerationem perveniunt*, maxime, si simul in tarsi spina ventosa pars inferior cruris sive tibi-

tibiae hoc vitio laesa est: quibus in casibus plerumque nihil medicamenta efficiunt, sed aegri sensim consumuntur, verumque hic illud fit Ovidianum:

Interdum docta plus valet arte malum.

Imo si etiam a medicamentis ad ferrum, ex HIPPOCRATIS reliquorumque praestantiorum medicorum doctrina progredi, partemque sic laesam ense resecare volumus, magnum subest periculum, ne aeger brevi post vel moriatur, vel ne malum alio in loco postea se exserat, atque eandem ludat fabulam. Ita enim non solum DRANIVS praestantissimus Chirurgus Gallus, varia refert exempla a) eorum, quibus ob cariem aut spinam ventosam magnum quoddam membrum fuit resectum, et qui postea brevi perierunt; sed etiam mihi unum notum est, quod superiori anno Brunsvigae contigit, ubi viro, cuius supra iam §. XXIX. mentio facta est, praesente *Exper.* DN. PRAESIDE crus ob spinam ventosam in tarso et parte tibiae inferiori resectum est; qui vero tertio ab operatione die sine causa manifesta delirare coepit, atque quarto die sine ullo in curatione commisso errore, mortuus est. Hinc in prognosi de eventu admodum hic simus cauti, ne plus hic promittatur, quam servare queamus.

XLVI. Caeterum quando *tertius spinae ventosae gradus* adest, atque tumor in *abscessum* abiit, opus est, ut ille etiam ante plenam maturitatem incidatur, atque ichor vel pus contentum emittatur postea unguento *Quid in eo faciendum.*

a) in Observat. suis Chirurg. praesertim 101. ad 104.

digestivo, pauco mercurii praecipitati rubri roborato purgetur, et postea essentia succini, myrrhae, aut aristolochiae, aliisve similibus, si fieri potest, glutinetur: id quod subinde, praesertim si mundificantia sanguinem iam aliquamdiu praemissa sunt, atque adhuc continuantur et malum non adeo vehemens est, feliciter succedit; interdum vero et quam saepissime, praesertim ubi malum gravius, atque altiores egit radices, non tam cito aut facile sanatur, sed patientiam et longum tempus, imo etiam saepe fortiora remedia, erosionem ossis vel cariem tollentia, ut est euphorbii pulvis cum myrrha, vel essentia illius aut solutio mercurii in aqua forti desiderat, vel ferrum ipsum candens, si tuto id fieri potest, adhibendum; imo quandoque *terebra vel modiolo* os laesum est perforandum, atque vitiosum tollendum: quibus vero de curationibus, ne nimis fiam prolixus, uberius chirurgicae Institutiones DN. PRAESIDIS Part. I. L. V. Cap. IX. No. XIII. seqq. ubi de spina ventosa agit, videri possunt, ubi et observationes referuntur. a) Denique et curatio huius gradus perquam *difficulter in infantibus ac pueris succedit;* quia clamoribus suis impediunt, ne medicamenta rodentia, multo minus valentiora adhiberi queant: imo et parentes, praesertimque matres, ex intempestiva misericordia talia vix admittunt

Paedarthrocaces et exostoseos curatio.

XLVII. *Paedarthrocace*, quia eam speciem primi-

a) Conf. et MEEKREEN. Observ. Medico-Chirurg. cap. LXXII. pag. 341. seq. Edit. latin.

primi gradus ſpinae ventoſae eſſe ſupra §. XIX. indicavimus, quae a peculiari viſcido ac pituitoſo ſanguine aut ſero ortum trahit, iisdem etiam remediis, quibus hunc ſpinae ventoſae gradum tolli poſſe ſupra §. XXXV. ad §. XXXVIII. docuimus, quoque curatur. Quod vero ad *Exoſtoſin* ſtricte et recte ſic dictam attinet, ſi nulla incommoda excitat, eam neque medicamentis, neque ferro aggrediendam aut irritandam, ſed ſibi relinquendam eſſe ſentio, ne curatio malo fiat gravior: nam levibus aut blandis remediis prominentia dura oſſea, ut facile quisque iudicare poteſt, haud cedit, ſed vehementiora eſſe adhibenda, et quidem, *ſi Exoſtoſis non valde craſſa*, ſed tenuis eſt, remotis prius tegumentis, vel forcipe, aut cuneo & malleo reſecanda; vel ſi craſſior ac *tophum* refert, EX PETITI conſilio, a) tumor oſſeus primo ſectione cutis decuſſatim facta, detegendus, angulorum cutis extrema forfice reſecanda et vulnus primo linamentis aridis replendum et deligandum; die ſequenti tumor oſſeus totus foraminulis, iuxta ſe invicem cribri in ſpeciem terebra factis, eſt perforandus, ac deinde cuneo et malleo auferendus. Quid poſtea ſit faciendum, vel loco citato apud PETITVM, vel in *Ill.* DN. PRAESIDIS Inſtitution. Chirurg. loc. citatis N. XVI. uberius videri poteſt. Atque haec ipſa etiam curandi ratio quoque eſſet adhibenda, ſi *tophus* oſſeus, ſicut eum ſupra §. XIII. deſcripſimus, (inter quem vero et exoſtoſin et ſpinam ventoſam PETITVS nullam facit differentiam) eſſet exſtirpandus. XLVIII.

a) Libr. de morb. Oſſ. Cap. de carie. Tom. II. C. XVII.

Nodi et gummatis curatio.

XLVIII. *Nodi et Gummata* initio ſubinde unguentis et emplaſtris mercurialibus, ſi modo interna §. XXXVI. et XXXVII. non negliguntur, digeri ac reſolvi poſſunt; quando autem medicamentis his cedere recuſant, *ſcalpello incidenda*, et vel ut tumor cyſticus eximenda, vel per medium diſſecanda, materia contenta auferenda, fundus medicamentis rodentibus et cumprimis mercurio praecipitato rubro rite purgandus, et poſtea ut abſceſſus, glutinandus. Vel ſi qui ſcalpellum pertimeſcunt, cutis tumoris una cum parte eius *rodente medicamento eſt auferenda*, reliquum poſtea una cum fundo per modo laudata remedia praedicta ratione mundandum, et poſtea rurſus conſolidandum.

Si haec in ſuppurationem abierunt.

XLIX. *Sed ſi hi nodi et gummata in ſuppurationem abierunt*, fere ſemper os ſubiectum eroſum, imo haud raro, et praeſertim in oſſibus cranii prorſus a pure contento perforatum eſt, ſicut in caſu §. XIV. et §. XV. factum eſt. Vbi igitur mala haec in abſceſſum abiiſſe ex ſenſu puris fluctuantis percipimus, *cum eductione puris contenti*, adeoque et cum inciſione eorum *non eſt cunctandum*, niſi aegrum in vitae periculum, vel ſaltem in multa eaque graviſſima mala praecipitare velimus. Quando autem mature, ſimul ac materia fluctuans aliquo modo in eis percipitur, aperitur, multa mala praevenire, ac longe citiorem curationem obtinere poſſumus. Sciendum vero hic eſt, *os in his vitiis plerumque nudum et eroſum poſt inciſionem factam deprehendi:* quia materia collecta ſecundum ea, quae ſupra §. XIII. et XX. de gene-

generatione et cauſſa eorum diximus, intra perioſtium et os affectum, adeoque ſub perioſteo colligitur: quo poſito aut aſſumto, fieri aliter vix poteſt, quam ut, dum in aperiendo tumore perioſteum neceſſario laceratur ſive diſſecatur, os ab eo denudatum reperiatur. Interea tamen quando, quamprimum id fieri poteſt, tumores hi inciduntur, materia non admodum profunde vicina oſſa erodere, vel deſtruere potuit, adeoque tanto facilius ac citius purgari, conſolidarique rurſus queunt.

Quare hic ſaepius oſſa erodat quam tegumenta.

L. E contrario, quando mature aperitur, materia rodens 1.) ſub cute dura cranii, 2) ſub aponeuroſi muſculorum calvariam cingente, admodum tenaci ac robuſta, et denique 3) ſub pericranio firmo et tenaciſſimo haerens, (quae vero omnia coniuncta ac combinata vehementer reſiſtunt) has partes externas non facile perforat, ſicut experientia quampluribus in caſibus docuit, ſed *longe facilius oſſa cranii*, illic loci iam perioſtio ſuo privata, *aggreditur*, interſtitiis fibrarum oſſium facilius, ſe inſinuat, praeſertim quia praedictae partes et cumprimis aponeuroſis illa, vel etiam ſi malum in fronte eſt, ipſi muſculi frontales ſuo renixu materiam acrem perpetuo urgent, ac premunt verſus os, unde fieri exiſtimo, quod his in malis facilius cranium oſſeum erodat, aut omnino perforet, quam tegumenta antea nominata firmiſſime compacta, adeoque valde reluctantia, quamvis haec ad partes molles pertineant, atque minus reſiſtere poſſe videantur. Sed quod modo de gummatibus ſuppuratis in calvariae oſſibus demon-

ſtravimus, ſaepiſſime etiam easdem fere ob rationes in oſſibus crurum, tarſi et metatarſi aliisque fieri ſolet; unde etiam, niſi omnia me fallant, ſatis conſtare poſſe exiſtimo, quam noxia atque periculoſa ſit hisce in tumoribus aperiendis imprudens, timida aut meticuloſa cunctatio.

Exemplum gummatis ſuppurati et cranii eroſi.

LI. Vt vero hactenus de gummatibus ſuppuratis dicta in clariorem lucem ponantur, exemplo uno alterove, ex obſervationibus *Exper.* DN. PRAESIDIS mecum communicatis, ea illuſtrabo: et primo quidem unum proferam, ubi ex gummate in fronte ſuppurato, cranium quidem vehementer erat eroſum, attamen non omnino perforatum. Aeger erat iuvenis robuſtus, procerus ac ceterum vegetus, XXIV. circiter annos natus, ex veteri marchia oriundus et equitibus Regis Boruſſiae adſcriptus, cui ſponte, ſine cauſſa ipſi, ut aſſeveravit, cognita, tuberculum, inſtar nodi, circa medium frontis A. 1734 ortum eſt, quod vero ſenſim, et quidem principio ſine dolore crevit, tandem vero ad parvi ovi gallinacei per medium ſecti magnitudinem et quidem cum dolore auctum eſt, denique dolores vehementiores facti ſunt, ita ut anno 1735 chirurgi cuiusdam auxilium imploraverit. Hic etiam tumorem pro abſceſſu agnoſcens, ſcalpello, quo venae pertundi ſolent, eum circa inferiorem partem aperit, ſed vulnuſculo admodum exiguo, per quod quidem materia contenta effluere, verum fundus mali purgari non potuit, ideoque nec malum glutinari. Poſtquam vero per dimidium et quod excedit annum ſub huius cura ſine ſuc-

ſucceſſu tranſegerat, circa autumnum eiusdem anni *Clar.* DN. PRAESIDIS curae ſe commiſit. Hic cognita morbi hiſtoria malumque examinando plagam circa inferiorem frontis partem invenit, quae vix calamum ſcriptorium admittebat: quam cum, praeſentibus multis Medicinae ſtudioſis, ſpecillo explorare, non modo mox os valde eroſum et carie corruptum eſſe ſenſit, ſed cavum eius per varias plagas, ſurſum ſcilicet ac deorſum atque utrinque ad latera, per varios quaſi meatus, ſe extendere invenit.

LII. Cum vero hoc malum ſine ulcere ampliando atque omnimoda eius apertura ſanari haud poſſe iudicavit, ſententiam ſuam et aegro et affinibus, qui cum eo advenerant, indicavit, cumque hi, deliberatione aliqua facta conſentirent, ut et ulcus ampliaret, et quid ceteroquin pro ſanitate eius recuperanda factu opus eſſe iudicaret, faceret, quatuor inciſionibus, deorſum et ad latera et ſurſum, partim ope forficis, partem ope ſpecilli ſulcati et ſcalpelli omnes praedictos meatus atque ſic totum fundum deoperiuit. Hoc facto totum vulnus linamentis carptis aridis contortis, (Galli *bourdonets* vocant) probe implevit, ſplenia ſuperimpoſuit faſcia omnia firmavit, atque ad quartum usque diem ita reliquit. Quo autem die cum deligatio ſolveretur, linamenta carpta adhuc firmiter vulneri inhaerebant, ideoque non evellebantur, ſed unguento digeſtivo illinebantur, emplaſtrum de ranis vigonis cum mercurio ſuper imponebatur, poſtea ſplenium atque haec omnia faſcia rurſus firmabantur. Quinto die cum deligatio iterum *eius curatio.*

rum ſolveretur, et emplaſtrum detraheretur, linamenta vulneri primo die immiſſa, ſuppuratione facta, procidebant, ubi multis in locis cranium nudum, nigrum et carie exeſum in vulneris fundo conſpiciebatur. Cum vero ope ſpecilli ulceris ſtatum uberius explorare vellet, carnes fungoſae, quae hinc inde in eo deprehendebantur, ſanguinem fundebant, ſic ut uberiorem explorationem impediebat. Idcirco fundum linamentis rurſus ſiccis, et oras unguento digeſtivo, ſuperimpoſito emplaſtro deligavit. In ſequentibus carnes fungoſas, quae ex parte hinc inde cranium corruptum occultabant, partim forfice reſecuit, partim mercurio praecipitato rubro digeſtivo admixto, partim etiam attactu lapidis infernalis auferri ſtuduit, cranio vero nudo eſſentiam ſuccini et myrrhae ope linamentorum impoſuit. Atque ſic tandem vulnere a carne fungoſa, ſpatio XIII. dierum purgato, conſpiciebatur cranium quidem valde eroſum, attamen nusquam prorſus perforatum eſſe, atque tegumenta frontis iuxta ulcus triplo fere erant craſſiora, quam in ſanis eſſe conſueverunt; quod forte adhuc eſt ratio, quare ea a pure non facile perforentur. Poſthaec ad oſſa corrupta mundanda ſolutio argenti vivi in ſpiritu nitri parca copia linamentis imponebatur, oris vero digeſtivum; deinde per aliquot dies rurſus eſſentia ſuccini et myrrhae, et tunc iterum ſemel ſolutio illa mercurii, eaque imprimis locis cranii maxime corruptis: atque ſic pro rerum et vulneris conditione alternatim modo ſolutione illa, modo per aliquot dies eſſentia

prae-

praedicta balsamica vulnus deligari curavit, donec os omnino mundatum nova carne contectum, et denique totum glutinatum erat; id quod vero quatuor fere mensium tempus exegit: quibus, non neglectis internis, §. XXXV. et XXXVI. laudatis, perfecte curatus est, atque adhuc bene valet.

Gumma suppuratum cum cranii perforatione.

LIII. Exemplum vero, *ubi ex gummate suppurato in fronte os cranii sive frontis prorsus perforatum erat*, dare potest illud, quod §. XIV recensuimus: supereſt autem ut *hic curationem gravissimi et pessimi huius mali exhibeamus.* Cum igitur in illo fere deplorato statu, una cum Medico quodam ac chirurgo A. 1721. medio Iulii ad *Excell.* DN. PRAESIDEM pervenisset, hic abscessum adesse, quod alii hactenus negaverant, affirmavit, atque ex saevissimis, qui in capite sentiebantur, doloribus, atque intervenientibus quandoque mentis alienationibus, cranii ossa hic perforata et cerebrum iam simul affectum esse suspicatus est, et nisi quamprimum tumor incideretur, vitae periculum instare quam maximum asseveravit. Aeger eiusque uxor incisioni, quam proponebat *Ill.* DN. PRAESES, non facile assensum praebere volebant, quia nullus antea vel Medicorum vel Chirurgorum, quos consuluerant, pus hic subesse, iudicaverat, sed malum pro tumore, qui per resolventia digerendus sit, habuerant. Verum Medicus et Chirurgus, qui eum hic comitati erant, indiciis et rationibus, quas ipsis dederat, convicti, tandem aegro ut incisionem nodi admitteret, cum hactenus tot resolventia incassum sint adhibita, suaserunt. Ergo deliberatione in-

ter hos et aegrum facta, tandem sequens dies curationi destinabatur, adeoque tunc sine ambagibus *Ill.* DN. PRAESES totum nodum a radice nasi ad frontem supremam scalpello incidebat, ubi larga puris copia cum aegri et adstantium admiratione profluebat.

Eius curatio.

LIV. Pure eiecto, ulcus linamentis siccis, ut in praecedenti casu, et spleniis deligavit. Altero die, cum deligatio solveretur, et ulcus rite exploraretur, inventum est, os frontis ad pollicis latitudinem, circuli fere in modum erosum, atque in medio huius illud omnino foramine subrotundo, dimidii circiter pollicis latitudine, perforatum esse, per quod foramen dura mater eiusque pulsus, cum pulsu arteriarum conveniens, perspicue conspici poterant, et si caput antrorsum inflectebatur, multum adhuc purulentae materiae e cranii cavo prodibat. Purgato igitur sic probe ulcere et dura matre, a pure et minutissimis osticulis erosis, duram matrem et ossa nuda vitiata linamentis solum mollibus eisque aridis, oras vero vulneris unguento digestivo obtegit, atque ut in casu praecedenti deligavit, et sic per XV fere dies egit, donec nullum amplius pus e cranio efflueret. Interea tamen omnis generis accedebant symptomata, quibus alias ii vexari solent, qui cerebri vulnus aut laesionem sunt perpessi: ut *vomitus et singultus* pertinacissimus, qui ultimus aliquando per diem integrum aegrum ita affecerat, ut in animi deliquia et summam debilitatem incideret, mortique proximus videretur. Verum et haec mala idoneis roborantibus, nervinis, et antispasmodicis remediis

diis cohibita sunt, et postea ossa erosa in vulnere essentia succini et myrrhae, cui subinde parum essentiae Euphorbii, admixtum est; orae vero digestivo unguento deligatae sunt, ita sensim sensimque factum, ut pars corruptorum illorum officulorum sponte a sano recesserit, pars autem eorum a *Cl.* DN. PRAESIDE specillis, volsellis aliisve idoneis ferramentis ablata sit: quo facto, nova caro partim ex ossibus purgatis, partim ex dura matre, sicut post trepanationem fieri solet, propullulavit, quae cum tegumentis externis coaluit, atque sic pessimum hoc ulcus quarto mense omnino glutinatum est, et aeger restitutus, quamvis iam XIX anni praeter lapsi sint, adhuc pancratice valet, sine omni in loco, qui laesus erat, incommodo, si cicatricem excipias.

LV. Plura eiusmodi nodorum, gummatumque exempla proferre possem, sed quia ob iter iussu Venerandi Parentis nunc suscipiendum mihi festinandum, et dissertatio mea iam prolixior, quam initio putaram, facta est, pauca solum de RHACHITIDIS curatione adhuc annectam. Huius causam proximam humores peculiari ratione viscidos potissimum esse, iam supra asseruimus atque phaenomena et curatio idem uberius evincere videntur. Itaque hi, ut in §. XXXIV. iam diximus, erunt attenuandi, tumores circa articulos discutiendi, et partes debiles roborandae. Illud praestant 1) *victus modicus*, vitando nimium sive voracitatem ac simul viscidum; flatulentum, leguminosum, crassum, et crudum. 2) *medicamenta incidentia* ac resolventia, ut sunt tinctura antimonii tartarisata, pulvis antatrophus *Rhachitidis curatio.*

phus Scretae a) pulveres ex ſalibus digeſtivis, radice ari pulveriſata, ſemine aniſi, foeniculi, cinnamomo, interpoſitis lenibus ſubinde mercurialibus. *Balnea* quoque ſaepius repetita ac frictiones non negligendae praeſertim ſi eae in balneo ſemper fiant manu humida farina triticea imbuta, pro ſordibus cutis abſtergendis, foraminulisque eius inſenſibilibus aperiendis, quam methodum etiam *Excell.* DN. PRAESES b) et CHVDENIVS, recens ſcriptor, peculiari in ſchediaſmate c), ceu praeſtantiſſimum remedium iure laudarunt. Poſtquam malum maximam partem ſublatum eſt, pro roborandis viſceribus internis aut artubus externis, blanda martialia his quoque addi et interponi poſſunt, ut tinctura vitrioli martis Ludovici, tinctura martis cydoniata et aliae, nec non in pulvere crocus martis aperitivus inſigniter valent. Externe autem *ſpiritus* et *linimenta* proſunt nervoſa, ſpinae dorſi inuncta, ex ſpiritu roris marini, ſerpilli, matricali, aqua anhaltina, non omiſſis, ſi opus eſt, machinis idoneis pro ſpina dorſi et cruribus emendandis. Velificantur tandem etiam huic ſcopo *omnis generis motus*, ut agitatio fortior in cunis, vectio in curru puerili, geſtatio, aliique ſimiles. Et haec ſunt, quae de tumoribus oſſium brevibus hic proferre voluimus: ſi vero quidam errores forte irrepſerint, eos benevolus lector, pro ſua aequitate corrigere ne gravetur, eſt quod enixe rogamus.

a) Deſcriptio huius pulveris in Lentil Miſcell. Med. Practic. Part. III. p. 59. b) Vid. Eius diſſertatio de Rhachitide A. 1725.
c) De atrophia ſeu macie infantum edit 1726.

Q. D. B. V.

DISSERTATIONEM INAUGURALEM MEDICAM

DE

RHAGADIBUS

DIVINI NÚMINIS ADSPIRANTE GRATIA

JUSSU ET AUTORITATE

ILLUSTRIS AC GRATIOSISSIMÆ FACULTATIS

MEDICÆ

IN FLORENTISSIMA AVGVSTÆ TREBOCCORVM

ACADEMIA

PRO

LICENTIA

SUMMOS IN MEDICINA HONORES

INSIGNIA ET PRIVILEGIA DOCTORALIA

LEGITIME IMPETRANDI

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI

SUBMITTIT

JOHANNES HARDOVICUS HAMPE

GÔTTINGA BRUNSUICENSIS.

HORIS LOCOQVE SOLITIS

AD XXI. DECEMBR. ANNI M DC LXXVIII.

LITERIS GEORGII ANDREÆ DOLHOPFFII,

IMPRIMEBAT JOHANNES Schütz.

178

VIRO
EXCELLENTISSIMO,
DOMINO
GEORGIO WOLFFGANGO
WEDELIO,
MED. DOCT. THEOR. P. P. CELEBERRIMO,
MEDICO DUCALI SAXONICO FELICISSIMO,
S. R. I. NATUR. CURIOSORUM
ADIUNCTO, DICTO HERCULI

DN. PRÆCEPTORI, PATRONO
AC OLIM HOSPITI VNDIQVAQVE
BENIGNISSIMO

GRATI ANIMI ERGO

PRO FIDELI INFORMATIONE

ET

IN ULTERIOREM SUI COMMENDATIONEM

CONSECRAT

HANC DISSERTATIONEM INAUGURALEM

JOHANNES HARDOVICUS HAMPE
GÔTTINGA BRUNSUICENSIS.

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Ad

Nobiliſsimum atq; Præcellentem

DN. JOH. HARDOVICUM HAMPIUM,

Götting. Saxon.

de Rhagadibus inauguraliter diſputantem.

Cum tua jam quondam ſe ſuffimenta probarint
Doctorum, Salæ qua fluit unda, choro,
Exemploque poli penetrarint culmen Abelis
Illa pii; metam Te tetigiſſe puto.
Quid ſupereſt, uteri, mammillarumque dolores
Rimanti ingenio, quos mala rima facit?
Atria qui cœli ſolo ſuffimine pandit,
Rimando rimas hic ſibi plura parat.
Namque poli ſibi ſuffitu qui Numina junxit,
Rimando poterit conciliare ſoli.

ſincerioris amicitiæ cauſa
contubernali veteri fecit
Joh. Joachimus Bockenhoffer
Argentoratenſis.

Q. D. B. V.

DE

RHAGADIBUS

Proœmium.

VEstimentum hominis, quo eum induit Sapientissimus cæli terræque Creator, ad muniendas corporis partes internas, summe necessarium erat; incolumes enim conservandæ erant ab exteriorum injuriis, maxime vero ab aëris. Hoc vestimentum præterea tanta venustate & lævitate est præditum, ut hominem mirifice commendare & amicabilem reddere soleat, à rosis in genarum superficie inprimis florere solitis. Sic præter hanc venustatem & suos habet usus egregios, succurrit expulsioni fuliginum, liberum eis per poros transitum concedendo, & mille alios, quos jam in medium afferre locus non permittit.

Cœlum extimum & supremum, omnia tegit, omnia involvit, ut totus mundus & quicquid in eo continetur, unum videatur corpus contiguum: ita cutis totum tegit & involvit microcosmum, hominem dico, & quicquid in eo est, omnes, nempe partes, ut unum sint contiguum & cohæreant. Itaque merito etiam cœlum extimum & supremum microcosmi vocatur.

Non tamen obstat & pulchritudo & usus uterque insignis, quo minus hostili morborum impetu turbetur, imò planè defœdetur. Inter quos celebres & notatu dignissimæ sunt RHAGADES, de quibus hac vice paululum lubet agere, & magis quidem quoad earum curationem. Faxit DEUS feliciter.

CAP. I.

Nominis notationem monstrat.

RHAGADES significant divisuras partium membranosarum magis ad exterius vergentium & conspicibilium. Sumitur autem hæc vox varie 1. *Latissime* pro quacunq; divisione partium dictarum, ita etiam, ut extendatur ad apertiones venarum, quæ sunt in ano GORD. *op. lil. partic.* 5. *c.* 21. it. ad hæmorrhoides, & condylomata exulcerata, MONTAGN. *cons.* 168. *c.* 3. Verum differunt ab utrisque. FOR. *l.* 28. *obs.* 52. GORD. *l. c.* 2. *Strictissime* solum de iis, quæ in collo uteri, ano & labiis oris sunt, quippe quæ partes omnium maxime iis infestantur, teste experientia & autoritate. ROND. *meth. cur. c.* 71. PERDULC. *univ. Med. l.* 13. *s.* 7. *c.* 26. HAFENR. *nosod. cut. l.* 1. *c.* 15. *Rhagades*, inquiens, *proprie dicuntur de iis, quæ fiunt in collo uteri, intestino recto & labiis.* ita quoque FOR. *l. c.* 3. *Late* seu *medio modo* usurpatur pro omni cutis tenerioris membranæve divisione, sive ab interna, sive ab externa caussa, non tamen violenta scindente, ceu gladio &c. originem ducente. Sic SENN. *M. Pr. l.* 3. *p.* 2. *s.* 1. *c.* 10. dicit *rhagades ut in aliis corporis partibus, manibus, pedibus, labris, ostio uteri, ita etiam in ano accidere possunt*, quo vult innuere omnes tales rimas commode dici posse *rhagades*. Idem sentit. MASSAR. *l.* 3. *c.* 24. item de papillarum fissuris, R. à CASTR. *de M. Mul. l.* 2. *c.* 31.

FISSURÆ vox interdum etiam, præcipue autem in Chirurgia significat ossium fracturas secundum longitudinem, inprimis in cranio, quando videlicet à re dura contundente, ut fieri potest à lapide, &c. fortiter caput tunditur, ita ut rimam accipiat, sive secundum unam, eamque vel internam, vel externam, sive secundum utramque laminam. Hinc notabilis *contrafissura*, quando ex opposito latere, ubi caput pertusum, finditur cranium. BARBETT. *Chir. p.* 1. *c.* 4. Interdum etiam pro labiis leporinis Germ. Hasenschaart PLAT. *T. III. Pr. c.* 1. BLAS. *univ. Med. p.* 300 Adhibetur porro etiam quando in pilis barbæ & capillis apparent divisiones PLAT. *l. c.*

RIMÆ vox apud Anatomicos etiam in usu est, & sumitur pro pudendo muliebri externo, addito insuper epitheto, diciturque tum rima magna BARTHOL. *anatom. ref. l.* 1. *c.* 32.

Voces ejusdem significationis plures hinc inde occurrunt quarum mentio facienda; apud DON. ab ALTOM. *de med. H. C. M. c.* 77.

ῥαγάδια

ῥαγάδια legitur; quod etiam apud CELS. *l. 6. c.* 18. ut ita videatur civitate Latina donatum esse. RHAGADIÆ vox præterea legitur apud GORD. *l. c.* FRANC. *de* PEDEMONT. *p.* 4. *f.* 1. *c.* 7. *suppl. ad Mes.* Latinæ quoque variæ sunt, sic FISSURA omnium frequentissima est, plerique enim autores Græca illa vocabula, per hanc explicant vocem. SENN. HAFENR. *ab* ALTOM. R. à CASTR. PERDULC. l. c. sic apud alios per vocem SCISSURÆ, & apud dictos autores & MASSAR. *l.* 3. *c.* 24. Dicuntur etiam RIMÆ. TRINC. *l.* 10. *c.* 15. *de rat. cur. partic. H. C. A.* SORBAIT. *M. Pr. tr.* 5. *c.* 49. Unde Germanis dicuntur Ritzen/ Spalten/ oder auffgesprungene Haut an Leffzen/ Händen ꝛc. die Schrunden/ quod vocabulum magis notum & usitatum. CREPATURÆ etiam commodè nominari possunt, à similitudine hordei, si coctum est usq; ad crepaturam.

Habet vero ἔτυμον vocabulum *rhagades* & in singulari (est enim pluralis numeri, cum ut plurimum multæ simul adsint) ῥαγὰς à ῥήγνυμι seu ῥηγνύω quod est frango rumpo, à quo etiam cætera verba derivantur. vide Lexicographos. FISSURA à FINDO; SCISSURA à SCINDO originem ducere notum est; RIMA primitivum.

Nos hac vice, & in hac dissertatione dicta vocabula pro iisdem habebimus, & una eademque significatione, ita ut perinde sit, quo utamur; sequemur autem ultimum in vocis significatione modum, ubi latè accipitur & inter dictos ceu medium, quippe quo tutissimus ibis, & sumemus hoc vocabum rhagades & cætera de partium membranosarum divisione sive à caussa interna, sive externa, non tamen violenta scindente & intimius penetrante in diversis humani corporis partibus magis externis v. g. labiis, papillis, ano, utero &c. de quibus pluribus c. 3. ubi de subjecto, agetur.

CAP. II.

Definitionem format.

CUm rhagades sint quiddam in corpore nostro p. n. inquirendum venit ad quodnam ex eorum numero spectet. Tria autem sunt secundum omnes Medicos in corpore humano p. n. morbus videlicet, caussa morbi & symptoma. Ad caussam morbi, neque ad symptoma referri possunt; relinquitur igitur quod ad morbos referri debeant. Differentia autem hujus tripartita est, vel enim morbi sunt

similares dicti intemperiei, vel organici, vel denique communes seu solutæ unitatis. Cuilibet verò intuenti apparebit cutem aliamve partem membranosam in hoc affectu esse divisam, ut utrinque labia separata à se invicem videantur. Et quod magis, sentient asperitates & proëminentias ubi lævitas debebat adesse: sed visus tactum antecellit in hoc affectu dignoscendo. Ex his itaque manifestum est adesse solutionem unitatis. VID. *T. 2. l. 9. c. 20.* dicit *fissuræ ad solutam unitatem perbelle referuntur.* Ad quam vero solutæ unitatis speciem hic morbus pertineat videbimus. Apud plerosque & accuratiores Institutionistas. SENN. RIVER. BRUNON. *dogm. med. gen. p. 2. c. 5. §. 2.* pro varietate caussarum solventium sex leguntur sequentes.

VULNUS, quando à re quapiam in parte molli secante unitas solvitur, idque vel cæsim & stricte dicitur vulnus, vel punctim & vocatur punctura. Ast ad vulnera non referri queunt, quoniam subito & instrumento secante fiunt, ulterius plerunque penetrante quam cutem: RHAGADES vero non ita, licet in eo conveniant, quod semper sint in parte molli, tamen in reliquis à se invicem toto differunt cœlo.

FRACTURA & CARIES proprie & solum de ossibus dicuntur & similibus duris partibus, RHAGADES autem nullo modo in ossibus fiunt.

CONTUSIO est citra deperditionem substantiæ & divisionem partium, RHAGADES non ita.

ULCUS à quodam corrodente cum deperditione substantiæ. Ad hæc itaque rhagades referendas esse quispiam putaret, quod interdum h. m. fiant, nec desint autoritates, ubi dicuntur esse ulcuscula oblonga, PERD. *un. m. l. 13. f. 8. c. 2c.* UFFENB. *de gen. hom. l. 23. c. 63.* Interdum quidem evadunt ulcerosæ, sed quid inde? anne propterea omnes rhagades dici merentur ulcera? ne quaquam licet quædam fiant ulcerosæ, non tamen tanta cum deperditione sunt substantiæ ac ulcera, nisi aliud superveniat, nec rhagades ulterius penetrant; quam partem membranosam; ulcera vero ut plurimum sub cute ibique oriuntur, sed RHAGADES h. m. variant.

RUPTURA adhuc superest, & fit à re ultra modum tendente, distendente & tandem quoque dividente, & quidem in partibus, mollibus, membranosis videlicet, in quibus rhagades semper fieri dicetur, ubi de subjecto. Itaque ad hanc rhagades referendæ veniunt. cum ad cæteras referri satis commode non possint. Hinc loco *rationis*

tionis formalis rhagadum constituendam esse, hanc solutæ unitatis differentiam uno modo probatum est: alter modus probandi, est per ipsam vocis significationem & derivationem, de quibus cap. præc.

Sunt vero Rhagades semper in longum diductæ rupturæ secundum fibras subjacentium partium, vel etiam membranarum proprias, fibrarum autem situs semper, si quiescunt, est secundum longitudinem proprii corporis. Videmus, si fidantur ligna, illa facilius secundum longitudinem fibrarum dissilire, quam si cæduntur secundum crassitiem. Clarius adhuc, si arbores cæsæ exsiccantur, apparent rimæ secundum longitudinem fibrarum, quas costas arboris dicunt, juxta quas etiam numerant ætatem arborum. Idem in rhagadibus observatur. In hoc itaque ponimus differentiam specificam nostri affectus.

Fiunt rhagades à quodam violenter & nimium distendente, ita ut sequatur inde divulsio seu ruptio partium earum, quæ antea distendebantur, quod de caussa proxima hac vice satis dictum esto, infra pluribus.

Præsuppositis itaque his & explicatis talem nostri affectus ad resolvendum propositi, definitionem ponimus.

Rhagades sunt membranosæ partis à quodam violenter & nimium distendente secundum fibras in longum diductæ rupturæ.

CAP. III.

Subjectum explicat.

IN genere subjectum hujus morbi universale dicimus esse partes membranosas, & intelligimus jam per eas, non omnes in toto corpore, sed eas, quæ incurrunt in sensus nostros, & objectæ aëri nos ambienti, inter quas primario cutis & proxime annexæ; esse autem plures, quæ rumpi possunt, membranas in corpore nostro nos non fugit, v.g. peritonæum, ex cujus ruptione non rhagades, sed ramex sive hernia oritur; propterea etiam eas hac vice præterimus. Cutem membranam esse patet ex eo, quod membrana sit pellis, quæ tegit artus, & præparata κατ' ἐξοχὴν ita dicatur: deinde ex genere definitionis, quod est membrana. BARTHOL. *Anat. l.* 1. *c.* 2.

In specie lustrabimus etiam partes in quibus habitant, & ex

illis statim se oculis objiciunt nostris utrique sexui communes. LABIA, quæ substantiæ tenellæ, ut sensu fere videantur omnium exquisitissimo præditæ, & Tactus, nisi aula & summum conclave, tamen atrium, quod probant deliciæ à levi attritione labiorum se invicem osculantium. Constant præterea ex carne fungosa, cui ita arcte subducta cutis, ut diceres esse unum & idem, cutis & musculus, & melius appellari cutem musculosam vel musculum cutaneum. BARTH. *Anat. reform. l. 3. c. 11.* Quare eo facilius huic malo obnoxia videmus. GAL. *de mdt. fac. par. c. 15.* MES. *comp. secr. med. l. 2. s. 7. c. 5.*

LINGUA sermonis aliorumque instrumentum, ex carne tenera obducta tenui membrana hoc malum patitur, GORD. *l. c.* SENN. *M. P. l. 1. p. 3. s. 5. c. 1.*

PALPEBRÆ quoque vexantur à fissuris, quoniam substantia earum mollis & tenera. GRASEC. *de H. C. F. M. class. 2. s. 15.* MAROLD. *M. Pr.* fiunt autem vel in ipsarum extremitate, vel in superficie externa.

MANUS & PEDES non immunes ab hoc malo. FOR. *l. 31. de fuc. obs. 9.* MAROLD. *M. Pr. p. 74.* STEGH. *art. med. l. 13. c. 40.*

ANUS, seu extremitas summa intestini recti, quoad suas partes per quas excrementa excernuntur, sive ejus partes magis foras sitæ sint, sive etiam aliquo modo in interioribus contineantur, quoad ani constrictorem instar annuli latioris ano circumjectum musculum, facile hunc ob sæpius descriptam substantiam, qua etiam pollet, patitur morbum. GAL. *de comp. mdt. per gen. l. 5. c. 11.* CELS. *de Med. l. 6. c. 18.*

Viris esse membra quibus distinguuntur à mulieribus, notum, & ea hunc pati posse morbū affirmamus. PRÆPUTIUM inter ea numeratur, particula cutis, tegumentum particulare penis glandis constituens, judæis quod resecatur, tenuis substantiæ, & maxime sensilis, hoc afficitur morbo. SENN. *M. Pr. l. 3. p. 9. s. 1. c. 12.* GRAS. *de H. C. F. M. class. 4. s. 27.* Vidimus hoc olim in commilitone quodam.

SCROTUM, capsula testiculorum, instar sacculi propendens, constans ex fungosa cute, non satis hinc firmum huic resistere malo, exemplum ipsi quoque novimus.

Sexus sequioris partes peculiares constituentes subjectum, & ex iis sunt PAPILLÆ, quarum substantia quodammodo nervosior & magis spongiosa, ut corrugari & iterum laxari possint, hac ratione etiam non immunes ab hoc morbo: frequens est apud Fœminas lactationis tempore. STEGH. *art. med. l. 13. c. 40.*

MAM-

MAMMÆ ipſæ non ab hoc malo liberæ, ſed ſæpiſſime fiſſuris laborantes conſpiciuntur. FALLOP. *de ulc. c.* 8. CLAUD. *emp. rat. T.* 2. *l.*4. *ſ.*2. *tr.*2. *c.*8.

UTERI VAGINA, magis tamen ubi ad exteriora vergit, nervoſa valde & exquiſito ſenſu, per quam varia excernuntur, tributum videlicet lunare, fœtus &c. afficitur & tanto malo. R. à CASTR. *de M. M. l.*2. *c.*31. SENN. *l.*4. *p.*1. *ſ.*1. *c.*9. *M. Pr.*

VENTER INFIMUS, abdomen, tempore ingravidationis ſolet fiſſuras pati, præſertim ubi cutis à frequenti conceptu nondum extenſa, in primiparis nempe. SENN. *Pr. M. l.*4. *p.*2. *ſ.*5. *c.*6. RANCH. *in tr. poſth.* R. à CASTR. *de M. M. l.* 4. *cap.*20.

Qua de cauſa verò hæ partes corporis jam dictæ præ cæteris magis afficiantur hoc morbo, ſi quis noſſe deſideret, ille ſciat id fieri & ratione ſubſtantiæ, quæ tenera & ratione ſitus, qui in exterioribus. vid. R. à CASTR. *de M. M. l.* 2. *c.*31. Afficiuntur per ſe, cum quod rumpi facit, in parte rupturam patiente, generatum vel collectum, ita ut ibi permanentem habeat ſedem; per conſenſum, ſi fomes mali aliunde v. g. uterus ſi mittat vapores acres ad labia, ut rhagades inde patiantur. *Poſitive* autem hoc fit & cum communicatione materierum. *Viæ* per quas materies defertur ad unam quamque partem ſunt manifeſtæ, præſertim ubi congeries venarum & arteriarum: deinde etiam totum corpus noſtrum eſt perſpirabile & poroſum.

CAP. IV.

Cauſſas, immediatam & mediatas proximiores proponit.

COnſiderandæ nunc veniunt cauſſæ in quarum numero prior eſt IMMEDIATA, quam ſtatuimus diſtenſionem nimiam partium membranoſarum, ſive ſolutionem continui. Quid vero illud ſit quod diſtenſionem illam pariat, id in ſequentibus.

MEDIATÆ, in quarum poteſtate poſitum eſt corpus humanum in hunc p. n. ſtatum conjicere, quæque ad generationem aut collectionem conferunt, morboſumque apparatum excitare & movere queunt, proximiores quidem ſunt, *Intemperies calida*, tum totius, tum inprimis viſcerum internorum, quatenus ea calore ſuo abſumi humidum debitum & proportionatum, tum ad partes alendas,

tum

tum etiam ad vigorem à natura sibi concessum, conservandum. Hinc membranæ exsiccantur, difficulter cedũt, si distenduntur facilius rumpunt. *Sicca*, velut progenies caloris quoq; accusatur præcipue hepatis, R. à CASTR. *de M. M. l. 2. c. 31.* & producit hunc effectum non aliter ac terra exsiccata à calore ☉ rumpit, & fissuras accipit. *Humida* quatenus concurrit ad generationem humorum acrium. *Frigida* & suo modo opem fert. Ex his compositæ seu potius mixtæ intemperies non negligendæ: sicca enim interdum caliditati, interdum frigiditati juncta hunc parit morbũ. FRANC. *de* PEDEM. *in suppl. ad Mes. p. 4. s. 1. c. 4.*

Materia ratione essentiæ peccans est 1. *Vaporosa*; Vapor est vero multitudo halituosi spiritus partes corporis in quas fertur molestia afficiens & modo crassior, modo tenuior, quomodo generentur vid. ap. HIPP. *lib. de Nat.* FIEN. *libr. pec. c. 4. & 5.* 2. *Corpulenta*, quæ sunt humores variis imbuti qualitatibus, præcipue bilioſi, acres & salsi, qui mordicando distendunt divelluntque. STEGH. *art. M. l. 13. c. 40.* SENN. *M. P. l. 2 p. 1. c. 5.* Hinc. GAL. *l. 9. c. 6. de comp. M. s. l.* id notavit de sedis affectibus. *Dictum est*, inquit, *ejusm. particulas* (multo sensu præditas) *facile per acriora & austera pharmaca irritari. At vero ipse retrimentorum alimenti transitus per se mordax est & hoc magis ubi erupuerit ipsa bilis & seroſi quidam aliquando humores, quibus accedit & hoc quod neque statum tempus habeant Medici ad imponenda pharmaca, sed plerumque tempore minime convenienti ægri ad externendum concitantur. Quando & humiditas ac caliditas ipsius loci siccantibus simulq; frigefacientibus opus habens, non parum confert ad hoc ut ægre curabilis ani affectio existat, siquidem mordent astringentia.* Hactenus Galenus. *Generantur* vero humores & vapores in toto corpore & ad partes exteriores, tanquam debiliores, mittuntur. Qui labia scindunt, ex ventriculo præsertim, pulmonibus & utero oriuntur & ascendunt, quod extra litis aleam.

CAP. V.

Seriem causſarum remotiorum naturalium & non naturalium habet.

NAturales remotæ sunt 1. *Temperamentum* calidum siccum, frigidum siccum, &c. quod præ cæteris ob defectum humidi radicalis citius & facilius ad hoc malum inclinat. 2. *Ætas*; quæ omnis, in primis autem juvenilis huic morbo obnoxia. 3. *Sexus* similiter etiam uterque, magis tamen & frequentius fœmineus hoc patitur malum pro-

lum propter plures partes, uterum dico, materiam peccantem generantes.

Non naturales constituunt sex res non naturales dictæ, quæ cum sint necessariæ nec ulla earum detur vitandi ratio, *quantum & quomodo noceant & hujus affectus caussa esse possint, videndum*: inter eas autem primo loco stat AER, quem ambiendo & inspirando varie corpus nostrum alterare posse notum; peccat autem dum nimium est frigidus & siccus, ceu quando borealis flat ventus, ubi mos loquendi apud Germanos obtinuit, der Wind schneidet wie ein Messer/ hic in manibus, labiis, aliisque partibus, quæ nudæ eidem exponuntur, gignit fissuras. FOR. *l.* 14. *obs.* 1. Et tempore hyemali nihil fere frequentius est in dispositis, quam hic affectus, quemadmodum hoc novimus in virgine primaria & animo & corpore pulchra, quæ quotiescunque tempore brumali ventus flat à septentrione dictus boreas, ejusmodi rhagades patitur innumeras in manuum dorso, quæ tactui satis asperæ obveniunt. Similiter noxius est nimium calidus & siccus, qualis solet esse tempore canicularium, ☉ existente in ♌. & tandem qui repletus acribus, salsis & corrosivis particulis. PERDULC. *in univ. M. l.* 13. *s.* 5. *c.* 5. hæc comprehendit his verbis, *finduntur, æstu, frigore aquilonio, halitu ferventi, salsisque & acribus humoribus.*

Cibus calidus & siccus absumens humidum, nimium aromatisatus, acrem præbens chylum & ejusdem farinæ sanguinem, vitia enim primæ coctionis non corriguntur in secunda. Quando nimirum multo conditur pipere pulverisato, quod magis nocet quam integrum & adhuc in granis, Zingibere & aliis aromatibus: aut etiam, si præter modum & rationem sit salitus, sæpius calefactus *Potus* vini generosioris in dispositis quam plurimum nocere potest.

Motus & *Quies* quatenus uterque vel deficiunt vel modum excedunt.

Vigiliæ & *Somnus* E.M. peccant. 2. *aph.* 3. 7. *aph.* 73.

Animi pathemata magnum habent in corpus humanum imperium, & id variis alterant modis; inter ea primario peccat ira, quæ ad hoc malum producendum suppetias fert, quippe à qua moventur particulæ sanguinis aliorumque internæ, præcipue bilis, ut omnes videantur fermentari; unde etiam sæpius hoc vocabulum pro irasci & fermentum pro ira sumitur; hinc etiam exspectandus effectus, qui fermentationem sequitur, nempe separatio quarundam particularum, præcipue acrium & Mercurialium, tanquam fugitivarum &

exitum quæsitantium, quem cum facilius inveniunt in partibus externis,& quidem tenerioribus, illis ultimo tanquam agitatæ adhuc noxam inferunt. Unde interdum ita apta nata est, ut vel sola satis, quæ tali summo spirituum impetu & fervore, velut effervescendo, uti jam dictum, fissuras excitet inprimis labiorum, quale admirandum & summi Herois rarissimæ fortitudinis rarum exemplum habemus in SCANDERBERGO, Duce bellico, viro ingentis animi & roboris, cui quotiescunque in aciem descendebat, aut pugnam ingrediebatur contra turcicas gentes, labia æstuantis animi vehementia fissa non solum, verum etiam sanguis ex fissuris eorundem effluens conspiciebatur, *Chron.* CAR. *l.* 5.

Excreta & *Retenta* diversimode suum afferunt symbolum. Ea videlicet quæ excerni debent, si plus justo retineantur; aut si ab ea diuturniori retentione quemadmodum feces alvi, induruerint & exsiccentur, unde eas vias, per quas secernuntur, findunt. SORB. *M. Pr. tr.* 5. *c.* 49. Sic dura, ceu nuclei cerasorum collecta in intestino recto, uti olim vidimus, postea summa alvi compressione difficulter dejecta, fissuras creant.

CAP. VI.

Caussas seu res p. n. fissuras producentes in medium affert.

QUid per caussas sive res p. n. Medici intelligant, ut hic multis proponamus neque locus, neque tempus patitur, potius ostendendum, unam rem p. n. posse esse fomitem alterius, & producere aliam.

Apostema rhagadum caussa. GORD. *op. lil. p.* 5. *c.* 21. *rubr.* 5. FR. de PEDEM. *suppl. ad Mes. s.* 1. *p.* 4. *summ.* 4. *c.* 9. *Catarrhus* ad nares fluens dictus *Coryza*, producit fissuras in labiis cum materia defluens sit acris, irritans, ut sæpissime emungere nares cogamur & abstergere à quo facile hæ subtili sensu præditæ & molles partes dividuntur; attritio enim ista sæpius repetita vel sola hoc facere posset GORD. *l. c.* MES. *comp. secr. med. l.* 2. *s.* 8. *c.* 1.

Condylomata præcipue *ani* ibi excitant scissuras, item uteri in utero. TRINC. *de rat. cur. part. A. C. H. l.* 10. *c.* 15. FOR. *l.* 28. *obs.* 52. ab ALTOM. *de med. H. C. M. c.* 77. *Hæmorrhoides* eundem in censum veniunt, quippe à quarum fluxu acri continuo rhagades esse ortas observatum est.

eſt. GORD. *op. lil. p. 5. c. 21.* FOR. *l. 23. obſ. 10.* Eſſe autem acrem hunc fluxum, patet ex acrimonia humorum hunc producentium, & apertionem venarum inſtituentium. SENN. *M. Pr. l. 3. p. 2. ſ. 2. c. 13. Dyſenteriam* propter acrimoniam, quæ conjuncta eſt cum excrementis, producere poſſe ſciſſuras extra litis aleam eſt; ſale videlicet reſoluto & ſibi detracta habena fluxum hunc facere notavit HIPP. *de priſc. Med.* Inde ſi continuatio hujus eſt fluxus, particulæ ſalis reſoluti continuo feriunt partem, unde aliter eſſe non poteſt, quin ſequantur ſciſſuræ. FOR. *l. 23. obſ. 10.* *Diarrhæa* E. M. fiſſuras producit. Similiter à fortioribus purgantibus id accidit, non ſolum in gutture inferiori, ſed etiam ſuperiori, in labiis. Quemadmodum legimus hiſtoriam apud GABELCH. *cent. I. cur. 37.* *à Michaele Rucker* auditoribus olim Tybingæ recitatam, de viro, qui cum per quinque dies alvi careret beneficio, nec ab hauſtu muſti, ſatis copioſe autumno aſſumti, quicquam excernere poſſet, radices eſulæ effoditas magna quantitate aſſumpſit, multum quidem excrevit, ſed præter alia ſymptomata etiam paſſus fiſſuras labiorum. *Medicamentorum impoſitio acrium* accuſatur. GORD. *op. lil. p. 7. c. 12.* ceu ſunt nigella, cantharides, colchicum, ſinapi &c. empl. veſicantia, ſinapiſmi &c. SENN. *M. Pr. l. 2. p. 1. c. 2.* GAL. *de comp. m. ſ. l. c. 6. facile per medicamenta acria & auſtera particulæ multo ſenſu præditæ irritari poſſunt.* Partes autem in quibus rimæ fiunt tales eſſe ſupra c. 3. dictum eſt. *Lues* ♀ morbus ille per orbem notiſſimus, fiſſuras generat, ſive adhuc in vigore ſit, ſive etiam male ſit curata. FOR. *l. 23. obſ. 10.* MYL. *pharm. ſpag. l. 2.* *Febres* ſæpiſſime in labiis quoque producere ſolent, & ex earū numero omnium frequentiſſime ardentes, malignæ, quamplurimum vero in lingua. GABELCH. *cent. V. cur. 7. 16, 17.* HAFENR. *noſ. cut. l. 1. c. 16.*

Partus difficilis, laborioſus & vehemens enixus, ob magnitudinem capitis infantis ſæpe fiſſuras in ſexu ſequiori, in uteri collo ſolet relinquere FOR. *l. 28. obſ. 52.* PEUCER. *meth. cur. morb. int. c. 21.* SORB. *M. Pr. tr. 5. c. 49.* HAFENR. *l. c.* In eodem loco coitus violentus accuſari meretur SORB. *l. c.* aut ob prorſus deteſtabilem ac nefandum præpoſteræ libidinis uſum; unde anum findi contingit. VID. *T. 2. l. 9. c. 29.* Sic *magnitudo virgæ virilis* etiam in culpa eſſe ſolet, GORD. *op. lil. p. 7. c. 12.* quæ ſi cum impetu intrudatur, aliter fieri non poteſt, quin nimium extendantur partes & tandem rumpantur. Sic *anguſtia ſinus muliebris* aut ſi mulier tam arctam habuerit, ut difficulter virum admittat & amplexus patiatur conjugales, eundem ſubit cenſum. HAFENR.

nos. cut. l. 1. *c.* 16. Vel accidit ut à solo coitu violentiori partibus genitalibus utriusq; sexus naturaliter se habentibus, in vagina uteri rimæ oriantur SORB. *M. Pr. tr.* 5. *c.* 49. præsertim in neonymphis.

Suctio fortior in fantum papillarum fissuras sæpe efficit, præcipue si parum lactis possident mammæ. Econtra ob *mammarum duritiem* nimiam, labra infantibus quoque finduntur, SENN. *M. Pr. l.* 2. *p.* 1. *c.* 2. *Magnitudo mammarum* nimis aucta in culpa interdum esse solet, si ipsæ patiantur fissuras, quippe quandoque ad tantam efferuntur magnitudinem, ut illarum cutis ab hac distensione rumpatur. CLAUD. *emp. rat. T.* 2. *l.* 4. *s.* 2. *tr.* 2. *c.* 8. *Fœtus grandior* fissurarum in abdomine tempore gestationis se ostendentium caussa esse solet. SENN. *M. Pr. l.* 4. *p.* 2. *s.* 5. *c.* 6. R. à CASTR. *de M. M. l.* 4. *c.* 20.

CAP. VII.

Differentias rhagadum proponit.

VArie dividi possunt rhagades & quidem 1. ratione *Subjecti*, ubi aliæ labiorum, quæ in labiis apparent, aliæ præputii, quæ in illa parte cutis, quæ glandem penis tegere solet, observantur, aliæ papillarum, quæ in papillis, aliæ mammarum, aliæ uteri; aliæ ani, aliæ manuum, aliæ pedum. 2. *Caussarum* aliæ ab interna, aliæ ab externa &c. 3. *Curationis* aliæ curatu faciles, aliæ curationem difficulter admittunt, aliæ plane incurabiles, ceu illæ sunt, quæ à prima visuntur nativitate. 4. *Rhagadum ipsarum* & quidem primo quantitatis, ubi aliæ magis profundæ, aliæ magis superficiales, aliquando apparent angustæ & coarctatæ, aliquando vero magis distensæ, aliæ majores, aliæ minores, aliquando pauciores, aliqn. plures, aliæ secundũ fibras membranarum proprias, aliæ secundum fibras partis subjacentis: deinde qualitatis aliæ humidæ, aliæ siccæ. 5. *Symptomatum* aliæ cancrosæ, fistulosæ, callosæ, aliæ cum inflammatione, aliæ sine eadem, aliquando c. condylomatibus, aliquando vero plane simplices, aliæ magis, aliæ minus dolentes, aliquando c. dysenteria, aliquando sine eadem.

CAP. VIII.

Symptomatum reddit rationem.

MOrbum esse præsentem affectum, de quo agimus, satis superque demonstratum, quare aliter esse non potest, quin etiam

sua

sua habeat symptomata essentialiter inhærentia & consequentia, morbum enim ex institutionibus notum, tanquam corpus umbram sequi symptomata. Subjectum supra c. 3. hujus morbi in genere diximus esse partes membranosas, in quibus residet primario sensus universalis & omnium sensoriorum communis, GAL. *de diffr. Sympt. c.* 3. tactus nempe, qui, si organon læditur suum ex objecto ingrato tangibili confertim & violenter agente, molestiam sentit, quam Medici dolorem vocant, qui primum symptoma hujus morbi & inseparabile solet esse. Nam nullæ existunt rhagades sine solutione continui & soluta unitate, & ad hoc quippe genus morborũ referri debere supra c. 2. pluribus fuit ostensum: Et sensus tactus, ejusque subjecti proprium quasi symptoma est *dolor*, quia est tristis sensatio à solutione continui dependens. Quare etiam, quo magis sunt sensiles & nervosæ partes, eo dolor etiam acerbior, quod ex rimis papillarum mulierum apparet. *Constanter & sanctè asseverant mulieres parturientes, aut parientes, aut postquam pepererint, non tam acutos & diros sentire dolores, sicut si à pariu rimis illis papillarum laborent. Tam vehementer enim illas, dum infantem lactant, dolores sentire, ut vix effari possit quanquam aliæ magis, aliæ minus doleant.* THADD. DUN. *de M. Mul. c.* 36. Voluptates quidem ex suctione infantum percipiunt magnas, vel ipsis fatentibus, ast eæ quo majores dum sanæ papillæ, eo magis exquisitus dolor, dum infirmæ sunt, h. e. rhagades patiuntur. Sic in supra laudata fœmella juniori, & alias vivido colore dotata, observavimus faciem pallere & circa frontem sudorem frigidum, dum lactabat puellam, ob atrocissimos dolores. Interdum is augetur, ut amplius lactare non possint. SCHENK. *l.* 2. *obs.* in propria id observavit uxore.

Vigiliæ huic proxime succedunt, à quibus noxa infertur toti corpori, quippe sensus sunt in continuo exercitio, subtiliorque tum sanguinis pars absumitur, hinc humorum acrium copia, & vel sexcenta alia. Oriuntur vero eædem ob defectum suavium exhalationum poros cerebri demulcentium, acrium autem membranas & poros cerebri irritantium, pungentium, copiam, tum etiam ob dolorem, qui sentitur in partibus affectis, cerebro communicatum ob id, quod est principium & origo nervorum nervosarumque partium, tanquam subjectum sensus illius universalis nempe tactus.

Inflammatio comitari quoque solet fissuras interdum ob continuum in partem affectam influxum, eandem irritantem, concitatum

à dolore, dicit TRINC. *de comp. med. l. 3. c. 17.* Verum dolor non tam attrahit, quam quod natura in id incumbat, ut parti dolenti opem ferre studeat, hinc ad eam humores alimentares mittat tanquam auxiliares copias, quæ potius, cum eisdem uti rectè nequeat, sibi detrimento sunt, quam adjumento. Quapropter ob hunc continuum affluxum & motum particularum calor augetur & inflammatio necessario sequi debet.

Cancer insequitur quoque fissuras; Notum enim est eum libenter habitare in partibus adenosis, laxis & quasi spongiosis, quæ subjectum illarum esse supra c. 3. fuit satis ostensum, quare etiam ob continuum affluxum humorum acido austerorum, notante DECK. *in not. ad Pr. Barb. l. 2. c. 2.* non dissipatorum, sed adustorum HAFENR. *nos. cut. l. 2. c. 7.* TRINC. *de comp. med. l. 3. c. 26.* Labiorum fissuras secutum cancrum annotavit TIM. à Güldenklee *med. cas. 38. l. 1. &* FOR. *l. 23. obs. 10.*

Callus tandem etiam rhagadiis supervenit & earum labiis. FOR. *l. 23. obs. 10.* ut vix ac ne vix quidem conglutinari possint. Cum enim succus glutinosus, nutriens partes hasce luxuriat, seu copiosius, quam pro reficienda parte opus erat, eò mittitur, & accedit externum aliquod impediens, crustam labiis partium divisarum inducit. Semper autem pro reparatione earum novum ablegat Archæus succum, qui sub crusta jam facta id non assequitur, cujus gratia erat eò missus, itaque etiam degenerat in crustam sub priori, quibus coalitis & induratis, callus dicitur esse genitus.

CAP. IX.

Signa diagnostica & causarum indicat.

DE diagnosticis signis ut multa dicamus non est operæ pretium: siquidem fissuræ, quacunque in parte sint, facile cognoscuntur & quidem solo aspectu. De iis vero quæ in collo uteri sunt, res aliter se habet; solet enim malum ibi aliquamdiu latere; neque ita facile oculis obveniunt, tum quod has partes ceu quas natura tegi voluit, ideò etiam crinibus ornavit, ægræ ipsæ vix aspicere, tum quod aliis easdem non facile & sine pudicitiæ detrimento ostendere possint. Solent tamen postea cognosci ex dolore, qui in coitu sese prodit & subsequenti fluxu sanguineo: ubi autem dolor, ibi morbus. Habemus & nos modum singularem cognoscendi rhagades in vagina ute-

gina uteri, quem sonticas ob caussas reservamus in aliud tempus, aliumque locum. Siquis autem eundem nosse desiderat, accedat nos privatim, & eius perito pro ingenii nostri tenuitate satis faciemus. R. à Castr. *de M.M. l. 2. c. 31. deprehenduntur*, inquit, *insuper in sinu dioptra instrumento adaperto, tunc enim scissuræ in ostioli circuitu oculis patent.*

Subjecti ratione rhagades primigeniæ & per se tales esse dicuntur, si nulla adsint signa, quæ alias partes esse affectas ostendunt. Per consensum vero ortas esse fissuras, si in aliis partibus hæreat fomes mali, ut, si uterus materiam foveat peccantem tanquam caussam morbi & labia inde patiantur rimas &c.

Caussarum ratione valde necessarium est hoc ipsum dignoscere, utrum proveniant ab intemperie sicca, calida &c. an vero à caussa quadam externa? Si à coryza aut febribus in labiis, vel etiam frigore in manibus, pedibus; à fluxu hæmorrhoidum, diarrhæa, vel dysenteria in ano; si à partu difficili, vel etiam pene grandiori, aut vice versa vulva arctiori, in vagina uteri, aut si à fœtu grandiori in abdomine gravidarum, id omne ex relatione & sermone ægrotantium notum Medico esse potest. Si vero à nulla harum sint caussa, concludendum est, eas esse ab humore bilioso, acri & salso nativo volatili facto & detruso ad partem in qua apparent, si videlicet simul in fissuris reperiatur quoddam humidum sive purulentum: quod si vero illud absit sciendum est, vaporem esse in culpa. Quod si autem ex humoribus calidis ortæ sint cum pruritu, majori profunditate existunt, quia humores magis fixi, & ita fortius in partes agere possunt. Si autem vapor in caussa, parum sentitur, neque adeo frequentes & profundæ, quia sunt magis volatiles.

CAP. X.

Prognosin adjungit universalem.

Medicus si ἰατρὸς, tum certe erit, quando quæ in futurum accidunt ratione morbi, enuntiat; solet autem communiter institui ad salutem vel mortem & quidem ratione

I. *Generis.* Rhagades parum profundæ omni carent periculo, si absque aliis sunt symptomatibus. *Bonæ* sunt criticæ; *malæ* cum tales non sunt, & ubi deformitatem pariunt, & quibus superveniunt alia symptomata. Hinc multo majori cum periculo sunt, si fluxus adveniat materiæ purulentæ, & si profundæ ob tardiorem curationem. Cancrosæ omnium periculosissimæ. II. *Sub-*

II. *Subjecti*, Pejores, quæ in magis sensibilibus proveniunt locis, & quæ magis per se, quam per consensum existunt.

III. *Caussarum*. Pejores sunt, quæ graviores habent caussas; ubi intemperies sicca accusatur, ibi ob defectum humidi radicalis difficulter conglutinantur. Hinc si calidi humores acres salsi, particulis suis angularibus continuo labia rhagadum ferientes, in caussa sunt, multo deteriores evadunt. Ast quæ à violentia externa fiunt, non ita malæ, facilius enim curantur.

IV. *Temporis*. Quæ inveteratæ & à nativitate, pessimæ, sunt enim incurabiles. SENN. *M. Pr. l. 2. p. 1. c. 2.*

V. *Symptomatum*. Quo graviora, eo pejores habeas fissuras, callus malas reddit, inflammatio malum auget, cancrosum in ulcus si vertantur, pessimum. Ast si remittunt hæc omnia & benigniora evadunt, eo meliorem etiam spem & salutem promittunt.

CAP. XI.

Prognosin particularem annectit.

LAbiorum *rhagades* diligenter attendendæ, deformitatem enim, & præcipue in sexu sequiori magnam pariunt facillimeque in callosas degenerant, quemadmodum novi quendam, qui in medio labii inferioris rima vexabatur, cujus labra, quod negligentius tractata essent, callo medicamentis non amplius cedente obducta erant, valde aspectu deforme. Si vero in febribus tertianis & putridis appareant, post signa criseos bonæ sunt, & notant promissionem proxime futuræ sanitatis. Hinc crisin esse exquisitam atq; perfectam, morbique materiem superatam, (nempe fermentum febrile, salsum, acre, in corpore vivo volatile factum,) & à partibus interioribus corporis nobilioribus, propulsam ad membra externa ignobiliora, & tanquam victricem agere ex morbo triumphum justissimum. Verum enim vero, si solum in mulieribus occupant, labia inferiora, non prægressa febri quacunque, illam esse libidinosam & petulcam, atq; continuum desiderare coitum certo credas; hujus n. uterus, sicca laborans intemperie, humiditate seminis virilis recreatur. Utramq; sententiam fovent GORD. *op. lil. p. 3. c. 19.* FOR. *l. 14. obs. 1. in schol. Mulieres laborantes fissuris labiorum siccam habent matricem, ideoq; petulantes esse perhibentur*; sunt verba SORB *M. Pr. tr. 5. c. 49.* quippe tum facilis est humorum sive potius vaporum acrium generatio, qui tunc in illa sensu exquisitissimo prædita

prædita membrana continuum pruritum & titillationem excitare possunt, ex quo deinde ille appetitus nimius & desiderium insatiabile ad exercendam Venerem.

PALPEBRARUM fissuræ nihil peculiaris prænuntiant, nisi quod cavendum, ne ulterius serpant, ipsique oculo, ob affluxum forte continuatum, noxam inferant, sunt alias notæ scorbuti & arthritidis, uti id aliquoties observavimus, præcipue si hæc inveterata sit.

LINGUÆ pessima sunt, in febribus continuis, ardentibus, malignis, pleuritide, inflammatione, œsophagi, & interdum lethalia signa, quippe magis symptomatice accidunt, propter sanguinem corruptum & summum in membris principalioribus calorem, à quo vapores calidi, acres, salsi, putridi, maligni, linguam exsiccantes & quasi comburentes. S. PAULLI *digr. de febr. edit. nov.* §. 17.

MANUUM & PEDUM fissuræ præsertim ab errore externo, aëris videlicet injuria, nihil mali portendunt, & facile curantur, ast eæ quæ à lue ♀, sunt pejores, tum propter ortum, tum etiam propter curationem, illa enim sat difficilis.

ANI *rimæ multi tædii plena sunt mala*, inquit, CELS. *l. 6. c.* 18. Et hoc quidem ob difficilem curationem, quoniam est pars sensu exquisito prædita, ab acribus quæ facile irritatur: acria particulas multo sensu præditas irritare ex GAL. supra c. 6. notavimus. Huic accedit quod medicamenta justũ temporis spatium, quo vires suas exserere possent, non habeant, propter intempestivam & frequentem alvi secum depositionem à continuo stimulo acrium humorum, & interdum tenesmum comitem: Tum etiam, quod ab excrementorum transitu gravius lædatur, & adhuc multo magis, si feces istæ alvinæ junctam habent acrimoniam, & sunt induratæ; locus GAL. supra citatus c. 4. hoc omne confirmat. Hinc ob dictam irritationem & acrimoniam læsæ partis frequentem facile supervenit inflammatio, quæ ob dictas rationes etiam difficillima curatu, & satis per se periculosa TRINC. *de rat. cur. l.* 10. *c.* 15. Quare diligenter in id incumbendum, ne postea aut inflammentur cut callosæ &c. fiant, quod multo pejus, si tenesmus associatur; qua de caussa etiam cavendum, ne in febrem hecticam incidant, si malum cum dolore protrahatur. FOR. *l.* 23. *obs.* 10.

PRÆPUTII ut & SCROTI rhagades non contemnendæ, præcipue si à lue ♀, cum sint in parte multum sensili, semper sunt cum pruritu, quoniam fungosæ aliquo modo sunt præcipue autem scrotum, hinc & aptæ ad plures imbibendum humores & pruritum augentes & sanationem impedientes.

PAPILLARUM & MAMMARUM fissuræ tantis cum periculis sunt, ut vix dici queat, si enim considéremus saltim leviuscule quantis semper sint cum symptomatibus, tum videbimus, quod sint omnium molestissimæ & periculosissimæ, solent etiam ex suctione infantum exacerbari. Mammæ præterea inter omnes partes corporis facillime cancrum patiuntur, idque propter suam peculiarem, qua pollent, substantiam, & liberiorem humorum affluentium receptiorem, præcipue lactationis tempore. Maxime autem molestæ sunt primiparis, & apud eas frequentiores, quæ tenellulæ & admodum juvenes in matrimonium veniunt: sic novimus quandam honestissimam fœmellam, quæ anno ætatis 16. peperit, sed fissuris papillarum laborabat molestissimis, ita ut quoties lactaret infantem sudor in fronte appareret quasi frigidus & facies palleret. Quamobrem non susquedeque tractandæ, sed in id incumbendum, ut cito iis opem feramus, ne ex parva scintilla, magnum oriatur incendium, quod non tam facile supprimi aut extingui possit.

UTERI fissuræ, cum multum molestiæ pariant, & sint in loco maxime sensili & nervoso, & per quem Natura multa sibi molesta hoc in sexu excernit, hinc neque carent periculo, neque facilem admittunt sanationem. Quapropter bene attendum, ut statim ab initio iis subveniamus, alias facillimum factu est, ut accedente quavis vel minima violentia semper recrudescant, ceu à coitu fieri contingit, qui præterea magnum excitat dolorem & valde frequens est post ipsum hæmorrhagia; aut propter continuum ibi affluxum humorum acrium atque sæpe reiteratam ab excernenda urina irritationem, accidit ut facile inflammentur, aut, cum protrahitur earum curatio, callo obducantur. Quod, quantum sit, dictum. Sic pruritus valde molestus solet illis non raro supervenire, qui tantus interdum est, ut tum maritatæ coitu satiari nullo modo queant. Quod si autem superveniat purulenta materia, quæ cum fœtore, coloreque variegato, pessimum est, tum enim malignitatem simul adesse experientia docuit.

VENTRIS fissuræ multis sunt cum doloribus, ob majorem semper distensionem, quam patitur exinde, quod fœtus quotidie capit augmentum, propterea etiam iis difficulter mederi possumus. Nam labia fissurarum debent ad se invicem cogi & agglutinari, quod minime fieri potest, dum adhuc uterus fœtum fovet. Quantam præterea pariant deformitatem, quilibet animadvertit; omnis enim

pars

138

pars corporis à sua discedens figura debita deformis evadit: venter vero inferior qualis esse debebat unicuique notum, sed nunc mutatus & quasi exterior sambuci aut quercus cortex apparet, quod satis deforme & molestum.

CAP. XII.

Curationem annectit & præcipue è fonte Chirurgico petitam.

METHODUS curativa solitis semper nititur suis indicationibus. CURATORIA videlicet, quæ respicit ipsum affectum, ubi partium fissuris laborantium conglutinatio intendenda est, habetque hæc aliquam similitudinem cum PRÆSERVATORIA, quæ respicit causas morbum hunc producentes, easque amovendas esse jubet. Intemperies calida per contrariam corrigenda &c. Unitatis solutio iterum juste unienda. Causæ vero à quibus eæ dependent, quantum fieri potest cito tollendæ: externæ si adsint, amovendæ. Materia, quæ peccat, & ex aliis partibus affluit, debet intercipi & coacervata per collectionem continuo affluxu, corrigi & eliminari: acris indiget temperatione, vaporosa dissipatione. Et hinc quoque viscеribus, unde promanant, velut hepati, utero &c. imo toti corpori bene prospiciendum subveniendumque in tempore, ne amplius generetur. Alii affectus fissuras procreantes velut coryza in labiis; lues ♀ in manibus; diarrhæa, dysenteria in ano &c. mitigandi sunt, imo radicitus exstirpandi, alias frustra erit & irritus omnis labor, quem impendimus, & absonum esset umbram, existente corpore, tollere velle. VITALIS operam dat conservationi virium, partiumque roborationi studet.

Remediorum materies desumuntur ex tribus ordinariis fontibus *Chirurgico, Pharmaceutico & Diætetico*

CHIRURGIA varia subministrat præsidia, è quorum numero ea, quæ nostro affectui opem ferre possunt, proferamus. Occurrit autem omnium primo generosissimum remedium. V. S. quæ affectionum & circumstantiarum concurrentium ratione locum habere potest. Copia quippe sanguinis imperat evacuationem, ne pondere & mole gravetur Natura & ob commixtos humores ad partes affluentes, curationem impedientes, malum augeatur. Sed sanguinem tanquam Naturæ filium dilectissimum, cujus beneficio &

opera pene omnia exequitur, mittere absque urgenti necessitate, nefas esse ducimus; in gravidis primis & ultimis mensibus uti periculosum & haud sine damno licitum, ita valde quoque temerarium est, nisi summe urgentes id suadeant rationes; quippe ob id defraudatur fœtus alimento suo, ob quod etiam abortus insequitur. Necessitate itaq; id flagitante V.S. commendatione dant D. ab ALTOM. *de med. H. C. M. c.* 77. CLAUD. *emp. rat. l.* 3. *tr.* 2. *p.* 4. *membr.* 1. *c.* 1. Tantum vero sanguinis educendum, quantum morbi magnitudo & symptomata postulant, viresque ægrotantis permittunt; melius tamen est hac in parte peccare indefectu, quam excessu, propterea quod repetitio institui queat, sed semel amisso tam egregio vitæ thesauro, vix reparari. Quoad individuum autem quid certius magis decernere hoc in loco valde difficile, prudentia autem Medici id ipsum ratione circumstantiarum determinare melius poterit. Perinde vero est qua in parte secetur vena: Possumus tamen eligere venas, cubiti, quam vulgo Medianam, sub lingua quas raninas, in pedibus quam saphænam &c. appellant, tanquam magis ad exteriora vergentes. Videndum autem in genere est, ne subjacens vel arteria, vel nervus, vel etiam tendo inde aliquid detrimenti capiat.

Valde affinis & quasi V.S. ministra & vicaria est *Scarificatio*, cujus ope sanguis ex venis etiam capillaribus educitur cum cucurbitulis videlicet. Hinc eas suademus illis, qui ob vires ipsam V.S. tolerare nequeunt, quos consuetudo tanquam altera natura id jubet, tum non sine tanta spirituum dissolutione & virium prostratione evacuatio instituitur. Potest administrari in cruribus dorso & brachiis, ut necessitas & ratio illud postulat: ante ipsam vero scarificationem jubemus partes illas panno fricare laneo, & post spongia aqua calente madida fovere, quo eo melius faciliusque sanguinis evacuatio fieri queat. Nec minus rejicimus ad discutiendos vapores cucurbitulas siccas h. e. quæ absque scarificatione sive cæsura, sed solum cum multa flamma apponuntur, quæ, si justo adhibeantur tempore, usum habent insignem.

Hirudines cucurbitulis & V.S. commodiores minorique cum molestia, ast summo cum successu indebilioribus æque ac robustioribus feliciter applicari possunt: sanguinem enim ora venarum morsu suo aperiendo, non tantum ex capillaribus & sub & in cute sitis exsugendo paulatim evacuant, verum etiam ex majoribus venis arteriisque, si eis apponantur. Eligendæ vero quæ sint, cum non nullæ vene-

læ venenatæ,& quando,& quomodo applicandæ & iterum amovendæ vid. SENN. *instit. l. 5. p. 1. s. 2 c. 7.* BARB. *Chir. p. 1. c. 17.*

Fonticuli in brachio & cruribus parati & suo modo prosunt, quippe qui vitiosos & exitiales à sanguine dependentes humores subtrahunt, qui alioquin alio mandarentur, aut etiam sponte defluerent.

Setaceum, quod est cum per cutim funiculus trahitur; hic locum quoque habere potest, si derivatio humorum per cætera medicamentorum genera satis commode & sufficienter fieri nequit. Quomodo vero sit applicandum, quidque observandum in administratione seu usu eorundem, de eo vid. *Diss. elegantiss. de Setaceis Exc. D. D.* WEDELII *P. P. Jen. meritissimi, Hospitis ac Præceptoris quondam fidelissimi, optimeq; de me meisque studiis meriti.*

Tandem etiam, quando nimirum plane occalluerint labia rhagadum, ultimum subministrat Chirurgia remedium ustionem; *Quæcunque non sanat medicamentum, ferrum sanat, quæ ferrum non sanat, ignis sanat, quæ ignis non sanat, ea incurabilia existimare oportet. 7. aph. ult.* Eam autem fieri posse putamus, si sumatur filum ferreum tanta crassitie, quanta requiratur ad implendam fissuram, idque carbonibus vivis imponatur, ut candeat juxta longitudinem fissuræ candefacto filo detrudatur in eam, quousque callus est. GUIDO *de* CAULIAC. *in Chir. magn. tr. 4. doct. 2. c. 2.* jubet eas parvo cultellari urere, & postea curare donec sanentur: sunt etiam nonnulli, qui cauterizant nummo aureo & tum progrediuntur ulterius, sicut Ars Medica docet procedendum esse in ustionibus. SENN. *inst. l. 5. p. 1. s. 2. c. 9.* Ad eliciendum empyreuma multum facit succus allii illitus. Commendamus in genere *corticem sambuci interiorem viridiusculum*, sæpius summo c. fructu adhibitum in tali casu; item *empl. dia* ♃. tanquam divinum auxilium.

Incisionem denique nonnullis placet in labiorum fissuris administrare; incidunt autem ipsum musculum sive musculosam cutem labiorum transversim; & aliquo modo profundius cum sagittela, deinde imponunt pulverem cinamomi, gallarum usque dum sanentur. MES. *comp. med. secr. l. 2. s. 8. c. 1.*

CAP. XIII.

Pharmaceuticum fontem, quoad remedia universalia aperit.

LIberandum corpus à vitiosa materie, quæ fomitem quocunque modo suppeditat, quod fit si procedamus, *juxta 2. aph. 9. 7. aph. 72.*

cum quispiam corpora purgare voluerit, oportet fluida facere. Fit illud vero quam optime *lenientibus & præparantibus* tum non tantum sine noxa verum etiam summo cum levamine & utilitate ipsa possumus propinare purgantia. Leniendi scopo possunt adhiberi *sir. de cich. c. rhab. ros. solut. de manna fl. acac. de cartham. pantagogus* Mynsi. ad ℥ij. aut etiam pulvis sequens.

℞ *gialap. nigr. resinos. cremor. tart.* à ℈ß.

☿ *diaph.* gr. vj. M. D. S. Laxier Pulver. Potest sumi in cochleari primo jusculi in initio prandii: cui melius arridebunt pilulæ, ei sequentes assumendas vesperi cubitum ituro præscribimus.

℞ *extr. panchym.* Croll. ℈ß. *resin. scamm.* gr. ij.

c. *elix. propr.* F. l. a. Pil. N. 9. 12. 15. involvantur pulvere cinamomi D. S. Laxier Pillen.

Pilulæ enim quo minores, eo feliciorem & citiorem præstant operam, quippe quod tum facilius possint solvi in stomacho: id autem solet accidere, cum sunt majores, ut vel operationem post se relinquant parvam, & multo minorem exspectata, & plane interdum non solutæ iterum per alvum excernantur, docente id quotidiana experientia; vel in majori dosi præscribendæ, & tum si solvantur periculum ἀναρρηξέως metuendum, & sic semper utrum præstent operam nec ne in dubio positum.

PRÆPARANTIA hac vice esse possunt *sir. de cichor. capill.* ♀ *de quinque rad. nymph. spec. diatr. santal. hepat. rubr.* Dresd. *Panac.* Holstein. *dec. hord. c. C. C. & rad. scorz. tinct. viol. rosar.* &c. Horum vices sequens potiuncula supplere potest. In intemperie calida.

℞ ▽ *cichor. gram.* à ℥iij. *ros.* ℥ij. *cinam.* ℥ß.
sir. de quinque rad. ℥ß. *acetos. acetos. citr.* à ℥ß.
spir. sal. q. s. ad gr. acid. M. D. ad vitr. S.

Præparier Trăncklein auff iij. oder iiij. mahl.

℞ *dec. hord. c. C. C. & rad. scorz.* ℔ß.
sir. de duab. rad. nymph. à ℥j. *tinct. ros.* ℥j. M.
c. a. S. ut. s. ubi adest intemperies sicca.

PURGANTIA nunc sequuntur in ordine universalia, quæ dictis jam præmissis feliciter & bono cum successu adhiberi possunt; ex quibus convenit eligere, quæ causæ primas tenenti respondeant, citra acrimoniam & mordacitatem humores educunt, & deniq; palato ægri non adversentur: Quidam enim ægrorum abhorrent à pilulis, quidam à potionibus &c. uti id & experientia docet, & cuilibet

libet de seipso notum; quare Medicus ad omnes medicamentorum formas paratus accedat. Mitioribus vero purgantibus primus dandus est locus, & si iis finem assequi non licet, progressus faciendi ad fortiora accidit enim interdum, ut mitiorum virtus & potentia eludatur à robustiori stomacho. Itaque in intemperie calida & materie biliosa acri peccante commendamus cholagoga & ex iis, ceu mitiora, primum sunt *manna, myrobal. aloe rhab. el. diapr. lenit. de manna* River. *MP. de aloe ros. violat. sir. de mann* disp. Nor. p. 81. deinde fortiora *scammonium* & inde paratum *dacrydium, pil. aggregat.* &c. Ast, si simul adsint humores serosi, conveniunt *gialap.* & exinde parata medicamenta spec. diagialap. Mynsi. Ubi sicca intemperies prædominatur, ibi possunt usurpari Melanagoga, ex mitioribus *fol. sen. polypod. dec. fol. sen. c. prun. prun. laxat. pulv. diasen.* Wieri *sir. de epithymo*, ex fortioribus. *helleb. niger, radix* præcipue secundum fibras. Quod si vero se invicem intemperies variæ mistæ sunt, tunc junctis viribus & sociatis copiis adversus hostem agendum.

℞ *cerber. tricip.* ℈j.
resin. gialap. gr. vj.
elæos. cinam. gr. iiij.
M.D.S. Purgier Pulver auff j. mahl.

℞ *MP. de aloe ros.* ℈j.
extr. fol. sen. gr. iiij.
F.c. *sir. polyp.* l.a. Pil. N. 24.
involvantur *rad. irid. Fl.*
D.S. Pillen auff j. mahl.

℞ *pulv. diasen. Wier.* ℈j.
dacryd. gr. vj.
☿ *diaph.* gr. iiij.
ol. ℳt. citr. gt. j. M.D.S. ut s.

℞ *extr. panchym.* Croll. gr xvj.
MP. *tart.* Querc. ℈s.
F.c. *ess. abs.* s.a. Pil. N. 30.
⊙
D.S. ut s.

℞ *conf. fl. acac.* ℥j.
pulv. laxat. veget. ℈j.
c.s.q. *sacch. & sir. de cich. c. rhab.*
Fl.a. bolus S. Lapier Zucker.

℞ *sir. de cichor c. rhab.* ℥ij.
pulv. laxativ. veget. Rolf. ℈j.
elæos. cinam. gr. vj.
M.D.S. Purgier Safft.

℞ *rad. 5. aper.* à ℥i. *herb. capill.* ♀. *agrimon. scolop.* à Mi.
fl. hepat. nob. tunic. cichor. à. p. ij. *bellid.* p. iiij.
cort. aurant. ℥j. *rhab.* ℥ij. *fol. sen.* ℥s. *fibr. helleb. nigr.* ℥iß.
sem. anis. ℥j. *cinam.* ℈ij. *pass. min* ℥vj. infundantur per ♐ in *seri capr.* s.q. mane coquantur colat. ℥x. add.
sir. ros. solut. ℥iij. M.D. ad vitr. S. Purgier Tranck auff iiij. mahl alternis diebus cum regimine i.e. mit gebührendem verhalten.

VOMITORIA licet à brutis primum inventa, velut à canibus, qui vomitum ab esu granimis excitarunt, Croll. *de sign. int. rer. p.* 103. tamen usum non spernendum præbent, præcipue si materia hæreat in

reat in primis viis, & ita tenax, ut purgantibus cedere nolit, &, ut GALEN. *l. 6. epid. c. 1.* loquitur ubi morbus, quasi vectibus est expellendus; & hoc modo commode in usum vocari queunt, si quid ejusmodi in nostro contingat affectu, via namque brevis est & lubrica. Bene tamen attendendum est in eorundem præscriptione, ne propinentur obesis, strumosis, aut hernios, aut quibus caput & oculi debiles & quæ plura observanda CROLL. *bas. Chim. p. 33.* HEURN. *Meth. ad. pr. l. 2. c. 21.* Omnium autem maxime respiciendus est tonus ventriculi, & si proclives facilesque sunt ad vomitum 4. *aph. 6.* & tum convenit stomachum roborantia simul addere. Possumus autem usurpare *sir. emet.* Ang. Sal. ▽ *bened.* Rul. *mannam vomitoriorum* seu *gillam* Theophrasti, quæ est sal vitrioli, quod in se facultatem nauseam & vomitum producendi habet, unicum est quod hujus salis natura & essentia à ♀ (vitriolum enim ♂ loco ♀ participans nunquam dabit sal vomitum movens) dependet, quæ ventriculi tonum debilitat, & si fortiter plicis insinuet se, periculum est, ne vomendi conatus diu durent, & stomachi robur invertatur. ♆ *vit. rad. asar. ppt. tart. emet.* Mynsicht. *elect. diasc.* Fern. *sir. de peto.* Elegans vomitorium vid. apud HEURN. *meth. ad pr. l. 2. c. 21.*

℞ *tart. emet. gr.* ij l. iij.
elæos. mac. ℈ ſ.
M.D.S. Brech Pulver.

℞ *consturion. samb.* ʒj.
♆ *vit. gr.* ij.
ol. caryoph gt. j.
F. c. *sacch.* & *brod. NM. cond.* l. a. bolus S. Brechzucker.

℞ *sir. emet.* ʒiij.
de cinam. ʒſ.
▽ *menth.* ʒj.
M.D.S. Brechsafft.

℞ *mann. vomitor.* ℈ ſ.
g. g. ppt. gr. iiij.
elæos. anis. gr. viij. M.D.S. ut a.

℞ *el. diasar.* Fern. ʒſ.
rad. asar. ppt. ℈ j.
elæos. mac. ℈ ſ.
sir. fl. perſ. q. ſ. F. l. a. Elect.
D.S. Uber ſich purgierende Latwerg.

℞ ▽ *bened. Rul.* ʒſ.
meliss. c. V. ʒij.
M.D.S. Brechtränckelein.

DIAPHORETICA quoq; stare hic posse dictitat ratio, siquidem ad dissipationem & insensibilem transpirationem & vaporum & humorum promovendam maxime proficuæ sunt, propellendo eos ad poros cutis. Conducunt vero magis volatilia, quippe quæ penetrantissima, ceu sunt *sal volat. C. C.* & plantarum. de quibus WEDEL. *in exper. Chim. nov. de sal. vol. plant. c. 9.* deinde etiam fixa non contemnenda, è quorum numero sunt omnes calces chimice præparatæ, absorbendi virtutem habentes. Medio modo se habet tinct. bezoard. *Mich.*

℞ ▽ *fl.*

℞ ▽ *fl. sambuc.*
fumar. à ℥iſ.
ſal. C.C. volat. ℈ſ.
ſir. de cinam. ℥ſ.
M.D.S. Schweistränckelein.

℞ ♁ *diaph.* ℈j.
C.C. *phil.* ℈ſ.
ſal. abſinth. gr. iij.
M.D.S.
Schweis-treibendes Pulver.

DIURETICA non inconcinne ſuo tempore adhiberi poſſunt, quorum beneficio per urinam multæ aquoſitates evacuantur, cum motus ſeri iisdem ad renes promovetur, ſi in ventriculo virtutem communicent ſuam chylo, aut alio etiam modo vires exſerant ſuas. Bene autem obſervandum hoc eſt in eorum uſu, ne, ſi nimium quantum urgeamus urinam, ſanguis de ſuo dejiciatur tono, ſeu depauperetur ſuo ſero tanquam vehiculo. Paginam autem horum omnem abſolvere poſſunt ex vegetabilibus 5. *rad. aper.* in dec. *mag. petroſ.* Mynſ. ex mineralibus *ſpir. vitriol. ſulph. ſal.* ſimplex & compoſitus, ✳ *acid.* &c. & cum his paratæ *tinct. roſar. viol.* 4. *cord.* &c.

Particularis evacuatio fieri quoque poteſt per nares, ſi eò vergat materies, beneficio ſternutatoriorum, ceu ſunt *fl. lil. convall. fol. major. tabac.* ex ſimplicibus; ex compoſitis *pulv. Sternut. Aug.* & multi alii in diſpenſatoriis abunde notati; ▽ *majoran.* ℥j. *vitriol. alb.* gr. j. l. ij. miſta egregium conſtituunt ſternutatorium.

CAP. XIV.

Alterantia & Topica generalia proponit.

MUndificato aliquatenus corpore & liberato à ſaburra humorum nocentium in primisque viis reſtitantium, ordo nunc poſtulat ut *alterantia* quoque afferamus, ut viſcerum corrigatur intemperies, eorumque tonus reſtituatur, ne anſam præbeant ulteriori generationi & humorum & vaporum acrium, ſalinorum tanquam rhagades procreantium. Hinc *hepatica* in eorum loco præprimis ſtare merentur, ut & *ſtomachica*, quippe culina mala, nihil boni coquitur. Poſſemus ſequenti infuſo ſcopum obtinere & calidæ intemperiei hepatis & ita generationi bilioſorum humorum & vaporum occurrere.

℞ *rad. ſcorz. fœnic. tarax.* ā ℥j. *cort. rad. capp. coſt. ver.* ā ℈ſ.
herb. agrim. cuſcut. capill. ♀ à Mj.
fl. bell. Mſ. *roſar. borrag. epat. nob.* à p. ij.
ſem. aniſ. ℥j. *cinam.* ℈ſ. *ſal. tart* ℥j. conc. cont. D. ad Ch.

S. Species zum Säcklein in cerevisia vel sero caprino infund. Si v. magis palato arrideret dec. possunt eædem coq. c. s. q. ▽ *dulc.* vel etiam addi *ras.* C. C. & manipulus unus atque alter *hordei mundi* & tum ad crepaturam usque coquendum. *Gelatina* C. C. suo in hoc casu fungitur officio.

Topica & externa tanquam huic morbo singulariter proficua & quidem in genere nunc in medium afferenda veniunt. Si nempe humidæ videantur rhagades, & quasi sanioſæ, tunc in usum vocandæ ejusmodi humorem absorbentia, ceu *litharg. ceruß, aloe, thus, cadmia lota* &c. quæ inspergenda, vel etiam cum ol. aliquo v. g. *rosar. sesamin. amygd. d. & amar.* aut etiam *medulla crurum vituli*, aut *succo liquir.* & similibus, redigi informam linimenti vel unguenti, quo inungantur de die aliquoties, ante novam vero inunctionem vino calido rubro abluantur. Si vero factæ fuerint ex nimia siccitate humidis opus erit quorum vices supplebunt *ol.* infusa ceu *rosar. hyperic.* vel etiam expressa ut *amygd. d.* quibus etiam possunt adjungi *medullæ animalium vituli, porci, cervi* &c. *axungia gallina* &c. aut etiam ex herbis emollientibus suffimenta humida. Si caliditas fuerit autor hujus mali refrigerantibus simul opus erit, uti sunt *ol. ros. violar. ungt. pomat. mucilag. sem. alth. psyll. tragac.* factæ c. ▽ *ros. plantag.* &c. In caussa frigida contrariis utendum, vel miscendum, *thus, mastix, ol. ovor.* &c.

In caussa humida.

℞ *lith.* ℥ij. *cadm. lot* ℥i.
aloes lot. mastich.
thur. mum.
bol. Arm. ā ℈j. F.
c. *ol. hyper. & cera* s. q. l. a.
Ugt. D. S.

In caussa sicca.

℞ *axung. gallin.*
butyr. Majal. s. s. ā ℥ij.
ol. amygd. d. ℥iij.
aloes, sarcocoll.
tragac. ā ℥j.
cera. citr. q. s. F. l. a.
Ungt. S. ut s.

Heilendes Sälblein.

In calida.

℞ *axung. gallin.*
mucilag. trag. c. ▽ *ros.*
butyr. rec. s. s. ā ℥ij.
ol rosac.
succ. granat. ā ℥s.
F. l. a. linimentum.

In frigida.

℞ *terebinth.* ℥ij.
mell rosat. ℥s.
thur. mastich.
myrrh. ā ℈ij.
ol. amygd. d. rec. expr. q. s.
F. l. a. Ungt.

Si ulcerosæ fiunt potest adjungi paululum mellis rosati

℞ *ol. sesam. mell. ros* ā ℥s. *myrrh. thur.* ā ℥j.
litharg. ceruß. ā ℈ij. F. c. s. q. *cer.* l. a. Ungt.

Thermæ,

Thermæ, quod hic notate iubuit, tum artificiales tum naturales etiam locum habere poſſe in noſtro affectu ſanando, non abſonum putamus. Præ cæteris autem ad rimas commendantur Villacenſes à Rul. *l. 1. claſſ 5. in balneario reſtaurato.*

CAP. XV.

Medicamenta ſpecialia rhagades diverſis in partibus corporis reſpicientia.

OPortet nunc tandem afferre in medium ea medicamenta, quæ ſingulis partibus propria eſſe poſſunt.

LABIORUM rhagadibus quæ opitulantur in ſpecie: Ad labia ſciſſa lini ſemen ex melle contritum imponi jubet Gal. *de mdt. fac. par. l. 3. §. 74. & ad Solon. c. 15.* dicit. *Ad labiorum rimas immaturam gallam tritam accipito & reſ. terebinth. c. hyſſopo & melle, atque his perunge. Ad altiores ſciſſuras caprinus adeps mundatus proficit. Adeps anſeris & mel & terebinth. aquis portionibus addito flore roſarum hyſſopo arida & maſtiche fiat inunctio. Centaureamprodeſſe l. de virt. cent 4.* Idem ſcribit. Ovi pelliculam internã tenuiorem fiſſuras labiorum agglutinare eſt apud Aëtium quod probat, *Hier.* Mont. *Pr. de profl. morb. p. 1. l. 2. c. 7.* aut etiam oſſis palmarum, membranulam aut aranearum tela. Claud. *emp. rat. T. 1. l. 3. tr. 2. p. 4. c. 1.* laudat oleum ex vitellis ovorum, item cineres oſtrearum ſi ulceroſæ evadant. *Hier.* Mont. l. c. idem dicit. A purgante fortiori, eſulæ videlicet corticibus labia fiſſa curavit *Mich. Rucker.* ▽ liguſtr. ap. Gabelch. *cent. 1. cur. 37.* Pinguedo quæ ex cochlearibus ligneis in culina uſitatis ad deſpumandas carnes, ſi igni admoveantur, exſtillat; vile quidem medicamentum, ſed egregii uſus, quod etiam Hofman. *M. M. l. 1. c. 19.* magnopere commendat. ol. ex nuce uſta expr. Perd. *univ. med. l. 13. ſ. 5. c. 5.* Guid. *de* Caul. *in Chir. magna tr. 4. doctr. 2. c. 2.* ol. quod exit à nucleo nucis dum comburitur, applicatum mirifice ſanat rhagades: butyr. rec. aliquoties in ▽ roſ. lotum & c. tut. Alex. ppt. proportione quadrupla miſtum, egregium eſt remedium Videndum etiam eſt, ut ea quæ adhibentur in labiorum fiſſuris, ſint aliquo modo odorata, ne nauſeam pariant.

℞ *ungt. pomat.* ℥ſ. *ceruſſ. lot.* ℥j. *Sarcoc.* ℈j. *maſt. thur.* ã ℈ſ. *gall. moſch.* gr. vj. *ol. vit. ovor.* q. ſ. ad conſ. ungt.

D. ad fictile. S. Pomade für auffgeſprungene Leffzen.

℞ *ungt. rof.* Nor. ℥ſ. *ol. amygd. d.* ʒij. *ceruſ.* ʒij.
mucil. fem. cydon. lin. fact. c. ▽ *liguſtr.* à ʒj.
croc. gr. iij. M. F. l. a. lin. D. S. Roſen Salbe.

Quibus inungantur labia quoties opus erit, abluantur ante reiteratam inunctionem vino rubro ſimplici, vel in eo cocti *flores balauſtiorum, gallæ* vel alia ſtyptica, carnem generantia & conglutinantia.

℞ Ol. NM. *expr.* ʒij. *oliv.* ʒj. *ceræ* q. ſ. F. linim.

Sorb. *M. Pr. tr. 5. c. 47.* probatiſſimum eſſe ait & ſæpe expertum.

℞ *ungt. pomat.* ℥j. *ceræ rubræ ſigill. mollis* ℥ſ. liqueſcant ad △ addendo ſub finem pulveris roſarum rubr. ʒſ. M. F.

Cum vero rhagades labiorum à coryza originem ducant, huic ſymptomati prius obviam eundum, evacuando humores, divertendo materiam, ne amplius ad nares fluat, alias fruſtra erit omnis medicamentorum applicatio. Si à lue ☿ ſunt, alia inſtituenda curatio, & præ cæteris opera Medici eo dirigenda eſt, ut hæc radicitus tollatur; quomodo vero inſtitui debet. vid. For. *l. 14. obſ. 2. & l. 32. obſ 26.* Solent vero alii eam abigere præmiſſis univerſalibus dec. lignor. præcipue ſancti, alii per inunctiones Mercuriales; quomodo curatio ſuffimentorum ope inſtituenda, & quid circa eam obſervandum, id in diſſertatione noſtra de ſuffimentis ſub præſidio ſupra laudati Exc. D. D. Wedelii habita, uberius diximus. Tandem ſi purulentæ evadant exſiccantia ſimul miſcenda, è quorum numero *teſtæ ovorum pulveriſatæ, æs uſtum, cineres gallarum* &c. proſunt. Claud. *emp. rat. T. 1. l. 3. ſ. 3. tr. 2. c. 9.* ℞ *ciner. raſ. linteol. amyli ſuccum fol. oleæ* & miſcet ut empl. Sic etiam commendamus cerotum Meſ. ad fiſſuras labiorum, vel etiam ſantalinum, ſi æger abhorreat ab unguentis.

PALPEBRARUM fiſſuras ſanant ficus infricatæ Marold. *Pr. med. p. 74.*

℞ *ceruſ. litharg. plumb. uſt.* à ʒj. *ol. roſac.* ℥ij.
album. ov. N. j. *camph.* ℈j. agitantur in plumbeo mortario vel etiam pila plumbea donec coëant.

LINGUÆ rhagades aſpergantur pulvere thuris & lithargyrii Gord. *op. lil. p. 3. c. 20.* Quod ſi à febre ardente hæ ſuum habeant ortum, mucilagines egregiam præſtabũt operam ex *ſem. cydon. pſyll. lin. alth.* ibi n. ariditati ſummæ occurrendum ſubſtantifica humectatione, quæ ſolis ▽is ☊tis non perficitur, quippe tantum, quæ ab iis palliativa eſt & tranſitoria. Poſſunt vero hæ mucilagines optime parari ▽ ☊t. roſ.

& maj.

ſedi maj. prunell. &c. D.D. WEDEL. *Pharm. in A.F.R. l. 2. ſ. 3. c. 5.* Non minorem præſtabunt operam gelatinæ è C.C. & aliis paratæ.

MANUUM & PEDUM ſciſſuris ſolatio eſt juxta FOR. *de fuc. l. 31. obſ. 9.* ſi accipiantur fœnigr. ℥iiij. hord. autumn. Mj. dividantur in viij. puppas, quæ ubi coctæ fuerint in ▽fluviali ad hordei crepaturam, accipe unam ex iiſdem puppis, & frica quam potes calidiſſime manus, deinde aliam ſume, & conſequenter, hoc bis in die facito, interim manus per ſe ſinito ſiccari, neque alio liquore abluito, alioqui non juvaret. *Rad. lapathi trita cum axungia porci manuum fiſſuris adhibetur.* PLAT. *T. 2. c. 17.* ſulphur oleo permiſtum, aut loco ſulph. fl. ejus in ol. hyperici verbaſci, *ibid.* Pro ſecreto non nulli utuntur, ſucco artemiſiæ ſeu tanaceti, imperant, dum adhibentur hujusm. ſucci ut nullo modo manus vel pedes abluantur. CLAUD. *emp. rat. l. 6. ſ. 2. tr. 1. c. 4.* Hordeum crudum & furfur decoquantur in ▽ ſimplici ſufficienter, deinde imponantur manus ad bonam mollificationem, poſtea inungatur cum unguento facto *ex ceruſſa lota, pinguedine cervi. litharg. tut. ppt. cera alba & axungia* MAROLD. *M. Pr. p. 75.* Supra laudata vitgo fiſſuras ſi tempore hyemali in dorſo manuum patitur, ſolita eſt linimentum parare ex *ol. oliv. & medulla crurum bovis*, finit ea coire in unam maſſam ſupra lenem △: hoc linimento utitur, ter quaterve, tum non amplius viſuntur fiſſuræ. In more plebeorum poſitum eſt ſevum liquidum, quod candela flagrante defluit intercipere, eoque inungere rimas, remedium vile quidem, ſed certum. E. M. urina recens micta & adhuc calida lavare manus non absque fructu. *Adſciſſuras pedum ulceroſas tempore hyemali confert, ſi fundatur rapa interius & ponatur in cavatura illa cera liquida cum ol. roſac. & calidos cineres caleſiat. Ne patiantur à frigore pedes, laventur cum vino decoctionis ſem. urticæ poſtea exſiccati inungantur ol. ſem urticæ.* MAROLD. *M. Pr. p. 75.* Cornu caprinum deuſtum caprinoque adipe exceptum habet ÆGIN. *l. 3. c. 79.* & plura alia quæ ibi videantur.

Quod ſi à lue ♀, inſtituenda ejusdem curatio; interea tamen foribus utendum emollientibus ex *malv. alth ſem. lini.* &c. Hiſce etiam addi poſſunt ſed doſi refracta, quædam huic dicata morbo ceu *lignum S. ſarſaparillæ* &c. quod prudentiæ Medici relinquimus. Pro foru ſeq.

℞ ♀ *dulc.* ℥j. *alum.* ℈ſ. *rad alth. enul.* ā ℥ſ.
herb. pariet. plantag. chelid. maj. ā Mſ.

fl. ros, sambuc. ā p iij. *sem. lin.* ʒij *hord.* Mij. coq.
usque ad crepaturam & foveantur manus calide.

℞ *ungt. enulat.* ℥ij. *pomat.* ℥ß. ☿ *dulc.* ʒij. *alum.* ʒj. M.
Vel etiam potest ☿ dulc. ʒj. *alum.* ʒß. c. albuminis ovorum ſ. q. fortiter agitari usque ad consistentiam linimenti.

ANI rhagades: ova columbina duo ad duritiem usque coquenda sunt & purganda, deinde alterum in ▽ bene calida servandum, altero vero calido fovendus locus affectus, ita ut alternatim utroque utatur, aut hyssopum (alii œsypum legendum rectius censent) cum cerato liquido ex rosa facto miscendum. Cels. *de med. l. 6. c.* 18. Cineres rasuræ linteorum c. anatica proportione amyli triti & succi foliorum oleæ q. ſ. illinendæ fissuræ. Gal. *de comp. med. ſ. loc. l. 9. c.* 7. Loco succi foliorum oleæ, plantaginis succus usurpari potest. Altom. *de med. H. C. M. c.* 77. plura vide sodes apud Gal. *de comp. med. per gen. l.* 4. *c.* 13. *& l.* 5. *c.* 11. Lipara rufa facit ad fissuras ani Scrib. Larg. *c.* 87. *In sativis prunis & sylvestribus est limus arborum, rhagadiis mire utilis* Plin. *H. N. l.* 23. *c.* 7. item pix. *l.* 24. *c.* 7. item capitis mænarum cinis *l.* 32. *c.* 9.

℞ *ungt. de ceruss.* ʒj. *thur. pulv. gall. pic.* à ʒß.
butyr. Maj. ſ. ſ. ʒß. *ol. sesamin.* q. ſ. M. F. Ungt.

℞ *ungt. de litharg.* ʒj. *terebinth.* ʒj. *mastich. myrrh.* à ♃j.
ol. papav. expr. q. ſ. F. l. a. ungt. quo inuncto ano superimponatur ceratum vel emplastrum sequens.

℞ *empl. alb. coct.* ʒij. *cerot. santal.* ʒj.
ol. papav. ℥ß. *rosac.* ʒij. *cer.* q. ſ. F. l. a. ceratum.

℞ *empl. citr.* ʒj. *thur. myrrh.* à ʒj. *sang. dracon.* ʒß.
ungt. de ceruss. ʒij. *ol. lil. alb.* q. ſ. F. l. a. empl.
Quod ſi à fecum duritie proveniat hoc malum emollienda alvus clysteribus emollientibus additis paregoricis.

℞ *herb. 5. emoll.* à Mj. *fl. cham. R. verbasc.* ā Mß.
sem. lin. ʒij. *anis.* ʒj. *furfur.* Mij coq. in ſ. q. *brod. carn. ping.*

℞ *colat.* ℥viij. l. ℔j. adde
cass. pro clyst. ungt. clysmat. à ℥j.
ol. chamom. rosac. à ℥ß. *sacch. Tom* ʒij.
M. F. l. a. enema applicetur decenter.

Quod ſi alia symptomata in causſa rhagadum ani sint eadem, ut supra jam sæpius monitum respicienda quam diligentissime, tum dictæ fissuræ facile de se ipso cedent, v. g. quæ sunt ab homorrhoidibus,

dibus, condylomatibus, diarrhæa, dysenteria &c. Horum unum quodque singularem M.M. habet, & curationem aliam atque aliam requirit, quam huic dissertationi inserere non patitur instituti ratio: hanc in rem videantur Practici.

PRÆPUTII ut & SCROTI fissuræ, si sunt simplices tractandæ ut curatione generali diximus, vel etiam potest sumi resina trixa c. ol. rosaceo ad consistentiam unguenti & addi vitellum ovi eoque inungi præputium. SENN. *M. Pr. l. 3. p. 9. f. 1. c. 12.*

℞ *ol. rosac.* ℥ij. *thur. myrrh.* à ℥j. *amyd.* ℥ß.

pulv. gallar. ℥ß. M. ad consf. ungt. & inungatur eo præputium. Aft si adjunctum habent aliud quoddam symptoma, vel sunt à lue ♀, eo respiciendum uti jam sæpius monitum.

PAPILLARUM sciffuræ maxime molestæ mulierculis lactantibus quotidiana docente experientia, ad earum autem præservationem egregium ab honesta Matrona sibi communicatum remedium proponit THAD. DUN. *de morb. mul. c. 36. p.* 103. E pura cera duo calices instar cupularum glandium, aut etiam digitalium conficiendi, ut papillas complecti possint; his instillandæ guttulæ aliquot resinæ abietinæ, & tum applicandi; thorace vero muniendæ mammæ, ne decidant, & absumta resina alia infundenda ut ante. Gestandi autem calices sunt tribus ultimis mensibus die ac nocte, tum insequenti puerperio liberæ sunt ab hoc malo. Putat vero dictus Autor sufficere fortasse, si ultimo tantum mense integro gestentur, plerosque enim mulieres præcipue delicatiores & nobiles id molestè ferre vel propter se, vel propter maritos suos, quod mammæ adeo longo tempore resinosæ sint. Sunt nonnullæ, quæ non solum papillas, verum etiam totas mammas resina & multis aliis inungunt ▽ ♃t. rhoispapillas ante partum mense uno sæpe abluendas esse habetur apud RIV. *obs. comm. 35.* quo fit ut lactationis tempore non molestentur à fissuris. Mulierculæ in Saxonia superiori prægnantes aliquot septimanas ante partum, mane & vesperi papillas solent, ne post partum fissuras patiantur, inungere linimento parato ex ol. ovor. medullæ bovis sevi hirc. butyr. capr. p. æq. facta inunctione sumunt magnæ molis NM. excavatam & intus terebinthina Veneta illitam, ita obducunt papillis impositamque retinent teste HOFM. *M. M. l. 1. c. 19.* Commode & summo cum fructu etiam applicari possunt cortices nucum juglandium repleti ol. ♃t. ceræ misto cum res. abiet. quo etiam fit,

iam fit, ut papillæ ex mammis extrahantur, ne edito in lucem infante, deſit alimentum aut prius ab ipſo extrahendæ ſint.

Quod ſi jam vexarentur papillæ fiſſuris proſunt lenientia thraumatica miſta cum nervinis, &, ſi opus anodynis; nihil magis, nihil melius, nihil certius, prodeſſe ſæpiſſime à ſupra laudato *Exc. D. D.* WEDELIO accepi quam ol. ℞t. ceræ rectific. ſ. perſe ſ.c. ol. ovorum mixtum, rimis cum penna blande illitum ol. de nuclis rec. expr. admiſto inſuper ſacch. tenuiſſime pulveriſato, eſt apud RIV. *in obſ. comm. 14. à Paſchequo.* balſamum ſacchari idem præſtare vel centies obſervatum. Cancris vivis contuſis coagulum vitulinum c. flore lactis miſcendum, è quibus invicem coctis & fortiter expreſſis linimentum fieri præſtantiſſimum ad ejusmodi fiſſuras ait SCHENK. *l. 2. obſ.* pinguedo canis nigri laudatur *nella commare del Scipione Mercurio.* E.M. ut in præſervatione earum dictum, hic locum habent bini calices ex cera parati vel etiam ex NM. excavata adjuſtam papillarum magnitudinem, quibus infundatur ol. ceræ reſina abietina, ol. myrt. ovor. balſ. Ind. Sic butyrum ex lacte proprio non incommode applicaretur: ol. papyri ſua non defraudandum laude, paratur ſi accenditur in patina ſtannea, tum liquor oleoſus in fundo patinæ reſidet, qui fiſſuris poteſt inſtillari. Conveniunt quoque ol. lign. præcipue betulæ & quod ex cochlearibus in culina uſurpatis ad deſpumandas carnes paratur. Vino rubro, in quo parum aluminis ſolutum, ſæpius abluendæ papillæ. ☩ ℍſatum cum lixivio calcis vivæ miſtum & pauco ſale gemmæ, in fœmella juvene, cujus ſuperius facta eſt mentio, ſummo cum levamine adhibitum vidimus. Cruſta, quæ lixivio calcis vivæ ſupernatat exſiccata, pulveriſata & fiſſuris papillarum inſperſa, remedium certiſſimum. Gluten, quod ex coctione corii fruſtatim inciſi fit commendat PLAT. T. 2. *c.* 17. Alcohol ſacchari fiſſuris papillarum inſperge & ſuperimpone N. M. evcavatam & mira videbis.

℞ *ungt. roſ.* Meſ. ℥ij. *tut. ppt. balſ. Peruv* à ℈ſ. *ol* ℞t. *cer.* gt. iiij.
ol. myrt. q. ſ. F. l. a. Ungt.

℞. *ungt. pomat.* ℥j *ol. N.M. expr.* ℈j. ℞t. *cer.* gt. vj.
ol. nuc. jugl. expr. q. ſ. M. F. l. a. Ungt.

℞ *ungt. de litharg.* ℥ij. *thur. maſtich.* à ℈ij.
ol. ovor. q. ſ. F. l. a. linimentum.

℞ *mucilag. ſem. cyd.* ℨſ. *tut. ppt. ceruſſ.* ā ℥j. *alum.* ℈ſ.
vitell. ovor. N. j. *ol. amygd. d. rec. expr.* q. ſ. F. l. a. lin.

Ad-

Adhuc iterum autem monemus, ut prius vino albo calido, vel etiam ∇ ros. papillæ ut & mammæ abluantur, cum lactant infantes, ne nausea inde illis moveatur.

Si vero fissuræ non tam cito sanari, nec matres, ob acerbissimum dolorem ex suctione infantum perceptum & magis magisque auctum, lactare infantes non possint, prospiciendum mammis, ne lacte nimium repleantur & postm. id ipsum in iis coaguletur, è quo vel sexcenta mala oriri posse in propatulo est. In patria solent mulierculæ, hoc vexatæ malo, sibi adaptari laminam instar papillæ artificio singulari paratam è plumbo & pluribus in locis perforatam ut lactere possit infans. Aut si tum nollet infans lac sugere, instrumento utuntur vitreo instar cucurbitulæ majoris, cui collum quidem angustius, sic tamen ut ipsam non attingat papillam, altera in parte longum est rostrum ut sit ceu alembicus qui cucurbitæ in Ωtione imponitur: applicato instrumenti corpore mammis, ut papilla per collum transeat in ipsam cavitatem dicti vitri, rostrum ore capiunt & ex mammis lac exsugunt superfluum. Sic aliud paravit instrumentum SCHENK. *l. 2. obs.* cum ejus uxor propter intolerabiles dolores, dum mammis admovit infantem, amplius lactare non posset. Fabricatum autem est ex spongiæ novæ particula instar nucis avellanæ formata, vesica suilla, acu multis foraminibus prius in ea factis, obducta & extremitati canalis, per quem ex suis cantharis (die Memme hic vocant, in Saxonia inferiori n'ptp Kenneke) sugunt, fortiter alligata, sic cantharo repleto lacte tepidiusculo ori infantis præberi potest. Sed jubet hanc fictam papillam semel aut bis in septimana removere, lac exprimere, lavare & purificare, aut si res exegerit aliam fabricare; tegere etiam si ea non utuntur linteolo, ne conspurcetur à muscis. Alius item in usu est sumere papillas vaccæ vel etiam capræ recens mactatæ.

MAMMÆ ipsæ solent interdum rimis laborare, quibus commode subvenimus si radix enulæ coquatur in ∇ dulci tamdiu, ut inde bene colorata evadat, post madefiat in illa linteamen & imponatur mammis, quod summo cum fructu adhibitum sæpius vidimus. Sic E.M. mucilago ex sem. cydon. c. ∇ ros. facta & imposita maximi momenti est. Si autem à nimia mammarum magnitudine & excrescentia, eo intentus esto Medicus, ut eas imminuat, quod quomodo assequitur vid. apud SENN. *M. Pr. l. 4. p. 3. sect. 1. c. 1.* R. à CASTR. *de M. M. l. 2. c. 24.* Aut si ab aliis oriantur malis iis subveniendum, hic non

extra limites. Cave tamen in mammarum fiſſuris nimium uſum emollientium, ol. ℞t. ceræ c. ol. ovor. miſtum prodeſt.

MATRICIS ſeu collo uteri fiſſuris medemur uſu emollientium, cicatrizantium & conſolidantium fugiendo omnia acria, quippe quibus pars hæc ſumme ſenſilis magis irritatur & malum augetur. Si à ſiccitate nimia, humectantibus ſimul opus eſt; quod ſi acres in cauſſa humores illi juſte evacuandi, tum poſſunt adhiberi, quæ citra ullam irritationem adſtringunt, ceu ſunt ol. non nulla, ut lini, ovorum, roſar. cum ſuccis v. g. plantaginis miſta. Coronam ſpinæ, gallas omphacinas terit in pulverem & ungit adipe anſerino partem affectam, ut pulvis, ſi aſpergatur adhæreat. GAL. *de paſſ. mulier.* Inter omnes remediorum formas primas tenent peſſaria, quæ ſunt medicamentum in forma coni & proprie dicatum collo uteri.

℞ *ſucc. herb.* ♀ ʒij. *myrrh.* ʒſ. *croc.* gr. iij *ceræ* q. ſ.
ad conſiſtentiam exc. *lana* & *filo* formetur l. a. peſſarium pollicis craſſitudine. D.S. Heilendes Mutterzäpfflein.

℞ *ol. ovor.* ʒij. *N.M. expr.* ʒj. *pulv. gallar.* ℈j.
ceruſ. ʒſ. *cer.* q. ſ. exc. *goſſypio & filo* F.l. a. Peſſ. inungatur *ol. roſac.* D.S. ut ante.

Aut etiam ante peſſariorum uſum enema uterinum vocetur in uſum.

℞ *herb. matric. beton. pyrol.* M j. *puleg.* Mſ. *fl. balauſt.* p. ij.
gallar. ʒj. coq. in ſ. q. ▽ *burſ. paſt.* ʒiiij. l. vj. adde
ol. ovor. ʒij. *roſac. myrtin.* à ʒj. ℞t. *cer.* gt. iij. iiij.

Si à mentula grandiori hoc malum fœminæ patiantur ſtatim poſt coitum & ubi id ſenſerint, injiciatur clyſter uterinus, ex plantis uterinis & vulnerariis ſimul paratus, ut eo abluatur cruor &c. Abſtinendum autem interea eſt à ♀, ut eo melius abſque alia nova irritatione ſanari queant. Pro partium vero iſtarum dilatatione ulteriori adhibenda emollientia, vid. SENN. R. à CASTR. ſi iis nihil efficitur, fugienda omnino ♀. Clyſma tale eſto

℞ *herb.* ♀ *al. burſ. paſt.* à M j. *agrimon. meliſſ. matric.* à Mſ.
rad. conſol. maj. ʒij. coq. in ſ. q. ▽ col. ʒiiij. add.
balſ. peruv. ℈ſ. *ol. vitel. ovor.* injiciatur tepide.

℞ *rad. ariſt. rot.* ʒij. *herb. ſanic. pyrol. beton.* à M. j.
fl. balauſt. p. ij. *roſar.* p. iij. *mum.* ʒj. coq. in ſ. q. ▽
colat. ʒiiij. adde *ol. roſat. myrtin.* à ʒij. ℞t. *cer.* gt. iij.

M. F. l. a. enema uterinum injiciatur debito modo, quod ſi factum crura decuſſatim deponantur, ut quieſcens ægra per aliquot temporis

poris ſpatium id retineat, tum ante præſcripta peſſaria locum habebunt.

Quod ſi à partu violentiori fœtus grandioris partes genitales diſtendentis fiſſuras paterentur, iisdem dictis medicamentis ad ſanandum uti poſſumus, ubi videlicet alia eadem mutanda id non indicabunt: quomodo vero pro varia circumſtantiarum ratione mutanda ſint, id Medici prudentiæ relinquimus. Hoc unicum adhuc circa præſcripta medicamenta notare volumus, nempe peſſariis in virginum rhagadibus non promiſcue utendum eſſe, quippe quorum uſu & præſertim ſi diutius retinentur facile inflammari uterus ſolet. Itaque melius eſt hoc medicamenti genus fugere, ne præterea etiam, cum ab eorum uſu partes dilatentur genitales, pro defloratis poſtea habeantur. Eundem ſed paulo mitiorem merentur cenſum enemata uterina; ſi unguentis aſſequi poſſumus finem ſat eſto, nec tanto apparatu opus eſt. In maritatis res eſt alia.

VENTRIS rhagadibus occurrere poſſumus aut præſervando, aut curando. Prius obtinemus remediis emollientibus cutem abdominis, qualia ſunt pinguia & oleoſa, mucilagines & ejusmodi alia, quibus ultimis menſibus abdomen inungitur uſq; ad tempus partus, ut incrementum capiente fœtu cutis abdominis relaxetur, cute relaxata non metuendæ fiſſuræ. E ſimplicium numero eſſe poſſunt *ol. amygd. d. lini, axung. gall. hædi, ſerv. cerv. medulla crur. vituli* & ſimilia. Ex compoſitis & præparatis *ol. roſac. myrtin. ovor. lil. alb. hyper chamom. ol. rapæ, ungt. alth. pomat.* & alia. Succus expreſſus ex rapa ſub cineribus calidis toſta egregium eſt emolliens, ut & ipſæ rapæ exſiccatæ, uti mos in Thuringia. Welcke Rüben. Extemporaneum eſto.

℞ *ungt. pomad.* ʒj. *ol. amygd. d.* ℥ſ. *ping. hum.* ʒij.
mucilag. ſem. alth. extr. c. ▽*ſl. fabar.* ʒj. pro linimento quo abdomen in ungendum S. Erweichendes Sälblein. Conveniunt quoque balnea ex emollientibus bisve ſemelve in ſeptimana uſurpata, quibus addi etiam poſſunt quædam fœtum confortantia, quo in omnibus gravidis ſemper & ubique reſpiciendum ſpec. pro balneo ſunto ſeqq.

℞ *rad. lil. alb. caryophyll.* ā ℥j. *alth.* ℥ij.
h. 5. emoll. ā Mj. *verbaſc. ſerpill. meliſſ. balſaminth.* ā Mſ.
fl. chamæm. R. melilot. à Mij. *roſar.* Mj.
ſem. lin. fœnigr. à ℥iſ. *aniſ.* ℥ſ. conc. cont. D. S.
Species zum erweichendem Bade.

℞ *rap. exsicc.* Miiij. *h.* ♃ *malv. atrip. sativ. pol. mont.* ā Mij.
melilot. orig. serpill. ā Mj. *chamom.* Miij.
sem. anis. ℥ij. conc. cont. D. partim ad duos sacculos quibus alternatim abdomen foveri potest dum balneo insidet; partim vero seorsim, ut coquantur in ▽ dulci, cui pro lubitu etiam misceri possunt lactis mensuræ aliquot, vel quod melius si in puro coquantur lacte; & pedes vitulini pro renata addi queunt, vervecini, hædini & contundi. Si quæ balnea impediant, sacculi in ▽ vel lacte coquantur & calidis foveatur abdomen. Non autem ingredi oportet balnea repleto stomacho, sed demum 3. vel 4. horis post cibum sumptum; tempore balnei non edendum neque bibendum; morandum in eo hora dimidia vel integra; corpus post balneum non exponendum aeri nudum, sed quiete in lecto cubare optimum. Peracto balneo abdomen inungatur ol. emollientibus.

℞ *ungt. pomat.* ℥iij. *ol. rosat. chamam.* à ℥ij. *cheiri* ℥j.
ol. ♌ *t. lign. rhod.* gt. iij. M. F. l, a. Ungtum.

Extolli solet pellis canina singulari artificio parata, c. ▽ ros. nempe abluta & inuncta ol. amygd. d. & hoc reiteratis aliquot vicibus, ut inde molleſcat. Senn. *Pr. M. l. 4. p. 2. s. 5. c. 6.* hædinam E. M. præparatam laudat Ranch. *in tr. posth.*

Quando autem fissuræ jam adsunt, tum vulnerariis & emplastris utendum, ut *balsf. vulnerar. empl. stipt.* Croll. *talpin.* Mynſ. *opodeld.* Parac. it. *de minio.*

℞ *ol. hyper.* ℥ij. *mum. sang. drac.* ā ℥iſ. *galb. myrrh.* ā ℥j.
min. ℥iij. *camph.* ℥j. *cer. citr.* q. ſ. F. l. a. empl.
℞ *g. sagap. opopanac.* in ✢ ſol. a. ℥ſ. *cerus.* ℥ij.
mum. myrrh. thur. ā ℥ſ. *cer. nov.* ℥iij. *ol. hyper.* q. ſ. F.

Et hæc de curatione rhagadum seu fissurarum satis esto; plura dabimus alias.

CAP. XVI.

Symptomatibus occurrit.

SYmptomata morbum insequentia Medico multum negotii faceſſunt, & ita interdum ut, quasi plane relicto morbo, hæc inspicere debeat, iisque obviam ire, quod quo citius fiat eo melius. Quare id ordo nunc postulat ut faciamus.

Dolor plerunque in frontispicio apparet & ægros mirifice vexat, multaque alia post se trahit incommoda, quare in id omni studio &

dio & opera incumbendum, ut ejusm. hostem terribilem recte & fortiter, summaque cum prudentia aggrediamur, oppugnemus & vincamus, quod anodynis ita dictis sive dolorem mitigantibus & auferentibus exequimur. Sunt autem omnia ista, quæ blando calore emolliunt, & demulcent, & leniter discutiunt, caussam morbificam poros aperiendo exhalare faciunt, & quæ alias nervoso generi solatio sunt. Et sunt *lac tepidum, butyrum f. s. mucilag. ol. expr. papav. lin. a mygd. d. ol. lumbr. terr.* & præcipue *hyosc. alb.* quod egregie dolores lenit.

℞ *ungt. rosat. popul* à ʒij. *ol. lil. alb.* ℥ß. *hyosc. alb.* ʒiij. M.F.l.a. linimentum D. ad fictile S. Schmertz-stillendes Sälblein. Dolor in matrice peculiariter mitigatur succis *plant. quinq. portul. coriandr.* rec. expr. & tepide injectis. Aut sedeat in balneo supradicto additis *fl. balaust. sumach.* &c. & postea mundificetur uterus *dec. abs. hyssop. meliss. ros.* ut F. enema uterinum de quibus supra, lac etiam coagulatum cum pessariis mistum dolores sedat.

VIGILIÆ doloribus pedissequæ inter symptomata maxime urgentia referuntur & non negligendæ: iis autem obviam imus paregoricis & anodynis, de quibus jam dictum, quibus si nil efficitur ad hypnotica progressus faciendi, quæ sensus ligant, spiritus sopiunt blanda humectatione, sive quæ balsamica evaporatione & suavi ἀναθυμιάσει poros cerebri replent & demulcent: acrium vero exhalationem poros irritantium impediunt. Hinc ex opio pptis præprimis assequimur finem, vel interne assumendis vel externe temporibus, fronti illinendis. Egregie vigilias tollit *Philon. Rom.* tanquam emplastrum temporibus applicatum, quod sæpe experti sumus.

℞ *nucl. persic.* ℥ij. *sem. papav. alb.* ʒiß. F.c.s.q.

▽ *hypn.* Dorner. l.a. emuls. add. *mag. anodyn.* Rolf. ℈ß.

D.S. Umbschlag. zur Stirn. vel

℞ *ungt. popul.* iij. *ol. hyosc. alb.* ʒij.
extr. croc. op. à gr. iij. M.F.l.a. Ungt. D. ad oll. S.

Sälblein zum Schläffen.

℞ *conf. ros.* ℥ß.
Phil. R. ʒj M.F.c.s.q.
sacch. l. a. bolus D.S.

℞ *conf. fl. persic* ʒj.
laud. opiat. gr. ij.
F. c. *sir. papav. rh.* & *sacch.* s. a.
l. a. bolus. S. ut ante.

Schlaffbringender Zucker.

INFLAMMATIO, quando ad internas retrocedit partes pessimum habet eventum, superato quippe calore naturali, pars ea putrescit. Hinc in tempore subveniendum, ut natura possit vincere

cere materiam: fieri autem hoc posse omnium commodissime arbitramur, discutientibus illud, quod jam in parte est; revellentibus quod adhuc possit affluere: removendum videlicet quod ibi hæret, avertendus humor alio. Illa sunt tenuium partium, & attenuando materiam peccantem in vapores vertunt & educunt, quod fit partim emollientibus, *ut sem. lini, fœnigr. malv. alth. bdell. ammon. galb. axung. & medull. empl. de melil. diach. c. gumm.* &c. partim vero stricte dictis resolventibus ceu calidis & siccis, præprimis talia sunt *salia volatilia plantarum*, ☽. C. C. *volat. sal volat. oleosum, castor. ejusd. esß. bezoard.* magis volatilia. Externa *omenta animalium calida, viva animalia discerpta* & superimposita. S. Pomponius se mersit super genua intriticum cum corriperetur podagra & sensit levamen PLIN. *H. N. l.* 22. *c.* 25. de mulo exenterato vid. CLAUD. *de ingr. ad infirm. l.* 2. *c.* 20. Hæc vero revellentia nempe sunt crassarum partium & frigida, motumq; humorum effrænem atque impetuosum coërcent, ne influant ulterius, prohibent, sanguinem concentrando, ceu astringentia sunt & stiptica, ut *fl. ros. balaust. myrtus granat. auster. gallæ immaturæ, sumach. millefol. acini omnes* &c. videndum tamen in horum usu, ne lædant, cum juvare debeant, nec aliud impediens adsit v. g. acredo humorum, aut cacochymia &c. In mitiori casu esto sequens.

℞ *h. malv. parietar. summit. melil. fl. Chamam.* R. à Mſ.
rad. alth. ℥vj *farin. fœnigr.* ℥ij. *sem. lin.* ℥j.
micar. panis similag. ℥ſ. coq. c. ſ. q. *lact.* ad consist. pultis D. S. Umbschlag/warm zu gebrauchen.

CANCER infensissimus solum hostis partibus tenerioribus, fungosis, atque fere invincibilis, &, si est exulceratus assidue erodendo altius penetrat, ut tum melius sit intactum relinquere, quam infeliciter & non sine periculo vitæ curare *6. aph.* 38. Medicamentis solis non cedit, sed iis potius exasperatur, quare ad sectionem confugiendum. Labia ♋ exsissuris patientia aliter sanare non potuit quam sectione, licet id primum generosissimis tentaverit remediis, TIM. à Güldenklee *Cas. medic.* 38. *l.* 1. Qua si nihil obtinetur, pro incurabili exclamandus. Videndum tamen ne ulterius serpat, tum ægroti usque ad extremum vitæ spiritum ducere possunt. Ustionem plane rejicimus.

CALLUS tandem, quo labia rhagadum obducuntur, è symptomatum numero morbi nostri non est ultimum nec in frequens, cui præcæteris medendum, alias frustra erit omnis instituta curatio ipsa-

Söckel, Th

Senck B

S S , Herbert [Hrsg.]
Semiotik. 2. Aufl. 1940.
8º 10078.

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

tio ipsarum rimarum, impedit enim quo minus labia earum coire invicem possint; in quo tamen totus curationis cardo versatur. Itaque hic tollendus, quod fieri potest in principio emollientibus cataplasmatibus, tum etiam suffimentis humidis, vel saccharo insperso aut lixiviosis ad abluendum. Quibus si cedere nollet, progrediendum ad frictiones fortiores asperis cum pannis, laneis videlicet aliisve, donec excorientur labra fissurarum seu superficies tamdiu fricanda usq; dum sanguinolenta evadant: quo facto felicissime summoq; cum fructu conglutinantibus & cicatrizantibus uti possumus. Ani rimas collosas unguento ex cineribus chartæ combustæ & ol. rosarum parato sanat SORB. *M Pr. tr. 5. c. 49.* His si non cedant labia callosa abscindenda & vulnus more solito tractandum. de quibus supra.

CAP. XVII. & ultimum.

Diætam præscribit.

TErtius fons adhuc supereſt aperiendus, ut videamus quid ex eo fluat, quid conducere possit ad rhagades nisi plane abigendas, tamen mitigandas, & ad earum curationem promovendam; & rivuli ex eo tres fluunt justam rerum non naturalium moderationem & administrationem habentes,

NATURALIS ea quæ afferuntur temperat. Victus sit mediocris, ad humidum aliquo modo inclinans, εὐχυμος καὶ εὐπεπτος non acris & exsiccans. Infissuris ani CELS. *l. 6. c.* 18. dicit, *acribus cibis non utendum neq; asperis, nec alvum comprimentibus, ne aridum quidem quicquam satis utile est, nisi admodum paulum. Liquida, lenia, pinguia, glutinosa meliora sunt. Vino leni uti, nihil prohibet.* Fieret enim facillime, ut ab his indurarentur alvi feces, & ab iis expellendis rimarum plenus podex magis adhuc finderetur. Sic nec in genere in omnibus talis convenit victus, cum mordaces & acres generent humores, ex quibus fissuræ & producuntur & exasperantur & ita dolor augetur, curatio impeditur. Itaque *jusculæ* conveniunt pinguia butyro ex ptisana hordeacea, avenacea, *Carnes* non sint nimium salitæ & aromatisatæ, nec cibus sæpius calefactus; ex earum autem numero hædinæ, vitulinæ, gallinarum &c. cum spinachia, endivia, coctæ, ova sorbilia recentia. *Panis* esto bene fermentatus, c. semine anisi & carvi & exasse coctus. *Potus* sit tenuis, cerevisia bene defecata, vinum non generosum, sed ὀλιγοφόρον in pauca quantitate, decoctum hordei cum rad. scorz. & C. C.

VITA-

VITALIS est *aer*, qui vitandus nimis calidus & solaribus illustratus radiis, urens & siccans canicularibus diebus, temperandus vero flabellis aliisve decentibus. Sic nimium frigidus & ventosus acribus refertus particulis, salinis & fuliginosis brumali tempore plurimum nocet. Quare eligatur medio se habens modo, purus, moderate calidus & frigidus; partes vero ægrotantes obtegendæ.

ANIMALIS habet motum & quietem, qui sint moderati. *Somnus* conciliandus: *Vigilia* resistendum. *Animi pathemata* sive potius perturbationes vitandæ & ex iis præsertim ira, quæ ad Garamantas relegetur & Indos. Sic tristitia omnis nociva, necat homines teste *Syracide*. *Venus* fugienda, inprimis si rimæ in collo sint uteri, ab omni coitu plane abstinendum, alias impeditur curatio. *Alvus* servanda mollis, quæ si non natura talis, arte mollienda clysteribus lenibus, pinguibus, vel cibis miscenda alvum leniter ducentia, ut pruna Damascena & similia.

FINIS.

Q. D. B. V.

DISSERTATIONEM INAUGURALEM MEDICAM

DE

RHAGADIBUS

DIVINI NUMINIS ADSPIRANTE GRATIA

JUSSU ET AUTORITATE

ILLUSTRIS AC GRATIOSISSIMÆ FACULTATIS

MEDICÆ

IN FLORENTISSIMA AVGVSTÆ TREBOCCORVM

ACADEMIA

PRO

LICENTIA

SUMMOS IN MEDICINA HONOR

INSIGNIA ET PRIVILEGIA DOCTORALI

LEGITIME IMPETRANDI

PUBLICO ERUD

SI

JOHANNES H

GÔTTING

HORIS LO

AD XXI. DECEMB

LITERIS GEORGII

IMPRIMEBAT

poris ſpatium id retineat, tum ante præſcripta peſſaria locum habebunt.

Quod ſi à partu violentiori fœtus grandioris partes genitales diſtendentis fiſſuras paterentur, iisdem dictis medicamentis ad ſanandum uti poſſumus, ubi videlicet alia eadem mutanda id non indicabunt: quomodo vero pro varia circumſtantiarum ratione mutanda ſint, id Medici prudentiæ relinquimus. Hoc unicum adhuc circa præſcripta medicamenta notare volumus, nempe peſſariis in virginum rhagadibus non promiſcue utendum eſſe, quippe quorum uſu & præſertim ſi diutius retinentur facile inflammari uterus ſolet. Itaque melius eſt hoc medicamenti genus fugere, ne præterea etiam, cum ab eorum uſu partes dilatentur genitales, pro defloratis poſtea habeantur. Eundem ſed paulo mitiorem merentur cenſum enemata uterina; ſi unguentis aſſequi poſſumus finem ſat eſto, nec tanto apparatu opus eſt. In maritatis res eſt alia.

VENTRIS rhagadibus occurrere poſſumus aut præſervando, aut curando. Prius obtinemus remediis emollientibus cutem abdominis, qualia ſunt pinguia & oleoſa, mucilagines & ejusmodi alia, quibus ultimis menſibus abdomen inungitur uſq; ad tempus partus, ut incrementum capiente fœtu cutis abdominis relaxetur, cute relaxata non metuendæ fiſſuræ. E ſimplicium numero eſſe poſſunt *ol. amygd. d. lini, axung. gall. hædi, ſerv. cerv. medulla crur. vituli* & ſimilia. Ex compoſitis & præparatis *ol. roſac. myrtin. ovor. lil. alb. hyper chamom. ol. rapæ, ungt. alth. pomat.* & alia. Succus expreſſus ex rapa ſub cineribus calidis toſta egregium eſt emolliens, at & ipſæ rapæ exſiccatæ, uti mos in Thuringia. Welcke Rüben. Extemporaneum eſto.

℞ *ungt. pomad.* ℥j. *ol. amygd. d.* ℥ſ. *ping. hum.* ℥ij.
mucilag. ſem. alth. extr. c. ▽*fl. fabar.* ℥j. pro linimento quo abdomen in ungendum S. Erweichendes Sälblein. Conveniunt quoque balnea ex emollientibus bisve ſemelve in ſeptimana uſurpata, quibus addi etiam poſſunt quædam fœtum confortantia, quo in omnibus gravidis ſemper & ubique reſpiciendum ſpec. pro balneo ſunto ſeqq.

℞ *rad. lil. alb. caryophyll.* ā ℥j. *alth.* ℥ij.
h. 5. emoll. ā Mj *verbaſc. ſerpill. meliſſ. balſamith.* ā Mſ.
fl. chamæm. R. mell. lot. à Mij. *roſar.* Mj.
ſem. lin. fœnigr. à ℥iſ. *aniſ.* ℥ſ. conc. cont. D. S.
Species zum erweichendem Bade.

℞ *rap. exsicc.* Miiij. *h.* ♀ *malv. atrip. sativ. pol. mont.* ā Mij. *melilot. orig. serpill.* ā Mj. *chamom.* Miij. *sem. anis.* ℥ij. conc. cont. D. partim ad duos sacculos quibus alternatim abdomen foveri potest dum balneo insidet; partim vero seorsim, ut coquantur in ▽ dulci, cui pro lubitu etiam misceri possunt lactis mensuræ aliquot, vel quod melius si in puro coquantur lacte; & pedes vitulini pro renata addi queunt, vervecini, hædini & contundi. Si quæ balnea impediant, sacculi in ▽ vel lacte coquantur & calidis foveatur abdomen. Non autem ingredi oportet balnea repleto stomacho, sed demum 3. vel 4. horis post cibum sumptum; tempore balnei non edendum neque bibendum; morandum in eo hora dimidia vel integra; corpus post balneum non exponendum aeri nudum, sed quiete in lecto cubare optimum. Peracto balneo abdomen inungatur ol. emollientibus.

℞ *ungt. pomat.* ℥iij. *ol. rosat. chamam.* à ℥ij. *cheiri* ℥j. *ol.* ♌ *t. lign. rhod.* gt. iij. M. F. l. a. Ungtum.

Extolli solet pellis canina singulari artificio parata, c. ▽ ros. nempe abluta & inuncta ol. amygd. d. & hoc reiteratis aliquot vicibus, ut inde molleſcat. Senn. *Pr. M. l. 4. p. 2. s. 5. c. 6.* hædinam E. M. præparatam laudat Ranch. *intr. posth.*

Quando autem fissuræ jam adsunt, tum vulnerariis & emplastris utendum, ut *balsf. vulnerar. empl. stipt.* Croll. *talpin.* Mynſ. *opodeld.* Parac. it. *de minio.*

℞ *ol. hyper.* ℥ij. *mun. sang. drac.* ā ℥ij. *galb. myrrh.* ā ℥j. *min.* ℥iij. *camph.* ℥j. *cer. citr.* q. s. F. l. a. empl.

℞ *g. sagap. opopanac.* in ✝ sol. a. ℥ſ. *ceruſs.* ℥ij. *mum. myrrh. thur.* ā ℥ſ. *cer. nov.* ℥iij. *ol. hyper.* q. s. F.

Et hæc de curatione rhagadum seu fissurarum satis esto; plura dabimus alias.

CAP. XVII.

Symptomatibus occurrit.

SYmptomata morbum insequentia Medico multum negotii faceſſunt, & ita interdum ut, quasi plane relicto morbo, hæc inspicere debeat, iisque obviam ire, quod quo citius fiat eo melius. Quare id ordo nunc postulat ut faciamus.

Dolor plerunque in frontispicio apparet & ægros mirifice vexat, multaque alia post se trahit incommoda, quare in id omni studio &

Adhuc iterum autem monemus, ut prius vino albo calido, vel etiam ▽ ros. papillæ ut & mammæ abluantur, cum lactant infantes, ne nausea inde illis moveatur.

Si vero fissuræ non tam cito sanari, nec matres, ob acerbissimum dolorem ex suctione infantum perceptum & magis magisque auctum, lactare infantes non possint, prospiciendum mammis, ne lacte nimium repleantur & postm. id ipsum in iis coaguletur, è quo vel sexcenta mala oriri posse in propatulo est. In patria solent mulierculæ, hoc vexatæ malo, sibi adaptari laminam instar papillæ artificio singulari paratam è plumbo & pluribus in locis perforatam ut lactere possit infans. Aut si tum nollet infans lac sugere, instrumento utuntur vitreo instar cucurbitulæ majoris, cui collum quidem angustius, sic tamen ut ipsam non attingat papillam, altera in parte longum est rostrum ut sit ceu alembicus qui cucurbitæ in ℞tione imponitur: applicato instrumenti corpore mammis, ut papilla per collum transeat in ipsam cavitatem dicti vitri, rostrum ore capiunt & ex mammis lac exsugunt superfluum. Sic aliud paravit instrumentum Schenk. *l. 2. obs.* cum ejus uxor propter intolerabiles dolores, dum mammis admovit infantem, amplius lactare non posset. Fabricatum autem est ex spongiæ novæ particula instar nucis avellanæ formata, vesica suilla, acu multis foraminibus prius in ea factis, obducta & extremitati canalis, per quem ex suis cantharis (die Memme hic vocant, in Saxonia inferiori n'pip Kemmeke) sugunt, fortiter alligata, sic cantharo repleto lacte tepidiusculo ori infantis præberi potest. Sed jubet hanc fictam papillam semel aut bis in septimana removere, lac exprimere, lavare & purificare, aut si res exegerit aliam fabricare; tegere etiam si ea non utuntur linteolo, ne conspurcetur à muscis. Aliis item in usu est sumere papillas vaccæ vel etiam capræ recens mactatæ.

MAMMÆ ipsæ solent interdum rimis laborare, quibus commode subvenimus si radix enulæ coquatur in ▽ dulci tamdiu, ut inde bene colorata evadat, post madefiat in illa linteamen & imponatur mammis, quod summo cum fructu adhibitum sæpius vidimus. Sic E.M. mucilago ex sem. cydon. c. ▽ ros. facta & imposita maximi momenti est. Si autem à nimia mammarum magnitudine & excrescentia, eo intentus esto Medicus, ut eas imminuat, quod quomodo assequitur vid. apud Senn. *M. Pr. l. 4. p. 3. s. 1. c. 1.* R. à Castr. *de M. M. l. 2. c. 24.* Aut si ab aliis oriantur malis iis subveniendum, hic non

extra limites. Cave tamen in mammarum fissuris nimium usum emollientium, ol. ℞t. ceræ c. ol. ovor. mistum prodest.

MATRICIS seu collo uteri fissuris medemur usu emollientium, cicatrizantium & consolidantium fugiendo omnia acria, quippe quibus pars hæc summe sensilis magis irritatur & malum augetur. Si à siccitate nimia, humectantibus simul opus est; quod si acres in caussa humores illi juste evacuandi, tum possunt adhiberi, quæ citra ullam irritationem adstringunt, ceu sunt ol. non nulla, ut lini, ovorum, rosar. cum succis v. g. plantaginis mista. Coronam spinæ, gallas omphacinas terit in pulverem & ungit adipe anserino partem affectam, ut pulvis, si aspergatur adhæreat. GAL. *de p. ass. mulier.* Inter omnes remediorum formas primas tenent pessaria, quæ sunt medicamentum in forma coni & proprie dicatum collo uteri.

℞ *succ. herb.* ♀ ʒij. *myrrh.* ʒs. *croc.* gr. iij *ceræ* q. s.
ad consistentiam exc. *lana* & *filo* formetur l. a. pessarium pollicis crassitudine. D. S. Heilendes Mutterzäpfflein.

℞ *ol. ovor.* ʒij. *N. M. expr.* ʒj. *pulv. gallar.* ℈j.
cerus. ʒs. *cer.* q. s. exc. *gossypio & filo* F. l. a. Pess. inungatur *ol. rosac.* D. S. ut ante.

Aut etiam ante pessariorum usum enema uterinum vocetur in usum.

℞ *herb. matric. beton. pyrol.* M j. *puleg.* Mss. *fl. balaust.* p. ij.
gallar. ʒj. coq. in s. q. ▽ *burs. past.* ʒiiij. l. vj. adde
ol. ovor. ʒij. *rosac. myrtin.* à ʒj. ℞t. *cer.* gt. iij. iiij.

Si à mentula grandiori hoc malum fœminæ patiantur statim post coitum & ubi id senserint, injiciatur clyster uterinus, ex plantis uterinis & vulnerariis simul paratus, ut eo abluatur cruor &c. Abstinendum autem interea est à ♀, ut eo melius absque alia nova irritatione sanari queant. Pro partium vero istarum dilatatione ulteriori adhibenda emollientia, vid. SENN. R. à CASTR. si iis nihil efficitur, fugienda omnino ♀. Clysma tale esto

℞ *herb.* ♀ *al. burs. past.* à M j. *agrimon. meliss. matric.* à Mss.
rad. consol. maj. ʒij. coq. in s. q. ▽ col. ʒiiij. add.
balsam. peruv. ℈s. *ol. vitel. ovor.* injiciatur tepide.

℞ *rad. arist. rot.* ʒj. *herb. sanic. pyrol. beton.* à M. j.
fl. balaust. p. ij. *rosar.* p. iij. *mum.* ʒj. coq. in s. q. ▽
colat. ʒiiij. adde *ol. rosat. myrtin.* à ʒij. ℞t. *cer.* gt. iij.

M. F. l. a. enema uterinum injiciatur debito modo, quod si factum crura decussatim deponantur, ut quiescens ægra per aliquot temporis

Joh. Harduvicus

Hampe

1678

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

151

VIRO
EXCELLENTISSIMO,
DOMINO
GEORGIO WOLFFGANGO WEDELIO,

MED. DOCT. THEOR. P. P. CELEBERRIMO,
MEDICO DUCALI SAXONICO FELICISSIMO,
S. R. I. NATUR. CURIOSORUM
ADIUNCTO, DICTO HERCULI

DN. PRÆCEPTORI, PATRONO
AC OLIM HOSPITI VNDIQVAQVE
BENIGNISSIMO

GRATI ANIMI ERGO

PRO FIDELI INFORMATIONE

ET

IN ULTERIOREM SUI COMMENDATIONEM

CONSECRAT

HANC DISSERTATIONEM INAUGURALEM

JOHANNES HARDOVICUS HAMPE
GÔTTINGA BRUNSUICENSIS.

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Ad

Nobilissimum atq; Præcellentem

DN. JOH. HARDOVICUM HAMPIUM,

Götting. Saxon.

de Rhagadibus inauguraliter disputantem.

Cum tua jam quondam se suffimenta probarint
Doctorum, Salæ qua fluit unda, choro,
Exemploque poli penetrarint culmen Abelis
Illa pii; metam Te tetigisse puto.
Quid supereſt, uteri, mammillarumque dolores
Rimanti ingenio, quos mala rima facit?
Atria qui cœli solo suffimine pandit,
Rimando rimas hic sibi plura parat.
Namque poli sibi suffitu qui Numina junxit,
Rimando poterit conciliare soli.

sincerioris amicitiæ causa
contubernali veteri fecit
Joh. Joachimus Bockenhoffer
Argentoratensis.

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Q. D. B. V.

DE

RHAGADIBUS

Proœmium.

VEstimentum hominis, quo eum induit Sapientiſſimus cæli terræque Creator, ad muniendas corporis partes internas, ſumme neceſſarium erat; incolumes enim conſervandæ erant ab exteriorum injuriis, maxime vero ab aëris. Hoc veſtimentum præterea tanta venuſtate & lævitate eſt præditum, ut hominem mirifice commendare & amicabilem reddere ſoleat, à roſis in genarum ſuperficie inprimis florere ſolitis. Sic præter hanc venuſtatem & ſuos habet uſus egregios, ſuccurrit expulſioni fuliginum, liberum eis per poros tranſitum concedendo, & mille alios, quos jam in medium afferre locus non permittit.

Cœlum extimum & ſupremum, omnia tegit, omnia involvit, ut totus mundus & quicquid in eo continetur, unum videatur corpus contiguum: ita cutis totum tegit & involvit microcoſmum, hominem dico, & quicquid in eo eſt, omnes, nempe partes, ut unum ſint contiguum & cohæreant. Itaque merito etiam cœlum extimum & ſupremum microcoſmi vocatur.

Non tamen obſtat & pulchritudo & uſus uterque inſignis, quo minus hoſtili morborum impetu turbetur, imò planè defœdetur. Inter quos celebres & notatu digniſſimæ ſunt RHAGADES, de quibus hac vice paululum lubet agere, & magis quidem quoad earum curationem. Faxit DEUS feliciter.

CAP. I.

Nominis notationem monstrat.

RHAGADES significant divisuras partium membranosarum magis ad exterius vergentium & conspicibilium. Sumitur autem hæc vox varie 1. *Latissime* pro quacunq; divisione partium dictarum, ita etiam, ut extendatur ad apertiones venarum, quæ sunt in ano GORD. *op. lil. partic.* 5. *c.* 21. it. ad hæmorrhoides, & condylomata exulcerata, MONTAGN. *cons.* 168. *c.* 3. Verum differunt ab utrisque. FOR. *l.* 28. *obs.* 52. GORD. *l. c.* 2. *Strictissime* solum de iis, quæ in collo uteri, ano & labiis oris sunt, quippe quæ partes omnium maxime iis infestantur, teste experientia & autoritate. ROND. *meth. cur. c.* 71. PERDULC. *univ. Med. l.* 13. *s.* 7. *c.* 26. HAFENR. *nosod. cut. l.* 1. *c.* 15. *Rhagades*, inquiens, *proprie dicuntur de iis, quæ fiunt in collo uteri, intestino recto & labiis.* ita quoque FOR. *l. c.* 3. *Late* seu *medio modo* usurpatur pro omni cutis tenerioris membranæve divisione, sive ab interna, sive ab externa caussa, non tamen violenta scindente, ceu gladio &c. originem ducente. Sic SENN. *M. Pr. l.* 3. *p.* 2. *s.* 1. *c.* 10. dicit *rhagades ut in aliis corporis partibus, manibus, pedibus, labris, ostio uteri, ita etiam in ano accidere possunt*, quo vult innuere omnes tales rimas commode dici posse *rhagades.* Idem sentit. MASSAR. *l.* 3. *c.* 24. item de papillarum fissuris, R. à CASTR. *de M. Mul. l.* 2. *c.* 31.

FISSURÆ vox interdum etiam, præcipue autem in Chirurgia significat ossium fracturas secundum longitudinem, inprimis in cranio, quando videlicet à re dura contundente, ut fieri potest à lapide, &c. fortiter caput tunditur, ita ut rimam accipiat, sive secundum unam, eamque vel internam, vel externam, sive secundum utramque laminam. Hinc notabilis *contrafissura*, quando ex opposito latere, ubi caput pertusum, finditur cranium. BARBETT. *Chir. p.* 1. *c.* 4. Interdum etiam pro labiis leporinis Germ. *Hasenschaart* PLAT. *T. III. Pr. c.* 1. BLAS. *univ. Med. p.* 300 Adhibetur porro etiam quando in pilis barbæ & capillis apparent divisiones PLAT. *l. c.*

RIMÆ vox apud Anatomicos etiam in usu est, & sumitur pro pudendo muliebri externo, addito insuper epitheto, diciturque tum rima magna BARTHOL. *anatom. ref. l.* 1. *c.* 32.

Voces ejusdem significationis plures hinc inde occurrunt quarum mentio facienda; apud DON. ab ALTOM. *de med. H. C. M. c.* 77.

ῥαγάδια

ῥαγάδια legitur; quod etiam apud CELS. *l. 6. c. 18.* ut ita videatur civitate Latina donatum esse. RHAGADIÆ vox præterea legitur apud GORD. *l. c.* FRANC. *de* PEDEMONT. *p. 4. s. 1. c. 7. suppl. ad Mes.* Latinæ quoque variæ sunt, sic FISSURA omnium frequentissima est, pleraque enim autores Græca illa vocabula, per hanc explicant vocem. SENN. HAFENR. *ab* ALTOM. R. à CASTR. PERDUL c. l. c. sic apud alios per vocem SCISSURÆ, & apud dictos autores & MASSAR. *l. 3. c. 24.* Dicuntur etiam RIMÆ. TRINC. *l. 10. c. 15. de rat. cur. partic. H. C. A.* SORBAIT. *M. Pr. tr. 5. c. 49.* Unde Germanis dicuntur Ritzen/ Spalten / oder auffgesprungene Haut an Leffzen / Händen ꝛc. die Schrunden/ quod vocabulum magis notum & usitatum. CREPATURÆ etiam commodè nominari possunt, à similitudine hordei, si coctum est usq; ad crepaturam.

Habet vero ἔτυμον vocabulum *rhagades* & in singulari (est enim pluralis numeri, cum ut plurimum multæ simul adsint) ῥαγὰς à ῥήγνυμι seu ῥηγνύω quod est frango rumpo, à quo etiam cætera verba derivantur. vide Lexicographos. FISSURA à FINDO; SCISSURA à SCINDO originem ducere notum est; RIMA primitivum.

Nos hac vice, & in hac dissertatione dicta vocabula pro iisdem habebimus, & una eademque significatione, ita ut perinde sit, quo utamur; sequemur autem ultimum in vocis significatione modum, ubi latè accipitur & inter dictos ceu medium, quippe quo tutissimus ibis, & sumemus hoc vocabum rhagades & cætera de partium membranosarum divisione sive à caussa interna, sive externa, non tamen violenta scindente & intimius penetrante in diversis humani corporis partibus magis externis v.g. labiis, papillis, ano, utero &c. de quibus pluribus c. 3. ubi de subjecto, agetur.

CAP. II.

Definitionem format.

CUm rhagades sint quiddam in corpore nostro p.n. inquirendum venit ad quodnam ex eorum numero spectet. Tria autem sunt secundum omnes Medicos in corpore humano p. n. morbus videlicet, caussa morbi & symptoma. Ad caussam morbi, neque ad symptoma referri possunt; relinquitur igitur quod ad morbos referri debeant. Differentia autem hujus tripartita est, vel enim morbi sunt

similares dicti intemperiei, vel organici, vel denique communes seu solutæ unitatis. Cuilibet verò intuenti apparebit curem aliamve partem membranosam in hoc affectu esse divisam, ut utrinque labia separata à se invicem videantur. Et quod magis, sentient asperitates & proëminentias ubi lævitas debebat adesse: sed visus tactum antecellit in hoc affectu dignoscendo. Ex his itaque manifestum est adesse solutionem unitatis. VID. *T. 2. l. 9. c. 20.* dicit *fissuræ ad solutam unitatem perbelle referuntur.* Ad quam vero solutæ unitatis speciem hic morbus pertineat videbimus. Apud plerosque & accuratiores Institutionistas. SENN. RIVER. BRUNON. *dogm. med. gen. p. 2. c. 5. §. 2.* pro varietate caussarum solventium sex leguntur sequentes.

VULNUS, quando à re quapiam in parte molli secante unitas solvitur, idque vel cæsim & stricte dicitur vulnus, vel punctim & vocatur punctura. Ast ad vulnera non referri queunt, quoniam subito & instrumento secante fiunt, ulterius plerunque penetrante quam cutem: RHAGADES vero non ita, licet in eo conveniant, quod semper sint in parte molli, tamen in reliquis à se invicem toto differunt cœlo.

FRACTURA & CARIES proprie & solum de ossibus dicuntur & similibus duris partibus, RHAGADES autem nullo modo in ossibus fiunt.

CONTUSIO est citra deperditionem substantiæ & divisionem partium, RHAGADES non ita.

ULCUS à quodam corrodente cum deperditione substantiæ. Ad hæc itaque rhagades referendas esse quispiam putaret, quod interdum h. m. fiant, nec desint autoritates, ubi dicuntur esse ulcuscula oblonga, PERD. *um. m. l. 13. f. 8. c. 20.* UFFENB. *de gen. hom. l. 23. c. 63.* Interdum quidem evadunt ulcerosæ, sed quid inde? anne propterea omnes rhagades dici merentur ulcera? ne quaquam licet quædam fiant ulcerosæ, non tamen tanta cum deperditione sunt substantiæ ac ulcera, nisi aliud superveniat, nec rhagades ulterius penetrant; quam partem membranosam; ulcera vero ut plurimum sub cute ibique oriuntur, sed RHAGADES h. m. variant.

RUPTURA adhuc supereſt, & fit à re ultra modum tendente, distendente & tandem quoque dividente, & quidem in partibus, mollibus, membranosis videlicet, in quibus rhagades semper fieri dicetur, ubi de subjecto. Itaque ad hanc rhagades referendæ veniunt. cum ad cæteras referri satis commode non possint. Hinc loco *rationis*

tionis formalis rhagadum constituendam esse, hanc solutæ unitatis differentiam uno modo probatum est: alter modus probandi, est per ipsam vocis significationem & derivationem, de quibus cap. præc.

Sunt vero Rhagades semper in longum diductæ rupturæ secundum fibras subjacentium partium, vel etiam membranarum proprias, fibrarum autem situs semper, si quiescunt, est secundum longitudinem proprii corporis. Videmus, si fidantur ligna, illa facilius secundum longitudinem fibrarum dissilire, quam si cæduntur secundum crassitiem. Clarius adhuc, si arbores cæsæ exsiccantur, apparent rimæ secundum longitudinem fibrarum, quas costas arboris dicunt, juxta quas etiam numerant ætatem arborum. Idem in rhagadibus observatur. In hoc itaque ponimus differentiam specificam nostri affectus.

Fiunt rhagades à quodam violenter & nimium distendente, ita ut sequatur inde divulsio seu ruptio partium earum, quæ antea distendebantur, quod de caussa proxima hac vice satis dictum esto, infra pluribus.

Præsuppositis itaque his & explicatis talem nostri affectus ad resolvendum propositi, definitionem ponimus.

Rhagades sunt membranosæ partis à quodam violenter & nimium distendente secundum fibras in longum diductæ rupturæ.

CAP. III.

Subjectum explicat.

IN genere subjectum hujus morbi universale dicimus esse partes membranosas, & intelligimus jam per eas, non omnes in toto corpore, sed eas, quæ incurrunt in sensus nostros, & objectæ aëri nos ambienti, inter quas primario cutis & proxime annexæ; esse autem plures, quæ rumpi possunt, membranas in corpore nostro nos non fugit, v.g. peritonæum, ex cujus ruptione non rhagades, sed ramex sive hernia oritur; propterea etiam eas hac vice præterimus. Cutem membranam esse patet ex eo, quod membrana sit pellis, quæ tegit artus, & præparata κατ' ἐξοχὴν ita dicatur: deinde ex genere definitionis, quod est membrana. BARTHOL. *Anat. l.* 1. *c.* 2.

In specie lustrabimus etiam partes in quibus habitant, & ex

illis statim se oculis objiciunt nostris utrique sexui communes. LABIA, quæ substantiæ tenellæ, ut sensu fere videantur omnium exquisitissimo præditæ, & Tactus, nisi aula & summum conclave, tamen atrium, quod probant deliciæ à levi attritione labiorum se invicem osculantium. Constant præterea ex carne fungosa, cui ita arcte subducta cutis, ut diceres esse unum & idem, cutis & musculus, & melius appellari cutem musculosam vel musculum cutaneum, BARTH. *Anat. reform. l. 3. c. 11.* Quare eo facilius huic malo obnoxia videmus. GAL. *de mdt. fac. par. c. 15.* MES. *comp. secr. med. l. 2. f. 7. c. 5.*

LINGUA sermonis aliorumque instrumentum, ex carne tenera obducta tenui membrana hoc malum patitur, GORD. *l. c.* SENN. *M. P. l. 1. p. 3. f. 5. c. 1.*

PALPEBRÆ quoque vexantur à fissuris, quoniam substantia earum mollis & tenera. GRASEC. *de H. C. F. M. class. 2. f. 15.* MAROLD. *M. Pr.* fiunt autem vel in ipsarum extremitate, vel in superficie externa.

MANUS & PEDES non immunes ab hoc malo. FOR. *l. 31. de fuc. obs. 9.* MAROLD. *M. Pr. p. 74.* STEGH. *art. med. l. 13. c. 40.*

ANUS, seu extremitas summa intestini recti, quoad suas partes per quas excrementa excernuntur, sive ejus partes magis foras sitæ sint, sive etiam aliquo modo in interioribus contineantur, quoad ani constrictorem instar annuli latioris ano circumjectum musculum, facile hunc ob sæpius descriptam substantiam, qua etiam pollet, patitur morbum. GAL. *de comp. mdt. per gen. l. 5. c. 11.* CELS. *de Med. l. 6. c. 18.*

Viris esse membra quibus distinguuntur à mulieribus, notum, & ea hunc pati posse morbũ affirmamus. PRÆPUTIUM inter ea numeratur, particula cutis, tegumentum particulare penis glandis constituens, judæis quod resecatur, tenuis substantiæ, & maxime sensilis, hoc afficitur morbo. SENN. *M. Pr. l. 3. p. 9. f. 1. c. 12.* GRAS. *de H. C. F. M. class. 4. f. 27.* Vidimus hoc olim in commilitone quodam.

SCROTUM, capsula testiculorum, instar sacculi propendens, constans ex fungosa cute, non satis hinc firmum huic resistere malo, exemplum ipsi quoque novimus.

Sexus sequioris partes peculiares constituentes subjectum, & ex iis sunt PAPILLÆ, quarum substantia quodammodo nervosior & magis spongiosa, ut corrugari & iterum laxari possint, hac ratione etiam non immunes ab hoc morbo: frequens est apud Fœminas lactationis tempore. STEGH. *art. med. l. 13. c. 40.*

MAM-

MAMMÆ ipſæ non ab hoc malo liberæ, ſed ſæpiſſime fiſſuris laborantes conſpiciuntur. FALLOP. *de ulc. c.* 8. CLAUD. *emp. rat. T.* 2. *l.* 4. *ſ.* 2. *tr.* 2. *c.* 8.

UTERI VAGINA, magis tamen ubi ad exteriora vergit, nervoſa valde & exquiſito ſenſu, per quam varia excernuntur, tributum videlicet lunare, fœtus &c. afficitur & tanto malo. R. à CASTR. *de M. Mul. l.* 2. *c.* 31. SENN. *l.* 4. *p.* 1. *ſ.* 1. *c.* 9. *M. Pr.*

VENTER INFIMUS, abdomen, tempore ingravidationis ſolet fiſſuras pati, præſertim ubi cutis à frequenti conceptu nondum extenſa, in primiparis nempe. SENN. *Pr. M. l.* 4. *p.* 2. *ſ.* 5. *c.* 6. RANCH. *in tr. poſth.* R. à CASTR. *de M. M. l.* 4. *cap.* 20.

Qua de cauſa verò hæ partes corporis jam dictæ præ cæteris magis afficiantur hoc morbo, ſi quis noſſe deſideret, ille ſciat id fieri & ratione ſubſtantiæ, quæ tenera & ratione ſitus, qui in exterioribus. vid. R. à CASTR. *de M. M. l.* 2. *c.* 31. Afficiuntur per ſe, cum quod rumpi facit, in parte rupturam patiente, generatum vel collectum, ita ut ibi permanentem habeat ſedem; per conſenſum, ſi fomes mali aliunde v. g. uterus ſi mittat vapores acres ad labia, ut rhagades inde patiantur. *Poſitive* autem hoc fit & cum communicatione materierum. *Viæ* per quas materies defertur ad unam quamque partem ſunt manifeſtæ, præſertim ubi congeries venarum & arteriarum: deinde etiam totum corpus noſtrum eſt perſpirabile & poroſum.

CAP. IV.

Cauſſas, immediatam & mediatas proximiores proponit.

CONſiderandæ nunc veniunt cauſſæ in quarum numero prior eſt IMMEDIATA, quam ſtatuimus diſtenſionem nimiam partium membranoſarum, ſive ſolutionem continui. Quid vero illud ſit quod diſtenſionem illam pariat, id in ſequentibus.

MEDIATÆ, in quarum poteſtate poſitum eſt corpus humanum in hunc p. n. ſtatum conjicere, quæque ad generationem aut collectionem conferunt, morboſumque apparatum excitare & movere queunt, proximiores quidem ſunt, *Intemperies calida*, tum totius, tum inprimis viſcerum internorum, quatenus ea calore ſuo abſumi humidum debitum & proportionatum, tum ad partes alendas,

tum

tum etiam ad vigorem à natura sibi concessum, conservandum. Hinc membranæ exsiccantur, difficulter cedũt, si distenduntur facilius rumpunt. *Sicca*, velut progenies caloris quoq; accusatur præcipue hepatis, R. à Castr. *de M. M. l. 2. c. 31.* & producit hunc effectum non aliter ac terra exsiccata à calore ☉ rumpit, & fissuras accipit. *Humida* quatenus concurrit ad generationem humorum acrium. *Frigida* & suo modo opem fert. Ex his compositæ seu potius mixtæ intemperies non negligendæ: sicca enim interdum caliditati, interdum frigiditati juncta hunc parit morbũ. Franc. *de* Pedem. *in suppl. ad Mes. p. 4. s. 1. c. 4.*

Materia ratione essentiæ peccans est 1. *Vaporosa*; Vapor est vero multitudo halituosi spiritus partes corporis in quas fertur molestia afficiens & modo crassior, modo tenuior, quomodo generentur vid. ap. Hipp. *lib. de Nat.* Fien. *libr. pec. c. 4. & 5.* 2. *Corpulenta*, quæ sunt humores variis imbuti qualitatibus, præcipue bilioſi, acres & salsi, qui mordicando distendunt divelluntque. Stegh. *art. M. l. 13. c. 40.* Senn. *M. P. l. 2 p. 1. c. 5.* Hinc. Gal. *l. 9. c. 6. de comp. M. s. l.* id notavit de sedis affectibus. *Dictum est*, inquit, *ejusm. particulas* (multo sensu præditas) *facile per acriora & austera pharmaca irritari. At vero ipse retrimentorum alimenti transitus per se mordax est & hoc magis ubi erupuerit ipsa bilis & seroſi quidam aliquando humores, quibus accedit & hoc quod neque statum tempus habeant Medici ad imponenda pharmaca, sed plerumque tempore minime convenienti ægri ad excernendum concitantur. Quando & humiditas ac caliditas ipsius loci siccantibus simulq; frigefacientibus opus habens, non parum confert ad hoc ut ægre curabilis ani affectio existat, siquidem mordent astringentia.* Hactenus Galenus. *Generantur* vero humores & vapores in toto corpore & ad partes exteriores, tanquam debiliores, mittuntur. Qui labia scindunt, ex ventriculo præsertim, pulmonibus & utero oriuntur & ascendunt, quod extra litis aleam.

CAP. V.

Seriem causſarum remotiorum naturalium & non naturalium habet.

NAturales remotæ sunt 1. *Temperamentum* calidum siccum, frigidum siccum, &c. quod præ cæteris ob defectum humidi radicalis citius & facilius ad hoc malum inclinat. 2. *Ætas*, quæ omnis, in primis autem juvenilis huic morbo obnoxia. 3. *Sexus* similiter etiam uterque, magis tamen & frequentius fœmineus hoc patitur malum pro-

lum propter plures partes, uterum dico, materiam peccantem generantes.

Non naturales constituunt sex res non naturales dictæ, quæ cum sint necessariæ nec ulla earum detur vitandi ratio, *quantum & quomodo noceant & hujus affectus causſæ esse possint, videndum*: inter eas autem primo loco stat AER, quem ambiendo & inspirando varie corpus nostrum alterare posse notum; peccat autem dum nimium est frigidus & siccus, ceu quando borealis flat ventus, ubi mos loquendi apud Germanos obtinuit, der Wind schneidet wie ein Messer/ hic in manibus, labiis, aliisque partibus, quæ nudæ eidem exponuntur, gignit fissuras. For. *l.* 14. *obs.* 1. Et tempore hyemali nihil fere frequentius est in dispositis, quam hic affectus, quemadmodum hoc novimus in virgine primaria & animo & corpore pulchra, quæ quotiescunque tempore brumali ventus flat à septentrione dictus boreas, ejusmodi rhagades patitur innumeras in manuum dorso, quæ tactui satis asperæ obveniunt. Similiter noxius est nimium calidus & siccus, qualis solet esse tempore canicularium, ☉ existente in ♌. & tandem qui repletus acribus, salsis & corrosivis particulis. Perdulc. *in univ. M. l.* 13. *f.* 5. *c.* 5. hæc comprehendit his verbis, *finduntur, æsiu, frigore aquilonio, halitu ferventi, salsisque & acribus humoribus.*

Cibus calidus & siccus absumens humidum, nimium aromatisatus, acrem præbens chylum & ejusdem farinæ sanguinem, vitia enim primæ coctionis non corriguntur in secunda. Quando nimirum multo conditur pipere pulverisato, quod magis nocet quam integrum & adhuc in granis, Zingibere & aliis aromatibus: aut etiam, si præter modum & rationem sit salitus, sæpius calefactus *Potus* vini generosioris in dispositis quam plurimum nocere potest.

Motus & *Quies* quatenus uterque vel deficiunt vel modum excedunt.

Vigiliæ & Somnus E.M. peccant. 2. *aph.* 3. 7. *aph.* 73.

Animi pathemata magnum habent in corpus humanum imperium, & id variis alterant modis; inter ea primario peccat ira, quæ ad hoc malum producendum suppetias fert, quippe à qua moventur particulæ sanguinis aliorumque internæ, præcipue bilis, ut omnes videantur fermentari; unde etiam sæpius hoc vocabulum pro irasci & fermentum pro ira sumitur; hinc etiam exspectandus effectus, qui fermentationem sequitur, nempe separatio quarundam particularum, præcipue acrium & Mercurialium, tanquam fugitivarum &

exitum quæſitantium, quem cum facilius inveniunt in partibus externis, & quidem tenerioribus, illis ultimo tanquam agitatæ adhuc noxam inferunt. Unde interdum ita apta nata eſt, ut vel ſola ſatis, quæ tali ſummo ſpirituum impetu & fervore, velut efferveſcendo, uti jam dictum, fiſſuras excitet inprimis labiorum, quale admirandum & ſummi Herois rariſſimæ fortitudinis rarum exemplum habemus in SCANDERBERGO, Duce bellico, viro ingentis animi & roboris, cui quotiescunque in aciem deſcendebat, aut pugnam ingrediebatur contra turcicas gentes, labia æſtuantis animi vehementia fiſſa non ſolum, verum etiam ſanguis ex fiſſuris eorundem effluens conſpiciebatur, *Chron.* CAR. *l.* 5.

Excreta & *Retenta* diverſimode ſuum afferunt ſymbolum. Ea videlicet quæ excerni debent, ſi plus juſto retineantur; aut ſi ab ea diuturniori retentione quemadmodum feces alvi, induruerint & exſiccentur, unde eas vias, per quas ſecernuntur, findunt. SORB. *M. Pr. tr.* 5. *c.* 49. Sic dura, ceu nuclei ceraſorum collecta in inteſtino recto, uti olim vidimus, poſtea ſumma alvi compreſſione difficulter dejecta, fiſſuras creant.

CAP. VI.

Cauſſas ſeu res p. n. fiſſuras producentes in medium affert.

QUid per cauſſas ſive res p. n. Medici intelligant, ut hic multis proponamus neque locus, neque tempus patitur, potius oſtendendum, unam rem p. n. poſſe eſſe ſomitem alterius, & producere aliam.

Apoſtema rhagadum cauſſa. GORD. *op. lil. p.* 5. *c.* 21. *rubr.* 5. FR. de PEDEM. *ſuppl. ad Meſ. ſ.* 1. *p.* 4. *ſumm.* 4. *c.* 9. *Catarrhus* ad nares fluens dictus *Coryza*, producit fiſſuras in labiis cum materia defluens ſit acris, irritans, ut ſæpiſſime emungere nares cogamur & abſtergere à quo facile hæ ſubtili ſenſu præditæ & molles partes dividuntur; attritio enim iſta ſæpius repetita vel ſola hoc facere poſſet GORD. *l. c.* MES. *comp. ſecr. med. l.* 2. *ſ.* 8. *c.* 1.

Condylomata præcipue *ani* ibi excitant ſciſſuras, item uteri in utero. TRINC. *de rat. cur. part. A. C. H. l.* 10. *c.* 15. FOR. *l.* 28. *obſ.* 52. ab ALTOM. *de med. H. C. M. c.* 77. *Hæmorrhoides* eundem in cenſum veniunt, quippe à quarum fluxu acri continuo rhagades eſſe ortas obſervatum eſt,

eſt. GORD. *op. lil. p.* 5. *c.* 21. FOR. *l.* 23. *obſ.* 10. Eſſe autem acrem hunc fluxum, patet ex acrimonia humorum hunc producentium, & apertionem venarum inſtituentium. SENN. *M. Pr. l.* 3. *p.* 2. *ſ.* 2. *c.* 13. *Dyſenteriam* propter acrimoniam, quæ conjuncta eſt cum excrementis, producere poſſe ſciſſuras extra litis aleam eſt; ſale videlicet reſoluto & ſibi detracta habena fluxum hunc facere notavit HIPP. *de priſc. Med.* Inde ſi continuatio hujus eſt fluxus, particulæ ſalis reſoluti continuo feriunt partem, unde aliter eſſe non poteſt, quin ſequantur ſciſſuræ. FOR. *l.* 23. *obſ.* 10. *Diarrhæa* E. M. fiſſuras producit. Similiter à fortioribus purgantibus id accidit, non ſolum in gutture inferiori, ſed etiam ſuperiori, in labiis. Quemadmodum legimus hiſtoriam apud GABELCH. *cent. I. cur.* 37. *à Michaele Rucker* auditoribus olim Tybingæ recitatam, de viro, qui cum per quinque dies alvi careret beneficio, nec ab hauſtu muſti, ſatis copioſe autumno aſſumti, quicquam excernere poſſet, radices eſulæ effoditas magna quantitate aſſumpſit, multum quidem excrevit, ſed præter alia ſymptomata etiam paſſus fiſſuras labiorum. *Medicamentorum impoſitio acrium* accuſatur. GORD. *op. lil. p.* 7. *c.* 12. ceu ſunt nigella, cantharides, colchicum, ſinapi &c. empl. veſicantia, ſinapiſmi &c. SENN. *M. Pr. l.* 2. *p.* 1. *c.* 2. GAL. *de comp. m. ſ. l. c.* 6. *facile per medicamenta acria & auſtera particulæ multo ſenſu præditæ irritari poſſunt.* Partes autem in quibus rimæ fiunt tales eſſe ſupra c. 3. dictum eſt. *Lues* ♀ morbus ille per orbem notiſſimus, fiſſuras generat, ſive adhuc in vigore ſit, ſive etiam male ſit curata. FOR. *l.* 23. *obſ.* 10. MYL. *pharm. ſpag. l.* 2. *Febres* ſæpiſſime in labiis quoque producere ſolent, & ex earū numero omnium frequentiſſime ardentes, malignæ, quamplurimum vero in lingua. GABELCH. *cent. V. cur.* 7. 16, 17. HAFENR. *noſ. cut. l.* 1. *c.* 16.

Partus difficilis, laborioſus & vehemens enixus, ob magnitudinem capitis infantis ſæpe fiſſuras in ſexu ſequiori, in uteri collo ſolet relinquere FOR. *l.* 28. *obſ.* 52. PEUCER. *meth. cur. morb. int. c.* 21. SORB. *M. Pr. tr.* 5. *c.* 49. HAFENR. *l. c.* In eodem loco coitus violentus accuſari meretur SORB. *l. c.* aut ob prorſus deteſtabilem ac nefandum præpoſteræ libidinis uſum; unde anum findi contingit. VID. *T.* 2. *l.* 9. *c.* 29. Sic *magnitudo virgæ virilis* etiam in culpa eſſe ſolet, GORD. *op. lil. p.* 7. *c.* 12. quæ ſi cum impetu intrudatur, aliter fieri non poteſt, quin nimium extendantur partes & tandem rumpantur. Sic *anguſtia ſinus muliebris* aut ſi mulier tam arctam habuerit, ut difficulter virum admittat & amplexus patiatur conjugales, eundem ſubit cenſum. HAFENR.

nos. cut. l. 1. c. 16. Vel accidit ut à soło coitu violentiori partibus genitalibus utriusq; sexus naturaliter se habentibus, in vagina uteri rimæ oriantur SORB. *M. Pr. tr. 5. c. 49.* præsertim in neonymphis.

Suctio fortior in fantum papillarum fissuras sæpe efficit, præcipue si parum lactis possident mammæ. Econtra ob *mammarum duritiem* nimiam, labra infantibus quoque finduntur. SENN. *M. Pr. l. 2. p. 1. c. 2.* *Magnitudo mammarum* nimis aucta in culpa interdum esse solet, si ipsæ patiantur fissuras, quippe quandoque ad tantam efferuntur magnitudinem, ut illarum cutis ab hac distensione rumpatur. CLAUD. *emp. rat. T. 2. l. 4. s. 2. tr. 2. c. 8.* *Fœtus grandior* fissurarum in abdomine tempore gestationis se ostendentium causa esse solet. SENN. *M. Pr. l. 4. p. 2. s. 5. c. 6.* R. à CASTR. *de M. M. l. 4. c. 20.*

CAP. VII.

Differentias rhagadum proponit.

VArie dividi possunt rhagades & quidem 1. ratione *Subjecti*, ubi aliæ labiorum, quæ in labiis apparent, aliæ præputii, quæ in illa parte cutis, quæ glandem penis tegere solet, observantur, aliæ papillarum, quæ in papillis, aliæ mammarum, aliæ uteri; aliæ ani, aliæ manuum, aliæ pedum. 2. *Causarum* aliæ ab interna, aliæ ab externa &c. 3. *Curationis* aliæ curatu faciles, aliæ curationem difficulter admittunt, aliæ plane incurabiles, ceu illæ sunt, quæ à prima visuntur nativitate. 4. *Rhagadum ipsarum* & quidem primo quantitatis, ubi aliæ magis profundæ, aliæ magis superficiales, aliquando apparent angustæ & coarctatæ, aliquando vero magis distensæ, aliæ majores, aliæ minores, aliquando pauciores, aliqn. plures, aliæ secundũ fibras membranarum proprias, aliæ secundum fibras partis subjacentis: deinde qualitatis aliæ humidæ, aliæ siccæ. 5. *Symptomatum* aliæ cancrosæ, fistulosæ, callosæ, aliæ cum inflammatione, aliæ sine eadem, aliquando c. condylomatibus, aliquando vero plane simplices, aliæ magis, aliæ minus dolentes, aliquando c. dysenteria, aliquando sine eadem.

CAP. VIII.

Symptomatum reddit rationem.

MOrbum esse præsentem affectum, de quo agimus, satis superque demonstratum, quare aliter esse non potest, quin etiam sua

sua habeat symptomata essentialiter inhærentia & consequentia, morbum enim ex institutionibus notum, tanquam corpus umbram sequi symptomata. Subjectum supra c. 3. hujus morbi in genere diximus esse partes membranosas, in quibus residet primario sensus universalis & omnium sensoriorum communis, GAL. *de diffr. Sympt. c.* 3. tactus nempe, qui, si organon læditur suum ex objecto ingrato tangibili confertim & violenter agente, molestiam sentit, quam Medici dolorem vocant, qui primum symptoma hujus morbi & inseparabile solet esse. Nam nullæ existunt rhagades sine solutione continui & soluta unitate, & ad hoc quippe genus morborū referri debere supra c. 2. pluribus fuit ostensum: Et sensus tactus, ejusque subjecti proprium quasi symptoma est *dolor*, quia est tristis sensatio à solutione continui dependens. Quare etiam, quo magis sunt sensiles & nervosæ partes, eo dolor etiam acerbior, quod ex rimis papillarum mulierum apparet. *Constanter & sanctè asseverant mulieres parturientes, aut parientes, aut postquam pepererint, non tam acutos & diros sentire dolores, sicut si à partu rimis illis papillarum laborent. Tam vehementer enim illas, dum infantem lactant, dolores sentire, ut vix effari possit quanquam aliæ magis aliæ minus doleant.* THADD. DUN. *de M. Mul. c.* 36. Voluptates quidem ex suctione infantum percipiunt magnas, vel ipsis fatentibus, ast eæ quo majores dum sanæ papillæ, eo magis exquisitus dolor, dum infirmæ sunt, h. e. rhagades patiuntur. Sic in supra laudata fœmella juniori, & alias vivido colore dotata, observavimus faciem pallere & circa frontem sudorem frigidum, dum lactabat puellam, ob atrocissimos dolores. Interdum is augetur, ut amplius lactare non possint. SCHENK. *l.* 2, *obs.* in propria id observavit uxore.

Vigiliæ huic proxime succedunt, à quibus noxa infertur toti corpori, quippe sensus sunt in continuo exercitio, subtiliorque tum sanguinis pars absumitur, hinc humorum acrium copia, & vel sexcenta alia. Oriuntur vero eædem ob defectum suavium exhalationum poros cerebri demulcentium, acrium autem membranas & poros cerebri irritantium, pungentium, copiam, tum etiam ob dolorem, qui sentitur in partibus affectis, cerebro communicatum ob id, quod est principium & origo nervorum nervosarumque partium, tanquam subjectum sensus illius universalis nempe tactus.

Inflammatio comitari quoque solet fissuras interdum ob continuum in partem affectam influxum, eandem irritantem, concitatum

à dolore, dicit TRINC. *de comp. med. l.* 3. *c.* 17. Verum dolor non tam attrahit, quam quod natura in id incumbat, ut parti dolenti opem ferre studeat, hinc ad eam humores alimentares mittat tanquam auxiliares copias, quæ potius, cum eisdem uti rectè nequeat, sibi detrimento sunt, quam adjumento. Quapropter ob hunc continuum affluxum & motum particularum calor augetur & inflammatio necessario sequi debet.

Cancer insequitur quoque fissuras; Notum enim est eum libenter habitare in partibus adenosis, laxis & quasi spongiosis, quæ subjectum illarum esse supra c. 3. fuit satis ostensum, quare etiam ob continuum affluxum humorum acido austerorum, notante DECK. *in not. ad Pr. Barb. l.* 2. *c.* 2. non dissipatorum, sed adustorum HAFENR. *nos. cut. l.* 2. *c.* 7. TRINC. *de comp. med. l.* 3. *c.* 26. Labiorum fissuras secutum cancrum annotavit TIM. à Güldenklee *med. cas.* 38. *l.* 1. & FOR. *l.* 23. *obs.* 10.

Callus tandem etiam rhagadiis supervenit & earum labiis. FOR. *l.* 23. *obs.* 10. ut vix ac ne vix quidem conglutinari possint. Cum enim succus glutinosus, nutriens partes hasce luxuriat, seu copiosius, quam pro reficienda parte opus erat, eò mittitur, & accedit externum aliquod impediens, crustam labiis partium divisarum inducit. Semper autem pro reparatione earum novum ablegat Archæus succum, qui sub crusta jam facta id non assequitur, cujus gratia erat eò missus, itaque etiam degenerat in crustam sub priori, quibus coalitis & induratis, callus dicitur esse genitus.

CAP. IX.

Signa diagnostica & causarum indicat.

DE diagnosticis signis ut multa dicamus non est operæ pretium: siquidem fissuræ, quacunque in parte sint, facile cognoscuntur & quidem solo aspectu. De iis vero quæ in collo uteri sunt, res aliter se habet; solet enim malum ibi aliquamdiu latere; neque ita facile oculis obveniunt, tum quod has partes ceu quas natura tegi voluit, ideò etiam crinibus ornavit, ægræ ipsæ vix aspicere, tum quod aliis easdem non facile & sine pudicitiæ detrimento ostendere possint. Solent tamen postea cognosci ex dolore, qui in coitu sese prodit & subsequenti fluxu sanguineo: ubi autem dolor, ibi morbus. Habemus & nos modum singularem cognoscendi rhagades in vagina ute-

gina uteri, quem sonticas ob causas reservamus in aliud tempus, aliumque locum. Siquis autem eundem nosse desiderat, accedat nos privatim, & eius petito pro ingenii nostri tenuitate satis faciemus. R. à CASTR. *de M. M. l. 2. c. 31. deprehenduntur*, inquit, *insuper in sinu dioptra instrumento adaperto, tunc enim scissuræ in ostioli circuitu oculis patent.*

Subjecti ratione rhagades primigeniæ & per se tales esse dicuntur, si nulla adsint signa, quæ alias partes esse affectas ostendunt. Per consensum vero ortas esse fissuras, si in aliis partibus hæreat fomes mali, ut, si uterus materiam foveat peccantem tanquam caussam morbi & labia inde patiantur rimas &c.

Caussarum ratione valde necessarium est hoc ipsum dignoscere, utrum proveniant ab intemperie sicca, calida &c. an vero à caussa quadam externa? Si à coryza aut febribus in labiis, vel etiam frigore in manibus, pedibus; à fluxu hæmorrhoidum, diarrhæa, vel dysenteria in ano; si à partu difficili, vel etiam pene grandiori, aut vice versa vulva arctiori, in vagina uteri, aut si à fœtu grandiori in abdomine gravidarum, id omne ex relatione & sermone ægrotantium notum Medico esse potest. Si vero à nulla harum sint caussa, concludendum est, eas esse ab humore bilioso, acri & salso nativo volatili facto & detruso ad partem in qua apparent, si videlicet simul in fissuris reperiatnr quoddam humidum sive purulentum: quod si vero illud absit sciendum est, vaporem esse in culpa. Quod si autem ex humoribus calidis ortæ sint cum pruritu, majori profunditate existunt, quia humores magis fixi, & ita fortius in partes agere possunt. Si autem vapor in caussa, parum sentitur, neque adeo frequentes & profundæ, quia sunt magis volatiles.

CAP. X.

Prognosin adjungit universalem.

MEdicus si ἰσόθεος, tum certe erit, quando quæ in futurum accidunt ratione morbi, enuntiat; solet autem communiter institui ad salutem vel mortem & quidem ratione

I. *Generis.* Rhagades parum profundæ omni carent periculo, si absque aliis sunt symptomatibus. *Bonæ* sunt criticæ; *malæ* cum tales non sunt, & ubi deformitatem pariunt, & quibus superveniunt aliæ symptomata. Hinc multo majori cum periculo sunt, si fluxus adveniat materiæ purulentæ, & si profundæ ob tardiorem curationem. Cancrosæ omnium periculosissimæ. II. *Sub-*

II. *Subjecti*, Pejores, quæ in magis sensibilibus proveniunt locis, & quæ magis per se, quam per consensum existunt.

III. *Caussarum*. Pejores sunt, quæ graviores habent caussas; ubi intemperies sicca accusatur, ibi ob defectum humidi radicalis difficulter conglutinantur. Hinc si calidi humores acres salsi, particulis suis angularibus continuo labia rhagadum ferientes, in caussa sunt, multo deteriores evadunt. Ast quæ à violentia externa fiunt, non ita malæ, facilius enim curantur.

IV. *Temporis*. Quæ inveteratæ & à nativitate, pessimæ, sunt enim incurabiles. SENN. *M. Pr. l. 2. p. 1. c. 2.*

V. *Symptomatum*. Quo graviora, eo pejores habeas fissuras, callus malas reddit, inflammatio malum auget, cancrosum in ulcus si vertantur, pessimum. Ast si remittunt hæc omnia & benigniora evadunt, eo meliorem etiam spem & salutem promittunt.

CAP. XI.

Prognosin particularem annectit.

LAbiorum *rhagades* diligenter attendendæ, deformitatem enim, & præcipue in sexu sequiori magnam pariunt facillimeque in callosas degenerant, quemadmodum novi quendam, qui in medio labii inferioris rima vexabatur, cujus labra, quod negligentius tractata essent, callo medicamentis non amplius cedente obducta erant, valde aspectu deforme. Si vero in febribus tertianis & putridis appareant, post signa criseos bonæ sunt, & notant promissionem proxime futuræ sanitatis. Hinc crisin esse exquisitam atq; perfectam, morbique materiem superatam, (nempe fermentum febrile, salsum, acre, in corpore vivo volatile factum,) & à partibus interioribus corporis nobilioribus, propulsam ad membra externa ignobiliora, & tanquam victricem agere ex morbo triumphum justissimum. Verum enim vero, si solum in mulieribus occupant, labia inferiora, non prægressa febri quacunque, illam esse libidinosam & petulcam, atq; continuum desiderare coitum certo credas; hujus n. uterus, sicca laborans intemperie, humiditate seminis virilis recreatur. Utramq; sententiam fovent GORD. *op. lil. p. 3. c. 19.* FOR. *l. 14. obs. 1. in schol. Mulieres laborantes fissuris labiorum siccam habent matricem, ideoq; petulantes esse perhibentur*; sunt verba SORB. *M. Pr. tr. 5. c. 49.* quippe tum facilis est humorum sive potius vaporum acrium generatio, qui tunc in illa sensu exquisitissimo prædita

prædita membrana continuum pruritum & titillationem excitare possunt, ex quo deinde ille appetitus nimius & desiderium insatiabile ad exercendam Venerem.

PALPEBRARUM fissuræ nihil peculiaris prænuntiant, nisi quod cavendum, ne ulterius serpant, ipsique oculo, ob affluxum forte continuatum, noxam inferant, sunt alias notæ scorbuti & arthritidis, uti id aliquoties observavimus, præcipue si hæc inveterata sit.

LINGUÆ pessima sunt, in febribus continuis, ardentibus, malignis, pleuritide, inflammatione, œsophagi, & interdum lethalia signa, quippe magis symptomatice accidunt, propter sanguinem corruptum & summum in membris principalioribus calorem, à quo vapores calidi, acres, salsi, putridi, maligni, linguam exsiccantes & quasi comburentes. S. PAULLI *digr. de febr. edit. nov.* §. 17.

MANUUM & PEDUM fissuræ præsertim ab errore externo, aëris videlicet injuria, nihil mali portendunt, & facile curantur, ast eæ quæ à lue ♀, sunt pejores, tum propter ortum, tum etiam propter curationem, illa enim sat difficilis.

ANI *rimæ multi tædii plena sunt mala*, inquit, CELS. *l. 6. c. 18.* Et hoc quidem ob difficilem curationem, quoniam est pars sensu exquisito prædita, ab acribus quæ facile irritatur: acria particulas multo sensu præditas irritare ex GAL. supra c. 6. notavimus. Huic accedit quod medicamenta justũ temporis spatium, quo vires suas exserere possent, non habeant, propter intempestivam & frequentem alvi fecum depositionem à continuo stimulo acrium humorum, & interdum tenesmum comitem: Tum etiam, quod ab excrementorum transitu gravius lædatur, & adhuc multo magis, si feces istæ alvinæ junctam habent acrimoniam, & sunt induratæ; locus GAL. supra citatus c. 4. hoc omne confirmat. Hinc ob dictam irritationem & acrimoniam læsæ partis frequentem facile supervenit inflammatio, quæ ob dictas rationes etiam difficillima curatu, & satis per se periculosa TRINC. *de rat. cur. l. 10. c. 15.* Quare diligenter in id incumbendum, ne postea aut inflammentur cut callosæ &c. fiant, quod multo pejus, si tenesmus associatur; qua de causa etiam cavendum, ne in febrem hecticam incidant, si malum cum dolore protrahatur. FOR. *l. 23. obs. 10.*

PRÆPUTII ut & SCROTI rhagades non contemnendæ, præcipue si à lue ♀, cum sint in parte multum sensili, semper sunt cum pruritu, quoniam fungosæ aliquo modo sunt præcipue autem scrotum, hinc & aptæ ad plures imbibendum humores & pruritum augentes & sanationem impedientes.

PAPILLARUM & MAMMARUM fissuræ tantis cum periculis sunt, ut vix dici queat, si enim consideremus saltim leviuscule quantis semper sint cum symptomatibus, tum videbimus, quod sint omnium molestissimæ & periculosissimæ, solent etiam ex suctione infantum exacerbari. Mammæ præterea inter omnes partes corporis facillime cancrum patiuntur, idque propter suam peculiarem, qua pollent, substantiam, & liberiorem humorum affluentium receptiorem, præcipue lactationis tempore. Maxime autem molestæ sunt primiparis, & apud eas frequentiores, quæ tenellulæ & admodum juvenes in matrimonium veniunt: sic novimus quandam honestissimam fœmellam, quæ anno ætatis 16. peperit, sed fissuris papillarum laborabat molestissimis, ita ut quoties lactaret infantem sudor in fronte appareret quasi frigidus & facies palleret. Quamobrem non susquedeque tractandæ, sed in id incumbendum, ut cito iis opem feramus, ne ex parva scintilla, magnum oriatur incendium, quod non tam facile supprimi aut extingui possit.

UTERI fissuræ, cum multum molestiæ pariant, & sint in loco maxime sensili & nervoso, & per quem Natura multa sibi molesta hoc in sexu excernit, hinc neque carent periculo, neque facilem admittunt sanationem. Quapropter bene attendum, ut statim ab initio iis subveniamus, alias facillimum factu est, ut accedente quavis vel minima violentia semper recrudescant, ceu à coitu fieri contingit, qui præterea magnum excitat dolorem & valde frequens est post ipsum hæmorrhagia; aut propter continuum ibi affluxum humorum acrium atque sæpe reiteratam ab excernenda urina irritationem, accidit ut facile inflammentur, aut, cum protrahitur earum curatio, callo obducantur. Quod, quantum sit, dictum. Sic pruritus valde molestus solet illis non raro supervenire, qui tantus interdum est, ut tum maritatæ coitu satiari nullo modo queant. Quod si autem superveniat purulenta materia, quæ cum fœtore, coloreque variegato, pessimum est, tum enim malignitatem simul adesse experientia docuit.

VENTRIS fissuræ multis sunt cum doloribus, ob majorem semper distensionem, quam patitur exinde, quod fœtus quotidie capit augmentum, propterea etiam iis difficulter mederi possumus. Nam labia fissurarum debent ad se invicem cogi & agglutinari, quod minime fieri potest, dum adhuc uterus fœtum fovet. Quantam præterea pariant deformitatem, quilibet animadvertit; omnis enim

pars

pars corporis à sua discedens figura debita deformis evadit: venter vero inferior qualis esse debebat unicuique notum, sed nunc mutatus & quasi exterior sambuci aut quercus cortex apparet, quod satis deforme & molestum.

CAP. XII.

Curationem annectit & præcipue è fonte Chirurgico petitam.

METHODUS curativa solitis semper nititur suis indicationibus. CURATORIA videlicet, quæ respicit ipsum affectum, ubi partium fissuris laborantium conglutinatio intendenda est, habetque hæc aliquam similitudinem cum PRÆSERVATORIA, quæ respicit causas morbum hunc producentes, easque amovendas esse jubet. Intemperies calida per contrariam corrigenda &c. Unitatis solutio iterum juste unienda. Caussæ vero à quibus eæ dependent, quantum fieri potest cito tollendæ: externæ si adsint, amovendæ. Materia, quæ peccat, & ex aliis partibus affluit, debet intercipi & coacervata per collectionem continuo affluxu, corrigi & eliminari: acris indiget temperatione, vaporosa dissipatione. Et hinc quoque viscеribus, unde promanant, velut hepati, utero &c. imo toti corpori bene prospiciendum subveniendumque in tempore, ne amplius generetur. Alii affectus fissuras procreantes velut coryza in labiis; lues ♀ in manibus; diarrhæa, dysenteria in ano &c. mitigandi sunt, imo radicitus exstirpandi, alias frustra erit & irritus omnis labor, quem impendimus, & absonum esset umbram, existente corpore, tollere velle. VITALIS operam dat conservationi virium, partiumque roborationi studet.

Remediorum materies desumuntur ex tribus ordinariis fontibus *Chirurgico, Pharmaceutico & Diætetico*

CHIRURGIA varia subministrat præsidia, è quorum numero ea, quæ nostro affectui opem ferre possunt, proferamus. Occurrit autem omnium primo generosissimum remedium. V. S. quæ affectionum & circumstantiarum concurrentium ratione locum habere potest. Copia quippe sanguinis imperat evacuationem, ne pondere & mole gravetur Natura & ob commixtos humores ad partes affluentes, curationem impedientes, malum augeatur. Sed sanguinem tanquam Naturæ filium dilectissimum, cujus beneficio &

opera pene omnia exequitur, mittere absque urgenti necessitate, nefas esse ducimus; in gravidis primis & ultimis mensibus uti periculosum & haud sine damno licitum, ita valde quoque temerarium est, nisi summe urgentes id suadeant rationes; quippe ob id defraudatur fœtus alimento suo, ob quod etiam abortus insequitur. Necessitate itaq; id flagitante V.S. commendatione dant D. ab Altom. *de med. H. C. M. c.* 77. Claud. *emp. rat. l.* 3. *tr.* 2. *p.* 4. *membr.* 1. *c.* 1. Tantum vero sanguinis educendum, quantum morbi magnitudo & symptomata postulant, viresque ægrotantis permittunt; melius tamen est hac in parte peccare in defectu, quam excessu, propterea quod repetitio institui queat, sed semel amisso tam egregio vitæ thesauro, vix reparari. Quoad individuum autem quid certius magis decernere hoc in loco valde difficile, prudentia autem Medici id ipsum ratione circumstantiarum determinare melius poterit. Perinde vero est qua in parte secetur vena: Possumus tamen eligere venas, cubiti, quam vulgo Medianam, sub lingua quas raninas, in pedibus quam saphænam &c. appellant, tanquam magis ad exteriora vergentes. Videndum autem in genere est, ne subjacens vel arteria, vel nervus, vel etiam tendo inde aliquid detrimenti capiat.

Valde affinis & quasi V.S. ministra & vicaria est *Scarificatio*, cujus ope sanguis ex venis etiam capillaribus educitur cum cucurbitulis videlicet. Hinc eas suademus illis, qui ob vires ipsam V.S. tolerare nequeunt, quos consuetudo tanquam altera natura id jubet, tum non sine tanta spirituum dissolutione & virium prostratione evacuatio instituitur. Potest administrari in cruribus dorso & brachiis, ut necessitas & ratio illud postulat: ante ipsam vero scarificationem jubemus partes illas panno fricare laneo, & post spongia aqua calente madida fovere, quo eo melius faciliusque sanguinis evacuatio fieri queat. Nec minus rejicimus ad discutiendos vapores cucurbitulas siccas h. e. quæ absque scarificatione sive cæsura, sed solum cum multa flamma apponuntur, quæ, si justo adhibeantur tempore, usumhabent insignem.

Hirudines cucurbitulis & V.S. commodiores minorique cum molestia, ast summo cum successu indebilioribus æque ac robustioribus feliciter applicari possunt: sanguinem enim ora venarum morsu suo aperiendo, non tantum ex capillaribus & sub & in cute sitis exsugendo paulatim evacuant, verum etiam ex majoribus venis arteriisque, si eis apponantur. Eligendæ vero quæ sint, cum non nullæ vene-

læ venenatæ, & quando, & quomodo applicandæ & iterum amovendæ vid. SENN. *instit. l. 5. p. 1. sect. 2. c. 7.* BARB. *Chir. p. 1. c. 17.*

Fonticuli in brachio & cruribus parati & suo modo prosunt, quippe qui vitiosos & exitiales à sanguine dependentes humores subtrahunt, qui alioquin alio mandarentur, aut etiam sponte defluerent.

Setaceum, quod est cum per cutim funiculus trahitur, hic locum quoque habere potest, si derivatio humorum per cætera medicamentorum genera satis commode & sufficienter fieri nequit. Quomodo vero sit applicandum, quidque observandum in administratione seu usu eorundem, de eo vid. *Diss. elegantiss. de Setaceis Exc. D. D.* WEDELII *P. P. Jen. meritissimi, Hospitis ac Præceptoris quondam fidelissimi, optimeq; de me meisque studiis meriti.*

Tandem etiam, quando nimirum plane occalluerint labia rhagadum, ultimum subministrat Chirurgia remedium ustionem; *Quæcunque non sanat medicamentum, ferrum sanat, quæ ferrum non sanat, ignis sanat, quæ ignis non sanat, ea incurabilia existimare oportet. 7. aph. ult.* Eam autem fieri posse putamus, si sumatur filum ferreum tanta crassitie, quanta requiratur ad implendam fissuram, idque carbonibus vivis imponatur, ut candeat juxta longitudinem fissuræ candefacto filo detrudatur in eam, quousque callus est. GUIDO *de* CAULIAC. *in Chir. magn. tr. 4. doct. 2. c. 2.* jubet eas parvo cultellari urere, & postea curare donec sanentur: sunt etiam nonnulli, qui cauterizant nummo aureo & tum progrediuntur ulterius, sicut Ars Medica docet procedendum esse in ustionibus. SENN. *inst. l. 5. p. 1. sect. 2. c. 9.* Ad eliciendum empyreuma multum facit succus allii illitus. Commendamus in genere *corticem sambuci interiorem viridiusculum*, sæpius summo c. fructu adhibitum in tali casu; item *empl. diaℒ.* tanquam divinum auxilium.

Incisionem denique nonnullis placet in labiorum fissuris administrare; incidunt autem ipsum musculum sive musculosam cutem labiorum transversim; & aliquo modo profundius cum sagittela, deinde imponunt pulverem cinamomi, gallarum usque dum sanentur. MES. *comp. med. secr. l. 2. sect. 8. c. 1.*

CAP. XIII.

Pharmaceuticum fontem, quoad remedia universalia aperit.

LIberandum corpus à vitiosa materie, quæ fomitem quocunque modo suppeditat, quod fit si procedamus, *juxta 2. aph. 9. 7. aph. 72.*

cum quispiam corpora purgare voluerit, oportet fluida facere. Fit illud vero quam optime *lenientibus & præparantibus* tum non tantum sine noxa verum etiam summo cum levamine & utilitate ipsa possumus propinare purgantia. Leniendi scopo possunt adhiberi *sir. de cich. c. rhab. rof. solut. de manna fl. acac. de cartham. pantagogus* Mynſ. ad ℥ij. aut etiam pulvis sequens.

℞ *gialap. nigr. resinos. cremor. tart.* à ℈ ſ.

♁ *diaph.* gr. vj. M. D. S. Laxier Pulver. Potest sumi in cochleari primo jusculi in initio prandii: cui melius arridebunt pilulæ, ei sequentes assumendas vesperi cubitum ituro præscribimus.

℞ *extr. panchym.* Croll. ℈ ſ. *resin. scamm.* gr. ij.

c. *elix. propr.* F. l. a. Pil. N. 9. 12. 15. involvantur pulvere cinamomi D. S. Laxier Pillen.

Pilulæ enim quo minores, eo feliciorem & citiorem præstant operam, quippe quod tum facilius possint solvi in stomacho: id autem solet accidere, cum sunt majores, ut vel operationem post se relinquant parvam, & multo minorem exspectata, & plane interdum non solutæ iterum per alvum excernantur, docente id quotidiana experientia; vel in majori dosi præscribendæ, & tum si solvantur periculum ἐντερικῆς διάρσεως metuendum, & sic semper utrum præstent operam nec ne in dubio positum.

PRÆPARANTIA hac vice esse possunt *sir. de cichor. capill.* ♀ *de quinque rad. nymph. spec. diatr. santal. hepat. rubr.* Dresd. *Panac.* Holstein. *dec. hord. c. C. C. & rad. scorz. tinct. viol. rosar.* &c. Horum vices sequens potiuncula supplere potest. In intemperie calida.

℞ ▽ *cichor. gram.* à ℥iij. *ros.* ℥ij. *cinam.* ℥ſ.
sir. de quinque rad. ℥ſ. *acetos. acetos. citr.* à ℥ſ.
spir. sal. q. ſ. ad gr. acid. M. D. ad vitr. S.
Præparier Trăncklein auff iij. oder iiij. mahl.

℞ *dec. hord. c. C. C. & rad. scorz.* ℔ſ.
sir. de duab. rad. nymph. à ℥j. *tinct. ros.* ℥j. M.
e. a. S. ut. ſ. ubi adest intemperies sicca.

PURGANTIA nunc sequuntur in ordine universalia, quæ dictis jam præmissis feliciter & bono cum successu adhiberi possunt; ex quibus convenit eligere, quæ caussæ primas tenenti respondeant, citra acrimoniam & mordacitatem humores educunt, & deniq; palato ægri non adversentur: Quidam enim ægrorum abhorrent à pilulis, quidam à potionibus &c. uti id & experientia docet, & cuilibet

libet de se ipso notum; quare Medicus ad omnes medicamentorum formas paratus accedat. Mitioribus vero purgantibus primus dandus est locus, & si iis finem assequi non licet, progressus faciendi ad fortiora accidit enim interdum, ut mitiorum virtus & potentia eludatur à robustiori stomacho. Itaque in intemperie calida & materie biliosa acri peccante commendamus cholagoga & ex iis, ceu mitiora, primum sunt *manna, myrobal. aloe rhab. el. diapr. lenit. de manna* River. *MP. de aloe ros. violat. sir. de mann.* disp. Nor. p. 81. deinde fortiora *scammonium* & inde paratum *dacrydium, pil. aggregat.* &c. Ast, si simul adsint humores serosi, conveniunt *gialap.* & exinde parata medicamenta spec. diagialap. Mynsi. Ubi sicca intemperies prædominatur, ibi possunt usurpari Melanagoga, ex mitioribus *fol. sen. polypod. dec. fol. sen. c. prun. prun. laxat. pulv. diasen.* Wieri *sir. de epithymo*, ex fortioribus. *helleb. niger, radix* præcipue secundum fibras. Quod si vero se invicem intemperies variæ mistæ sunt, tunc junctis viribus & sociatis copiis adversus hostem agendum.

℞ *cerber. tricip.* ℈j.
resin. gialap. gr. vj.
elæos. cinam. gr. iiij.
M.D.S. Purgier Pulver auff j. mahl.

℞ *MP. de aloe ros.* ℈j.
extr. fol. sen. gr. iiij.
F.c. *sir. polyp.* l. a. Pil. N. 24.
involvantur *rad. irid. Fl.*
D.S. Pillen auff j. mahl.

℞ *conf. fl. acac.* ℥j.
pulv. laxat. veget. ℈j.
c. s. q. *sacch.* & *sir. de cich. c. rhab.*
Fl. a. bolus S. Laxier Zucker.

℞ *pulv. diasen. Wier.* ℈j.
dacryd. gr. vj.
♁ *diaph.* gr. iiij.
ol. Nt. citr. gt. j. M.D.S. ut s.

℞ *extr. panchym.* Croll. gr xvj.
MP. *tart.* Querc. ℈s.
F.c. *ess. abs.* s. a. Pil. N. 30.
⊙
D.S. ut s.

℞ *sir. de cichor c. rhab.* ℥ij.
pulv. laxativ. veget. Rolf. ℈j.
elæos. cinam. gr. vj.
M.D.S. Purgier Safft.

℞ *rad. 5. aper.* à ℥i. *herb. capill.* ♀. *agrimon. scolop.* à M s.
fl. hepat. nob. tunic. cichor. à. p. ij. *bellid.* p. iiij.
cort. aurant. ℥j. *rhab.* ℥ij. *fol. sen.* ℥s. *fibr. helleb. nigr.* ℥is.
sem. anis. ℥j. *cinam.* ℈ij. *pass. min.* ℥vj. infundantur per ♐ in *seri capr.* s. q. mane coquantur colat. ℥x. add.
sir. ros. solut. ℥iij. M. D. ad vitr. S. Purgier Tranck auff iiij. mahl alternis diebus cum regimine i. e. mit gebührendem verhalten.

VOMITORIA licet à brutis primum inventa, velut à canibus, qui vomitum ab esu granimis excitarunt, Croll. *de sign. int. rer. p.* 103. tamen usum non spernendum præbent, præcipue si materia hæreat in

reat in primis viis, & ita tenax, ut purgantibus cedere nolit, &, ut GALEN. *l. 6. epid. c. 1.* loquitur ubi morbus, quasi vectibus est expellendus; & hoc modo commode in usum vocari queunt, si quid ejusmodi in nostro contingat affectu, via namque brevis est & lubrica. Bene tamen attendendum est in eorundem præscriptione, ne propinentur obesis, strumosis, aut hernios is, aut quibus caput & oculi debiles & quæ plura observanda CROLL. *bas. Chim. p. 33.* HEURN. *Meth. ad. pr. l. 2. c. 21.* Omnium autem maxime respiciendus est tonus ventriculi, & si proclives facilesque sunt ad vomitum 4. *aph. 6.* & tum convenit stomachum roborantia simul addere. Possumus autem usurpare *sir. emet.* Ang. Sal. ▽ *bened.* Rul. *mannam vomitoriorum* seu *gillam* Theophrasti, quæ est sal vitrioli, quod in se facultatem nauseam & vomitum producendi habet, unicum est quod hujus salis natura & essentia à ♀ (vitriolum enim ♂ loco ♀ participans nunquam dabit sal vomitum movens) dependet, quæ ventriculi tonum debilitat, & si fortiter plicis insinuet se, periculum est, ne vomendi conatus diu durent, & stomachi robur invertatur. ♆ *vit. rad. asar. ppt. tart. emet.* Mynsi. *elect. diasi.* Fern. *sir. de peto.* Elegans vomitorium vid. apud HEURN. *meth. ad pr. l. 2. c. 21.*

℞ *tart. emet. gr.* ij l. iij.
elæos. mac. ℈ß.
M.D.S. Brech Pulver.

℞ *consturion. samb.* ℥j.
♆ *vit. gr.* ij.
ol. caryoph gt. j.
F. c. *sacch.* & *brod. NM. cond.*
l. a. bolus S. Brechzucker.

℞ *sir. emet.* ℥iij.
de cinam. ℥ß.
▽ *menth.* ℥j.
M.D.S. Brechsafft.

℞ *mann. vomitor.* ℈ß.
g. g. ppt. gr. iiij.
elæos. anis. gr. viij. M.D.S. ut a.

℞ *el. diasar.* Fern. ℥ß.
rad. asar. ppt. ℈j.
elæos. mac. ℈ß.
sir. fl. pers. q. s. F. l. a. Elect.
D.S. Uber sich purgierende Latwerg.

℞ ▽ *bened. Rul.* ℥ß.
meliß. c. V. ℥ij.
M.D.S. Brechträncklein.

DIAPHORETICA quoq; stare hic posse dictitat ratio, siquidem ad dissipationem & insensibilem transpirationem & vaporum & humorum promovendam maxime proficuæ sunt, propellendo eos ad poros cutis. Conducunt vero magis volatilia, quippe quæ penetrantissima, ceu sunt *sal volat. C. C.* & plantarum. de quibus WEDEL. *in exper. Chim. nov. de sal. vol. plant. c. 9.* deinde etiam fixa non contemnenda, è quorum numero sunt omnes calces chimice præparatæ, absorbendi virtutem habentes. Medio modo se habet tinct. bezoard. *Mich.*

℞ ▽ ℔.

℞ ▽ *fl. sambuc.*
fumar. à ℥ iſ.
ſal. C.C. *volat.* ℈ ſ.
ſir. de cinam. ℥ ſ.
M.D.S. Schweistränncklein.

℞ ♁ *diaph.* ℈ j.
C.C. *phil.* ℈ ſ.
ſal. abſinth. gr. iij.
M.D.S.
Schweis-treibendes Pulver.

DIURETICA non inconcinne ſuo tempore adhiberi poſſunt, quorum beneficio per urinam multæ aquoſitates evacuantur, cum motus ſeri iisdem ad renes promovetur, ſi in ventriculo virtutem communicent ſuam chylo, aut alio etiam modo vires exſerant ſuas. Bene autem obſervandum hoc eſt in eorum uſu, ne, ſi nimium quantum urgeamus urinam, ſanguis de ſuo dejiciatur tono, ſeu depauperetur ſuo ſero tanquam vehiculo. Paginam autem horum omnem abſolvere poſſunt ex vegetabilibus 5. *rad. aper.* in dec. *mag. petroſ.* Mynſ. ex mineralibus *ſpir. vitriol. ſulph. ſal.* ſimplex & compoſitus, ✳ *acid.* &c. & cum his paratæ *tinct. roſar. viol.* 4. *cord.* &c.

Particularis evacuatio fieri quoque poteſt per nares, ſi eò vergat materies, beneficio ſternutatoriorum, ceu ſunt *fl. lil. convall. fol. major. tabac.* ex ſimplicibus; ex compoſitis *pulv. Sternut. Aug.* & multi alii in diſpenſatoriis abunde notati; ▽ *majoran.* ℥ j. *vitriol. alb.* gr. j. l. ij. miſta egregium conſtituunt ſternutatorium.

CAP. XIV.

Alterantia & Topica generalia proponit.

MUndificato aliquatenus corpore & liberato à ſaburra humorum nocentium in primisque viis reſtitantium, ordo nunc poſtulat ut *alterantia* quoque afferamus, ut viſcerum corrigatur intemperies, eorumque tonus reſtituatur, ne anſam præbeant ulteriori generationi & humorum & vaporum acrium, ſalinorum tanquam rhagades procreantium. Hinc *hepatica* in eorum loco præprimis ſtare merentur, ut & *ſtomachica*, quippe culina mala, nihil boni coquitur. Poſſemus ſequenti infuſo ſcopum obtinere & calidæ intemperiei hepatis & ita generationi bilioſorum humorum & vaporum occurrere.

℞ *rad. ſcorz. fœnic. tarax.* ā ℥ j. *cort. rad. capp. coſt. ver.* ā ℈ ſ.
herb. agrim. cuſcut. capill. ♀ à Mj.
fl. bell. M ſ. *roſar. borrag. epat. nob.* à p. ij.
ſem. aniſ. ℥ j. *cinam.* ℈ ſ. *ſal. tart* ℥ j. conc. cont. D. ad Ch.

S. Species zum Säcklein in cerevisia vel sero caprino infund. Si v. magis palato arrideret dec. possunt eædem coq. c. s. q. ▽ *dulc.* vel etiam addi *ras.* C. C. & manipulus unus atque alter *hordei mundi* & tum ad crepaturam usque coquendum. *Gelatina* C. C. suo in hoc casu fungitur officio.

Topica & externa tanquam huic morbo singulariter proficua & quidem in genere nunc in medium afferenda veniunt. Si nempe humidæ videantur rhagades, & quasi sanioſæ, tunc in usum vocanda ejusmodi humorem absorbentia, ceu *litharg. cerus, aloe, thus, cadmia lota* &c. quæ inspergenda, vel etiam cum ol. aliquo v. g. *rosar. sesamin. amygd. d. & amar.* aut etiam *medulla crurum vituli*, aut *succo liquir.* & similibus, redigi in formam linimenti vel unguenti, quo inungantur de die aliquoties, ante novam vero inunctionem vino calido rubro abluantur. Si vero factæ fuerint ex nimia siccitate humidis opus erit quorum vices supplebunt *ol.* infusa ceu *rosar. hyperic.* vel etiam expressa ut *amygd. d.* quibus etiam possunt adjungi *medullæ animalium vituli, porci, cervi* &c. *axungia gallina* &c. aut etiam ex herbis emollientibus sufficimenta humida. Si caliditas fuerit autor hujus mali refrigerantibus simul opus erit, uti sunt *ol. ros. violar. ungt. pomat. mucilag. sem. alth. psyll. tragac.* factæ c. ▽ *ros. plantag.* &c. In caussa frigida contrariis utendum, vel miscendum, *thus, mastix, ol. ovor.* &c.

In caussa humida.

℞ *lith.* ʒij. *cadm. lot* ʒi.
aloes lot. mastich.
thur. mum.
bol. Arm. à ℈j. F.
c. ol. hyper. & ceræ s. q. l. a.
Ungt. D. S.

In caussa sicca.

℞ *axung. gallin.*
butyr. Majal. s. s. à ʒij.
ol. amygd. d. ʒiij.
aloes, sarcocoll.
tragac. à ʒj.
ceræ. citr. q. s. F. l. a.
Ungt. S. ut s.

Heilendes Sälblein.

In calida.

℞ *axung. gallin.*
mucilag trag. c. ▽ *ros.*
butyr. rec. s. s. à ʒij.
ol rosac.
succ. granat. à ʒs.
F. l. a. linimentum.

In frigida.

℞ *terebinth.* ʒij.
mell rosat. ʒs.
thur. mastich.
myrrh. ā ℈j.
ol. amygd. d. rec. expr. q. s.
F. l. a. Ungt.

Si ulcerosæ fiunt potest adjungi paululum mellis rosati

℞ *ol. sesam. mell. ros* à ʒs. *myrrh. thur.* à ʒj.
litharg. cerus. ā ℈ij. F. c. s. q. *cer.* l. a. Ungt.

Thermæ,

Thermæ, quod hic notate lubuit, tum artificiales tum naturales etiam locum habere poſſe in noſtro affectu ſanando, non abſonum putamus. Præ cæteris autem ad rimas commendantur Villacenſes â Rul. *l. 1. claſſ 5. in balneario reſtaurato.*

CAP. XV.

Medicamenta ſpecialia rhagades diverſis in partibus corporis reſpicientia.

OPortet nunc tandem afferre in medium ea medicamenta, quæ ſingulis partibus propria eſſe poſſunt.

LABIORUM rhagadibus quæ opitulantur in ſpecie: Ad labia ſciſſa lini ſemen ex melle contritum imponi jubet Gal. *de mdt. fac. par. l. 3. §. 74. & ad Solon. c. 15.* dicit. *Ad labiorum rimas immaturam gallam tritam accipito & reſ. terebinth. c. hyſſopo & melle, atque his perunge. Ad altiores ſciſſuras caprinus adeps mundatus proficit. Adeps anſeris & mel & terebinth. æquis portionibus addito flore roſarum hyſſopo arida & maſtiche fiat inunctio. Centauream prodeſſe l de virt. cent 4.* Idem ſcribit. Ovi pelliculam internã tenuiorem fiſſuras labiorum agglutinare eſt apud Aëtium quod probat, *Hier.* Mont. *Pr. de profl. morb. p. 1. l. 2. c. 7.* aut etiam oſſis palmarum, membranulam aut aranearum tela. Claud. *emp. rat. T. 1. l. 3. tr. 2. p. 4. c. 1.* laudat oleum ex vitellis ovorum, item cineres oſtrearum ſi ulceroſæ evadant. *Hier.* Mont. l. c. idem dicit. A purgante fortiori, eſulæ videlicet corticibus labia fiſſa curavit *Mich. Rucker.* ▽ liguſtr. ap. Gabelch. *cent. 1. cur. 37.* Pinguedo quæ ex cochlearibus ligneis in culina uſitatis ad deſpumandas carnes, ſi igni admoveantur, exſtillat; vile quidem medicamentum, ſed egregii uſus, quod etiam Hofman. *M. M. l. 1. c. 19.* magnopere commendat. ol. ex nuce uſta expr. Perd. *univ. med. l. 13. ſ. 5. c. 5.* Guid. de Caul. *in Chir. magna tr. 4. doctr. 2. c. 2.* ol. quod exit à nucleo nucis dum comburitur, applicatum mirifice ſanat rhagades: butyr. rec. aliquoties in ▽ roſ. lotum & c. tut. Alex. ppt. proportione quadrupla miſtum, egregium eſt remedium Videndum etiam eſt, ut ea quæ adhibentur in labiorum fiſſuris, ſint aliquo modo odorata, ne nauſeam pariant.

℞ *ungt. pomat.* ℥ſ. *ceruſ. lot.* ʒj. *Sarcoc.* ϑj. *maſt. thur.* ã ϑſ. *gall. moſch.* gr. vj. *ol. vit. ovor.* q. ſ. ad conſ. ungt.

D. ad fictile. S. Pomade für auffgeſprungene Leffzen.

℞ *ungt. roſ.* Nor. ℥ſ. *ol. amygd. d.* ℥ij. *ceruß.* ℥ij.
mucil. ſem. cydon. lin. fact. c. ▽ *liguſtr.* à ℥j.
croc. gr. iij. M. F. l. a. lin. D. S. Roſen Salbe.

Quibus inungantur labia quoties opus erit, abluantur ante reiteratam inunctionem vino rubro ſimplici, vel in eo cocti *flores balauſtiorum, gallæ* vel alia ſtyptica, carnem generantia & conglutinantia.

℞ Ol. NM. *expr.* ℥ij. *oliv.* ℥j. *ceræ* q. ſ. F. linim.

SORB. M. *Pr. tr. 5. c. 47.* probatiſſimum eſſe ait & ſæpe expertum.

℞ *ungt. pomat.* ℥j. *ceræ rubræ ſigill. mollis* ℥ſ. liqueſcant ad △ addendo ſub finem pulveris roſarum rubr. ℥ſ. M. F.

Cum vero rhagades labiorum à coryza originem ducant, huic ſymptomati prius obviam eundum, evacuando humores, divertendo materiam, ne amplius ad nares fluat, alias fruſtra erit omnis medicamentorum applicatio. Si à lue ♀ ſunt, alia inſtituenda curatio, & præ cæteris opera Medici eo dirigenda eſt, ut hæc radicitus tollatur; quomodo vero inſtitui debet. vid. FOR. *l. 14. obſ. 2. & l. 32. obſ. 26.* Solent vero alii eam abigere præmiſſis univerſalibus dec. lignor. præcipue ſancti, alii per inunctiones Mercuriales; quomodo curatio ſuffimentorum ope inſtituenda, & quid circa eam obſervandum, id in diſſertatione noſtra de ſuffimentis ſub præſidio ſupra laudati Exc. D. D. WEDELII habita, uberius diximus. Tandem ſi purulentæ evadant exſiccantia ſimul miſcenda, è quorum numero *teſtæ ovorum pulveriſatæ, æs uſtum, cineres gallarum* &c. proſunt. CLAUD. *emp. rat. T. 1. l. 3. ſ. 3. tr. 2. c. 9.* ℞ *ciner. raſ. linteol. amyli ſuccum fol. oleæ* & miſcet ut empl. Sic etiam commendamus cerotum Meſ. ad fiſſuras labiorum, vel etiam ſantalinum, ſi æger abhorreat ab unguentis.

PALPEBRARUM fiſſuras ſanant ficus infricatæ MAROLD. *Pr. med. p. 74.*

℞ *ceruß. litharg. plumb. uſt.* à ℥j. *ol. roſac.* ℥ij.
album. ov. N. j. *camph.* ℈j. agitantur in plumbeo mortario vel etiam pila plumbea donec coëant.

LINGUÆ rhagades aſpergantur pulvere thuris & lithargyrii GORD. *op. lil. p. 3. c. 20.* Quod ſi à febre ardente hæ ſuum habeant ortum, mucilagines egregiam præſtabūt operam ex *ſem. cydon. pſyll. lin. alth.* ibi n. ariditati ſummæ occurrendum ſubſtantifica humectatione, quæ ſolis ▽is ☊tis non perficitur, quippe tantum, quæ ab iis palliativa eſt & tranſitoria. Poſſunt vero hæ mucilagines optime parari ▽ ☊t. roſ. & maj.

sedi maj. prunell. &c. D.D. WEDEL. *Pharm. in A.F.R. l. 2. s. 3. c.* 5. Non minorem præstabunt operam gelatinæ è C.C. & aliis paratæ.

MANUUM & PEDUM sciſſuris solatio est juxta FOR. *de fuc. l.* 31. *obs.* 9. si accipiantur fœnigr. ʒiiij. hord. autumn. Mj. dividantur in viij. puppas, quæ ubi coctæ fuerint in ▽ fluviali ad hordei crepaturam, accipe unam ex iisdem puppis, & frica quam potes calidissime manus, deinde aliam sume, & consequenter, hoc bis in die facito, interim manus per se finito siccari, neque alio liquore abluito, alioqui non juvaret. *Rad. lapathi trita cum axungia porci manuum fissuris adhibetur.* PLAT. *T.* 2. *c.* 17. sulphur oleo permistum, aut loco sulph. fl. ejus in ol. hyperici verbasci, *ibid.* Pro secreto non nulli utuntur, succo artemisiæ seu tanaceti, imperant, dum adhibentur hujusm. succi ut nullo modo manus vel pedes abluantur. CLAUD. *emp. rat. l.* 6. *s.* 2. *tr.* 1. *c.* 4. Hordeum crudum & furfur decoquantur in ▽ simplici sufficienter, deinde imponantur manus ad bonam mollificationem, postea inungatur cum unguento facto *ex ceruſſa lota, pinguedine cervi. litharg. tut. ppt. cera alba & axungia* MAROLD. *M. Pr. p.* 75. Supra laudata virgo fissuras si tempore hyemali in dorso manuum patitur, solita est linimentum parare ex *ol. oliv. & medulla crurum bovis*, finit ea coire in unam massam supra lenem △: hoc linimento utitur, ter quaterve, tum non amplius visuntur fissuræ. In more plebeorum positum est sevum liquidum, quod candela flagrante defluit intercipere, eoque inungere rimas, remedium vile quidem, sed certum. E. M. urina recens micta & adhuc calida lavare manus non absque fructu. *Adsciſſuras pedum ulceroſas tempore hyemali confert, si fundatur rapa interius & ponatur in cavatura illa cera liquida cum ol. roſac. & calidos cineres caleſiat. Ne patiantur à frigore pedes, laventur cum vino decoctionis ſem. urticæ poſtea exſiccati inungantur ol. ſem urticæ.* MAROLD. *M. Pr. p.* 75. Cornu caprinum deustum caprinoque adipe exceptum habet ÆGIN. *l.* 3. *c.* 79. & plura alia quæ ibi videantur.

Quod si à lue ♀, instituenda ejusdem curatio; interea tamen fotibus utendum emollientibus ex *malv. alth. sem. lini.* &c. Hisce etiam addi possunt sed dosi refracta, quædam huic dicata morbo ceu *lignum S. ſarſaparilla* &c. quod prudentiæ Medici relinquimus. Pro fotu seq.

℞ ♀ *dulc.* ʒj. *alum.* ʒſ. *rad alth. enul.* ā ʒſ.
herb. pariet. plantag. chelid. maj. ā Mſ.

fl. roſ, ſambuc. ā p iij. *ſem. lin.* ʒij *hord.* Mij. coq.
uſque ad crepaturam & foveantur manus calide.

℞ *ungt. enulat.* ℥ij. *pomat.* ℥ſ. ♀ *dulc.* ʒij. *alum.* ʒj. M.
Vel etiam poteſt ♀ dulc. ʒj. *alum.* ʒſ. c. albuminis ovorum ſ. q. fortiter agitari usque ad conſiſtentiam linimenti.

ANI rhagades: ova columbina duo ad duritiem uſque coquenda ſunt & purganda, deinde alterum in ▽ bene calida ſervandum, altero vero calido fovendus locus affectus, ita ut alternatim utroque utatur, aut hyſſopum (alii œſypum legendum rectius cenſent) cum cerato liquido ex roſa facto miſcendum. CELS. *de med. l. 6. c.* 18. Cineres raſuræ linteorum c. anatica proportione amyli triti & ſucci foliorum oleæ q. ſ. illinendæ fiſſuræ. GAL. *de comp. med. ſ. loc. l.* 9. *c.* 7. Loco ſucci foliorum oleæ, plantaginis ſuccus uſurpari poteſt. ALTOM. *de med. H. C. M. c.* 77. plura vide ſodes apud GAL. *de comp. med. per gen. l.* 4. *c.* 13. *& l.* 5. *c.* 11. Lipara rufa facit ad fiſſuras ani SCRIB. LARG. *c.* 87. *In ſativis prunis & ſylveſtribus eſt limus arborum, rhagadiis mire utilis* PLIN. *H. N. l.* 23. *c.* 7. item pix. *l.* 24. *c.* 7. item capitis mænarum cinis *l.* 32. *c.* 9.

℞ *ungt. de ceruſſ.* ℥j. *thur. pulv. gall pic.* à ʒſ..
butyr. Maj. ſ. ſ. ℥ſ. *ol. ſeſamin.* q. ſ. M. F. Ungt.

℞ *ungt. de litharg.* ℥j. *terebinth.* ʒj. *maſtich. myrrh.* à ℈j.
ol. papav. expr. q. ſ. F. l. a. ungt. quo inuncto ano ſuperimponatur ceratum vel emplaſtrum ſequens.

℞ *empl. alb. coct.* ʒij. *cerot. ſantal.* ʒj.
ol. papav. ℥ſ. *roſac.* ʒij *cer.* q. ſ. F. l. a. ceratum.

℞ *empl. citr.* ℥j. *thur. myrrh.* à ʒj. *ſang. dracon.* ʒſ.
ungt. de ceruſſ. ʒij. *ol. lil. alb.* q. ſ. F. l. a. empl.

Quod ſi à fecum duritie proveniat hoc malum emollienda alvus clyſteribus emollientibus additis paregoricis.

℞ *herb. 5. emoll.* à Mj. *fl. cham. R. verbaſc.* ā Mſ.
ſem. lin. ʒij. *aniſ.* ʒj. *furfur.* Mij coq. in ſ. q. *brod. carn. ping.*
℞ *colat.* ℥viij. l. ℔j. adde
caſſ. pro clyſt. ungt. clyſmat. à ℥j.
ol. chamom. roſac. à ℥ſ. *ſacch. Tom.* ʒij.
M. F. l. a. enema applicetur decenter.

Quod ſi alia ſymptomata in cauſſa rhagadum ani ſint eadem, ut ſupra jam ſæpius monitum reſpicienda quam diligentiſſime, tum dictæ fiſſuræ facile de ſe ipſo cedent, v. g. quæ ſunt ab homorthoidibus,

dibus, condylomatibus, diarrhæa, dyfenteria &c. Horum unum quodque fingularem M.M.habet,& curationem aliam atque aliam requirit,quam huic differtarioni inferere non patitur inftituti ratio: hanc in rem videantur Practici.

PRÆPUTII ut & SCROTI fiffuræ, fi funt fimplices tractandæ ut curatione generali dictum, vel etiam poteft fumi refina trixa c. ol. rofaceo ad confiftentiam unguenti & addi vitellum ovi eoque inungi præputium. SENN. *M.Pr.l.3.p.9.f.* 1. *c.* 12.

℞ *ol. rofac.* ℥ij. *thur. myrrh.* à ℥j. *amyd.* ℥ſ.

pulv. gallar. ʒſ. M. ad conſ. ungt. & inungatur eo præputium. Aft fi adjunctum habent aliud quoddam fymptoma, vel funt à lue ♀, eo refpiciendum uti jam fæpius monitum.

PAPILLARUM fciffuræ maxime moleftæ mulierculis lactantibus quotidiana docente experientia,ad earum autem præfervationem egregium ab honefta Matrona fibi communicatum remedium proponit THAD.DUN. *de morb. mul. c.*3 6.*p.* 103. E pura cera duo calices inftar cupularum glandium, aut etiam digitalium conficiendi,ut papillas complecti poffint; his inftillandæ guttulæ aliquot refinæ abietinæ,& tum applicandi; thorace vero muniendæ mammæ, ne decidant,& abfumta refina alia infundenda ut ante. Geftandi autem calices funt tribus ultimis menfibus die ac nocte, tum infequenti puerperio liberæ funt ab hoc malo. Putat vero dictus Autor fufficere fortaffe, fi ultimo tantum menfe integro geftentur, plerosque enim mulieres præcipue delicatiores & nobiles id moleſte ferre vel propter fe,vel propter maritos fuos,quod mammæ adeo longo tempore refinofæ fint. Sunt non nullæ,quæ non folum papillas,verum etiam totas mammas refina & multis aliis inungunt ▽ ♃t.rhoispapillas ante partum menfe uno fæpe abluendas effe habetur apud RIV. *obf.comm.*35. quo fit ut lactationis tempore non moleftentur à fiffuris. Mulierculæ in Saxonia fuperiori prægnantes aliquot feptimanas ante partum, mane & veſperi papillas folent, ne poft partum fiffuras patiantur, inungere linimento parato ex ol. ovor. medullæ bovis fevi hirc. butyr. capr.p. æq. facta inunctione fumunt magnæ molis NM. excavatam & intus terebinthina Veneta illitam, ita obducunt papillis impofitamque retinent teſte HORM. *M. M. l.* 1. *c.* 19. Commode & fummo cum fructu etiam applicari poffunt cortices nucum juglandium repleti ol. ♃t. ceræ mifto cum ref. abiet. quo etiam fit,

iam fit, ut papillæ ex mammis extrahantur, ne edito in lucem infante, deſit alimentum aut prius ab ipſo extrahendæ ſint.

Quod ſi jam vexarentur papillæ fiſſuris proſunt lenientia thraumatica miſta cum nervinis, &, ſi opus anodynis; nihil magis, nihil melius, nihil certius, prodeſſe ſæpiſſime à ſupra laudato *Exc. D. D.* WEDELIO accepi quam ol. ℞t. ceræ re◌ific. ſ. per ſe ſ.c. ol. ovorum mixtum, rimis cum penna blande illitum ol. de nuclis rec. expr. admiſto inſuper ſacch. tenuiſſime pulveriſato, eſt. apud RIV. *in obſ. comm.* 14. *à Paſchequo.* balſamum ſacchari idem præſtare vel centies obſervatum. Cancris vivis contuſis coagulum vitulinum c. flore lactis miſcendum, è quibus invicem coctis & fortiter expreſſis linimentum fieri præſtantiſſimum ad ejusmodi fiſſuras ait SCHENK. *l.* 2. *obſ.* pinguedo canis nigri laudatur *nella commare del Scipione Mercurio.* E.M. ut in præſervatione earum dictum, hic locum habent bini calices ex cera parati vel etiam ex NM. excavata adjuſtam papillarum magnitudinem, quibus infundatur ol. ceræ reſina abietina, ol. myrt. ovor. balſ. Ind. Sic butyrum ex lacte proprio non incommode applicaretur: ol. papyri ſua non defraudandum laude, paratur ſi accenditur in patina ſtannea, tum liquor oleoſus in fundo patinæ reſidet, qui fiſſuris poteſt inſtillari. Conveniunt quoque ol. lign. præcipue betulæ & quod ex cochlearibus in culina uſurpatis ad deſpumandas carnes paratur. Vino rubro, in quo parum aluminis ſolutum, ſæpius abluendæ papillæ. ☩ ♃ſatum cum lixivio calcis vivæ miſtum & pauco ſale gemmæ, in fœmella juvene, cujus ſuperius facta eſt mentio, ſummo cum levamine adhibitum vidimus. Cruſta, quæ lixivio calcis vivæ ſupernatat exſiccata, pulveriſata & fiſſuris papillarum inſperſa, remedium certiſſimum. Gluten, quod ex coctione corii fruſtatim inciſi fit commendat PLAT. T. 2. *c.* 17. Alcohol ſacchari fiſſuris papillarum inſperge & ſuperimpone N. M. evcavatam & mira videbis.

℞ *ungt. roſ.* Meſ. ℥ij. *tut. ppt. balſ. Peruv* à ℈ſ. *ol.* ℞t. *cer.* gt. iiij.
ol. myrt. q. ſ. F. l. a. Ungt.

℞. *ungt. pomat.* ℥j. *ol. N.M. expr.* ℈j. ℞t. *cer.* gt. vj.
ol. nuc. jugl. expr. q. ſ. M. F. l. a. Ungt.

℞ *ungt. de litharg.* ℥ij. *thur. maſtich.* à ℈ij.
ol. ovor. q. ſ. F. l. a. linimentum.

℞ *mucilag. ſem. cyd.* ℨſ. *tut. ppt. ceruſſ.* ã ℥j. *alum.* ℈ſ.
vitell. ovor. N. j. *ol. amygd. d. rec. expr.* q. ſ. F. l. a. lin.

Ad-

dio & opera incumbendum, ut ejusm. hostem terribilem recte & fortiter, summaque cum prudentia aggrediamur, oppugnemus & vincamus, quod anodynis ita dictis sive dolorem mitigantibus & auferentibus exequimur. Sunt autem omnia ista, quæ blando calore emolliunt, & demulcent, & leniter discutiunt, causſam morbificam poros aperiendo exhalare faciunt, & quæ alias nervoso generi solatio sunt. Et sunt *lac tepidum, butyrum s. s. mucilag. ol. expr. papav. lin. amygd. d. ol. lumbr. terr.* & præcipue *hyosc. alb.* quod egregie dolores lenit.

℞ *ungt. rosat. popul* à ʒij. *ol. lil. alb.* ℥ß. *hyosc. alb.* ʒiij. M.F.l.a. linimentum D. ad fictile S. Schmertz-stillendes Sälblein.

Dolor in matrice peculiariter mitigatur succis *plant. quinq. portul. coriandr.* rec. expr. & tepide injectis. Aut sedeat in balneo supradicto additis *fl. balaust. sumach.* &c. & postea mundificetur uterus *dec. ab s. hyssop. meliss. ros.* ut F. enema uterinum de quibus supra, lac etiam coagulatum cum pessariis mistum dolores sedat.

VIGILIÆ doloribus pedissequæ inter symptomata maxime urgentia referuntur & non negligendæ: iis autem obviam imus paregoricis & anodynis, de quibus jam dictum, quibus si nil efficitur ad hypnotica progressus faciendi, quæ sensus ligant, spiritus sopiunt blanda humectatione, sive quæ balsamica evaporatione & suavi ἀναθυμιάσει poros cerebri replent & demulcent: acrium vero exhalationem poros irritantium impediunt. Hinc ex opio pptis præprimis assequimur finem, vel interne assumendis vel externe temporibus, fronti illinendis. Egregie vigilias tollit *Philon. Rom.* tanquam emplastrum temporibus applicatum, quod sæpe experti sumus.

℞ *nucl. persic.* ℥ij. *sem. papav. alb.* ʒiß. F.c.s.q.

▽ *hypn.* Dorncr. l.a. emuls. add. *mag. anodyn.* Rolt. ℈ß. D.S. Umbschlag. zur Stirn.

vel

℞ *ungt. popul.* iij. *ol. hyosc. alb.* ʒij. *extr. croc. op.* à gr. iij. M.F.l.a. Ungt. D. ad oll. S. Sälblein zum Schläffen.

℞ *conf. ros.* ℥ß. *Phil. R.* ʒj M.F.c.s.q. *sacch.* l. a. bolus D.S. Schlafferingender Zucker.

℞ *conf. fl. persic* ʒj. *laud. opiat.* gr. ij. F. c. *sir. papav. rh.* & *sacch.* s. a. l. a. bolus. S. ut ante.

INFLAMMATIO, quando ad internas retrocedit partes pessimum habet eventum, superato quippe calore naturali, pars ea putrescit. Hinc in tempore subveniendum, ut natura possit vin-

cere materiam: fieri autem hoc posse omnium commodissime arbitramur, discutientibus illud, quod jam in parte est; revellentibus quod adhuc possit affluere: removendum videlicet quod ibi hæret, avertendus humor alio. Illa sunt tenuium partium, & attenuando materiam peccantem in vapores vertunt & educunt, quod fit partim emollientibus, *ut sem. lini, fœnigr. malv. alth. bdell. ammon. galb. axung. & medull. empl. de melil. diach. c. gumm.* &c. partim vero stricte dictis resolventibus ceu calidis & siccis, præprimis talia sunt *salia volatilia plantarum*, ✻, C.C. *volat. sal volat. oleosum, castor. ejusd. esp. bezoard.* magis volatilia. Externa *omenta animalium calida, viva animalia discerpta* & superimposita. S. Pomponius se mersit super genua intriticum cum corriperetur podagra & sensit levamen PLIN. *H. N. l.* 22. *c.* 25. de mulo exenterato vid. CLAUD. *de ingr. ad infirm. l.* 2. *c.* 20. Hæc vero revellentia nempe sunt crassarum partium & frigida, motumq; humorum effrænem atque impetuosum coërcent, ne influant ulterius, prohibent, sanguinem concentrando, ceu astringentia sunt & stiptica, ut *fl. ros. balaust. myrtus granat. auster. gallæ immaturæ, sumach. millefol. acini omnes* &c. videndum tamen in horum usu, ne lædant, cum juvare debeant, nec aliud impediens adsit v.g. acredo humorum, aut cacochymia &c. In mitiori casu esto sequens.

℞ *h. malv. parietar. summit. melil. fl. Chamam.* R. à Mſ.
rad. alth. ℥vj *farin. fœnigr.* ℥ij. *sem. lin.* ℥j.
micar. panis similag. ℥ſ. coq. c. ſ. q. *lact.* ad consist. pultis D. S. Umbschlag/warm zu gebrauchen.

CANCER infensissimus solum hostis partibus tenerioribus, fungosis, atque fere invincibilis, &, si est exulceratus assidue erodendo altius penetrat, ut tum melius sit intactum relinquere, quam infeliciter & non sine periculo vitæ curare *6. aph.* 38. Medicamentis solis non cedit, sed iis potius exasperatur, quare ad sectionem confugiendum. Labia ♋ exsissuris patientia aliter sanare non potuit quam sectione, licet id primum generosissimis tentaverit remediis, TIM. à Güldenklee *Cas. medic.* 38. *l.* 1. Qua si nihil obtinetur, pro incurabili exclamandus. Videndum tamen ne ulterius serpat, tum ægroti usque ad extremum vitæ spiritum ducere possunt. Ustionem plane rejicimus.

CALLUS tandem, quo labia rhagadum obducuntur, è symptomatum numero morbi nostri non est ultimum nec in frequens, cui præcæteris medendum, alias frustra erit omnis instituta curatio ipsa-

tio ipsarum rimarum, impedit enim quo minus labia earum coire invicem possint; in quo tamen totus curationis cardo versatur. Itaque hic tollendus, quod fieri potest in principio emollientibus cataplasmatibus, tum etiam suffimentis humidis, vel saccharo inspersо aut lixiviosis ad abluendum. Quibus si cedere nollet, progrediendum ad frictiones fortiores asperis cum pannis, laneis videlicet aliisve, donec excorientur labra fissurarum seu superficies tamdiu fricanda usq; dum sanguinolenta evadant: quo facto felicissime summoq; cum fructu conglutinantibus & cicatrizantibus uti possumus. Ani rimas collosas unguento ex cineribus chartæ combustæ & ol. rosarum parato sanat SORB. *M Pr. tr.* 5. *c.* 49. His si non cedant labia callosa abscindenda & vulnus more solito tractandum. de quibus supra.

CAP. XVII. & ultimum.

Diætam præscribit.

TErtius fons adhuc supereſt aperiendus, ut videamus quid ex eo fluat, quid conducere possit ad rhagades nisi plane abigendas, tamen mitigandas, & ad earum curationem promovendam; & rivuli ex eo tres fluunt justam rerum non naturalium moderationem & administrationem habentes,

NATURALIS ea quæ afferuntur temperat. Victus sit mediocris, ad humidum aliquo modo inclinans, ἔυχυμον καὶ ἔυπεπτον non acris & exsiccans. Infissuris ani CELS. *l.* 6. *c.* 18. dicit, *acribus cibis non utendum neq; asperis, nec alvum comprimentibus, ne aridum quidem quicquam satis utile est, nisi admodum paulum. Liquida, lenia, pinguia, glutinosa meliora sunt. Vino leniuti, nihil prohibet.* Fieret enim facillime, ut ab his indurarentur alvi feces, & ab iis expellendis rimarum plenus podex magis adhuc finderetur. Sic nec in genere in omnibus talis convenit victus, cum mordaces & acres generent humores, ex quibus fissuræ & producuntur & exasperantur & ita dolor augetur, curatio impeditur. Itaque *jusculæ* conveniunt pinguia butyro ex ptisana hordeacea, avenacea, *Carnes* non sint nimium salitæ & aromatisatæ, nec cibus sæpius calefactus; ex earum autem numero hædinæ, vitulinæ, gallinarum &c. cum spinachia, endivia, coctæ, ova sorbilia recentia. *Panis* esto bene fermentatus, c. semine anisi & carvi & exasse coctus. *Potus* sit tenuis, cerevisia bene defecata, vinum non generosum, sed ὀλιγοφόρον in pauca quantitate, decoctum hordei cum rad. scorz. & C. C.

VITA-

VITALIS est *aer*, qui vitandus nimis calidus & solaribus illustratus radiis, urens & siccans canicularibus diebus, temperandus vero flabellis aliisve decentibus. Sic nimium frigidus & ventosus acribus refertus particulis, salinis & fuliginosis brumali tempore plurimum nocet. Quare eligatur medio se habens modo, purus, moderate calidus & frigidus; partes vero ægrotantes obtegendæ.

ANIMALIS habet motum & quietem, qui sint moderati. *Somnus* conciliandus: *Vigilia* resistendum. *Animi pathemata* sive potius perturbationes vitandæ & ex iis præsertim ira, quæ ad Garamantas relegetur & Indos. Sic tristitia omnis nociva, necat homines teste *Syracide*. *Venus* fugienda, inprimis si rimæ in collo sint uteri, ab omni coitu plane abstinendum, alias impeditur curatio. *Alvus* servanda mollis, quæ si non natura talis, arte mollienda clysteribus lenibus, pinguibus, vel cibis miscenda alvum leniter ducentia, ut pruna Damascena & similia.

FINIS.

ERRATA p.5.l 9.*findantur*.p.6.l.37.*substantia*. p.7.l.ult *absimit*.p.8.l.7.*rumpitur*.p.11.l.17. *effodi*:,*eas*.p.15.l.21 *a calore nativo*.p.17.l.34 *aut*.p 18.l.10.*receptionem*.p.19.l.4. *aebeat*. p.27. l.21. *telas*. p.32.l.31.*excavatam*.p.34.l.5.*colli*.